bilis ad quod nihil mouet nisi lumen solius intelligentie ⁊ non phantas-
ma receptum.

Solutio p̄me questionis

Queritur Quō debet p̄ma questio solui Solutio p dis-
stinctōem. quia est triplex vniuersale scz Ante rē
in re ⁊ post rem. vniuersale ante rem est duplex. quoddā est ante rem na-
tura ⁊ tempore simul. ⁊ quoddam est vniuersale ante rem natura tantum
vniuersale ante rem natura ⁊ tempore simul ē forma ydealis ꝑm ꝙ preex-
istit in mente p̄me cause. Sed vl'e añ rē natura tantum est forma ꝑm se ac-
cepta ꝑm ꝙ p̄uenit oīa sua singularia. Uniuersale in re est forma exñs
in ip̄is singularibꝫ dans eis nomen ⁊ ratōnem. Uniuersale vero post rē ē
forma p abstractōem ip̄ius intellectus ab indiuiduātibꝫ ⁊ singularibꝫ se-
para. illa distinctō ne stante. Ad'm ē ad questionē p̄mam qua q̄rebat
vtrum vl'ia subsistant in rerum natura vel sint in solis nudis ⁊ puris intel-
lectibꝫ posita. Qꝫ vl'e añ rem natura ⁊ tp̄e simul ē solum in intellectu pri-
me cause oīa cognoscētis ⁊ causantis. Sed vl'e añ rē natura tantum qd ē
forma vel natura vniuersalis ꝑm se accepta verissime est ingenerabile ⁊ in-
corruptibile extra intellectum solum nudum ⁊ purum. Uniuersale vero
in re est in ip̄is rebus seu singularibus existens in eis indiuiduatum. sed
vniuersale post rem solum est in intellectu ipsum per abstractōnem agen-
te ⁊ educente.

Ar Uidetur ꝙ nullum vniuersale sit in rerum natura extra intelle-
ctum. ergo ista solutio p̄me questionis est falsa. Añs ꝓbatur per
boetium dicentem ꝙ om̄e quod est ideo est. qꝛ vnum numero est. sed vni-
uersale nō est vnum numero. ergo vl'e non est in natura extra intellectum.

Solutio qd est potest accipi dupliciter. vno modo vt est vna dictio et
sic quod est est idem quod singulare ⁊ sic dꝫ intelligi dictum boetij omne
quod ē. id ē om̄e singulare ideo ē qꝛ vnum numero est. Alio modo quod ē
potest accipi vt sunt due dictōnes ⁊ sic quod ē dꝛ omne illud quod habet
aliquo modo in natura eē ⁊ sic nō capitur quod est in dicto boetij. Uel p̄t
dici ꝙ vl'e nō ē illud quod ē sꝫ ē illud quo singulare ē. vel potest dici ꝙ ē du-
plex numerositas scz essentie ⁊ existentie ⁊c̄.

2

Queritur Quō debꝫ solui scd̄a questio qua querebat sup-
posito ꝙ vniuersalia sint in natura extra intelle-
ctum vtrum sint corporalia vel incorporalia. Solutio ꝙ vniuersalia sꝫ
incorporalia. Et hoc sic ostenditur ꝑm albertum. quia corporale dicitur
quattuor modis. p̄mo modo corporale dicitur quod est quantitate conti-
nua distensum ita ꝙ ip̄a quantitas sit aliquid sui ⁊ sic substantie materia-
les dicuntur corporales. Secundo modo aliquid dicitur corporale quod
ꝑm se non est quantum sed est quantum ⁊ extensum ad extensionem alte-
rius. ⁊ sic albedo dicit corporal' nigredo vl' aliqd hmōi. Tertio corpale

dicitur ꝙ non suscipit ea que suscipit nisi organo corporali et sic potentie
sensitiue visus auditus ⁊c. dicuntur corpales. Quarto modo aliquid di-
citur corpale non ꝙ sit pars corporis vel quantitatis corpalis sz qr est cor-
poris vel quantitatis corpalis principium ⁊ sic punctum dicitur esse corpale
Et sic sicut corpale dicitur multis modis ita etiaz incorpale dicitur mul
tipliciter sed nullo istorum modorum vniuersale dicitur corpale ergo opor
tet dicere ꝙ vniuersalia sint incorpalia. Preterea si vniuersalia essent cor-
poralia tunc sequeret ꝙ non possent mouere nostrum intellectum sz hoc
est falsum. ergo illud ex quo sequitur. Sequela probatur qr intellectus no
ster est incorporeus ⁊ incorruptibilis. et ergo si vniuersalia essent corpora
lia non possent mouere nostrum intellectum. qr tunc non esset proportio in
ter motiuum ⁊ mobile.

Arguitur Quantitas est vniuersale ⁊ tamen quantitas est cor
poralis. ergo vniuersale est corpale Secunda pars
antis ptz. qr quantitas est extensa habens partem extra partem. Solutio li-
cet quantitas particularis sit extensa ⁊ habens partem extra partem tamen quantitas
vniuersalis non. qr quantitas vniuersalis non est principium alicuius realis
quantitatis secundum esse sed solum secundum rationem. vel posset dici ꝙ aliquod vni-
uersale potest bene dici corpale vniuoce et essentialiter sicut pz de linea su-
perficie ⁊c. sed nullum vniuersale potest dici corpale denominatiue qr nullum ac
cidens commune primo ⁊ per se potest conuenire vli sz solum singulari

Arguitur Corpus de genere substantie est vniuersale ⁊ ta
men est corporale. ergo vniuersale potest esse cor-
porale etiam denominatiue. Secunda pars antecedentis patet qr corpus de
genere substantie est corporeum ergo est corporale qr idem videtur esse cor-
poreum ⁊ corporale Solutio ꝙ non sunt idem corporeum ⁊ corpale. qr
corporeum est differentia diuisiua substantie et constitutiua corporis. et non
predicatur de corpore denominatiue sz vniuoce. Sed corporale est accidens
de predicamento quantitatis ⁊ quia vniuersale abstrahit ab omni accidente
ergo vle non potest dici hoc modo corpale

Queritur Quomodo debet solui tertia questio qua querebatur vtrum
vniuersalia sint in sensibilibus .i. singularibus posita vel a
sensibilibus separata Solo ꝙ vniuersale accipitur dupliciter Vno modo for
maliter pro ratione seu intentione vniuersalitatis ⁊ hoc modo vniuersale
secundum rationem est a singularibus separatum quia ratio vniuersalitatis non est
nisi in intellectu. Alio modo materialiter pro natura subiecta seu subtra
ta intentioni et hoc modo vniuersale secundum esse est in singularibus ⁊ non est ab
eis secundum esse separatum licet non sit vniuersale secundum ꝙ est in illis sed secundum ꝙ est
commune communicabilitate nature communis. Et ꝙ vniuersale sic acceptum
non sit separatum secundum esse a singularibus ostenditur autoritate ⁊ ratione Auto
ritate Aresto. primo posteriorum dicentis ꝙ nulla necessitas est opinari
ꝙ vniuersale sit preter hoc. Ratione sic. Si vniuersale esset secundum esse separatuz
a singularibus tunc sequeretur ꝙ esset celum preter hoc celum ⁊ terra preter

hanc terram ꝛ homo preter hunc hominem. Et quia sciētie sequūtur res sequeretur etiam ꝙ alia esset sciētia de celo ꝛ de hoc celo ꝛ alia i[n]edicēna de homine ꝛ de hoc homine sed ista sunt incōueniētia ergo. Preterea quicquid est subsistens ꝑ seipm̄ est singulare ꝛ hoc aliq̄d si ergo vniuersale esset subsistens ꝑ se ipm̄ sepatū tūc vniuersale esset singulare. sꝫ hoc est falsum. ergo vl'e nō est ꝑ se subsistens a singularibꝰ sepatum.

Arguit̄ Om̄e qd̓ habet esse ꝛ non habet illud ꝑ aliud vel ab alio potest esse sine illo sꝫ vl'e habet esse nō ꝑ singulare nec ab illo. ergo potest esse sine illo ꝛ ꝑ ꝯsequēs vl'e pt̄ esse a singularibꝰ sepatum. Minor probatur qꝛ esse vniuersalis est esse commune qd̓ aptum natum est esse in multis ꝛ multis cōicabile sed hoc nō potest habere a singularibꝰ Solutio alberti ꝙ oē illud qd̓ habet esse non per aliud pt̄ eē sine illo nisi ita sit ꝙ suuꝫ esse sit in alio cui ipm̄ sit causa essendi. iam vniuersale est in singulari ita ꝙ esse vniuersalis est singulari causa essendi sicut secūda substātia est causa eēndi p̄me ꝛ ergo vl'e nō potest esse sine singulari.

Ar Idē non potest esse corruptibile ꝛ incorruptibile sꝫ vniuersale ē incorruptibile ꝛ singulare corruptibile. ergo non potest vniuersale esse in singulari ita ꝙ idem sit esse vniuersalis ꝛ singularis. Solutio ꝙ aliquid non dicitur corruptibile vel incorruptibile nisi ꝑ rōem suorum p̄ncipiorum constituentium esse ipsius. et ergo non est incōueniēs vnum et idem esse corruptibile ꝛ incorruptibile per comparationē ad diuersa principia et quia vniuersale ꝛ singulare referuntur ad diuersa principia. quia principia vniuersalis sunt simplicia et principia singularis determinata et distincta. ergo non est inconueniens vniuersale esse in singulari et tamē vl'e esse incorruptibile ꝛ ꝑticulare corruptibile.

¶ Pars executiua:

Videtur aūt neqꝫ genus neqꝫ spēs simpliciter dici.

¶ In pte executiua Porphirius determinat de quinqꝫ vniuersalibus in propria forma Et diuiditur in duos tractatus. In quorum primo determinat de quinqꝫ vniuersalibus ꝺm se et absolute. In secundo determinat de eis ꝯpatiue ponēdo cōueniencias ꝛ drn̄as. Primus tractatus diuiditur in quinqꝫ capitula ꝺm ꝙ quinqꝫ sunt vl'ia. In primo determinat de genere. Et subdiuiditur in duas ptes. qꝛ in prima ponit generis acceptōes. et in secunda ꝓsequit̄ de tertia acceptiōe Unde primo dicit videt̄ autem neqꝫ genus neqꝫ spēs simpl'r dici.

Queritur Quot modis accipitur hoc verbum videtur Solutio tripliciter. Uno modo vt exprimit apparentem probabilitatem ꝛ sic accipitur primo elenchorum. vbi dicitur ꝙ syllogismus sophisticus videtur esse syllogismus ꝛ non est. Secundo modo vt exprimit veram probabilitatem. ꝛ sic accipitur primo thopicorum vbi dicitur ꝙ probabile est quod videtur omnibus aut

7 pluribus ꝛc. Tertio accipitur vt exprimit euidentem veritatem. ꝛ sic accipitur hic in proposito quando dicitur videtur autem neqꝫ genus neqꝫ species simpliciter dici.

Queritur Quot modis potest accipi simpliciter. Solutio multis modis. Uno modo vt idem est quod sine excessu ꝛ sic dicunt grammatici ꝙ positiuus significat suum significatum simpliciter. Secūdo modo vt idem est quod vniuersale ꝛ sic dicitur ꝙ syllogismus simpliciter dictus est subiectum totius logice. Tertio modo vt est idem quod formaliter. ꝛ sic dicitur ꝙ syllogismus simpliciter dictus. id ē ꝫm formā ꝯsideratus est subiectum libri priorū. Quarto modo ut idem est quod non ꝫm quid ꝛ sic dicimus ꝙ syllus simplr dictus id est non ꝫm quid dictus est subiectum libri thopicorum. Quinto modo vt valet tm̄ sicut sine addito et sic accipitur secūdo thopicorum vbi dicitur Simpliciter dico quod sine addito dico. Sexto vt valꝫ tm̄ sicut nō multipliciter vel vno modo ꝛ ita accipitur hic quando dicitur videt̄ autē neqꝫ genus neqꝫ species simpliciter. id est vno modo dici sed vnūquodqꝫ eorum dicitur multipliciter

¶De genere.

Queritur Quot sunt acceptiones generis. Soº ꝙ tres quarū due prime sunt ciuiles et tertia logica.

¶ Queritur. Quid est genus primo modo. Soº genus primo modo est collectio multorum quodāmodo se habentium ad vnum aliquod et ad seinuicem. Exemplum est vt collectio romanorum dicit̄ genus hoc modo qꝛ oēs de illa collectōne habent quādam habitudinem ad aliquod vnū scꝫ romulum tanq̄ p̄mū patrem a quo omnes per successiuā propagationem descenderunt.

Queritur Quid est genus secūdo modo. Solutio genus secundo modo dr̄ p̄ncipiū vniuscuiusqꝫ generationis vel ab eo qui genuit vel de loco in quo quis genitus est. Et de hoc secūdo modo ponit p̄hus quatuor exēpla. scꝫ duo de patre qui genuit ꝛ duo de patria siue loco. Exempla de patre sunt. vt dicimus orestē habere genus a tantalo. qꝛ tantalus fuit pauus eius. Et hyllū ab hercule. qꝛ hercules fuit eius attauus. Exempla vero de patria siue loco sūnt vt dicimus pindarū quidā thebanū esse genere platonē vero atheniēsem qꝛ patria est principiū generatōnis sicut pater.

Ar Uidetur ꝙ ista secunda acceptio generis non sit vera. Assumptum probatur quia romulus est genus secūdo modo ꝛ tamē non est p̄ncipium vniuscuiusqꝫ generatōis Soº ꝙ illa secunda acceptio debet intelligi reddendo singula singulis vt sit sensus ꝙ qōlibet genus est principium sue generationis.

Queritur Quare porphirius nō exemplificauit hic de matre sicut de patre. cum tamen mater etiā sit p̄ncipium generationis. Solº quia mater non est p̄ncipium generationis

nis actiuum sicut pater sed solum materiale et passiuum ꝛ ergo nō habet
mater ↄuenientiam cum genere logico sicut pater. qꝛ genus logicū nō est
principium materiale sed formale.

Querit̃ Quare tempus non ponitur hic principium generatio
nis sicut locus So° qꝛ tēpus ꝓprie nō est cā gñatōis
ſꝫ mag᷒ cā corruptōis. vt dicitur q̄rto phicoꝝ. eo ꝙ est mēsura successiua
faciens rem distare a suo principio. Sꝫ locus est ṗncipiū ꝛ cā generatōis
qꝛ locus habet mirabilem virtutē sibi a corpibꝫ celestibꝫ influxā generan
di ꝛ cōseruandi suum locatum.

Queritur Quō cōparat porphirius istā secūdam acceptio
nem generis ad primam. So° dicit ꝙ ista se-
cunda acceptio videtur esse promptissima ꝛ principalior generis significa
tio supꝑe inter istas duas. Et hoc probat dupliciter. Primo quia ge
nus ṗmo mō hꝫ esse a genere secūdo mō vt collectio romanoꝝ a romulo
qꝛ romani dicuntur q̇ ex genere descēderūt romuli ꝛ cecropides qui a ge
nere descēderūt cecropis. Scdo ptꝫ h̄ idē qꝛ nomen generis apud ciuiles
prius attributum est generi secundo modo q̄ꝫ primo. quia prius appel-
latum est genus vniuscuiusq̄ꝫ generationis ṗncipium ꝛ dehinc posteri᷒
collectio vel multitudo eorum qui descenderunt ab illo vno ṗncipio vo
cata est genus Et ꝙ hoc verum sit patet. quia genus primo modo capit
distinctionem suam a genere scdo modo sicut collectio romanorum distin
guitur a qualiber alia collectione. qꝛ tota illa collectio descēdit a romulo
tanq̄ꝫ a ṗmo principio generationis.

Arguitur Ex illo sequeretur ꝙ ista secunda acceptio de-
beret precedere primam. Sequela patet qꝛ cau
sa debet precedere effectum Solutio ꝫm ordinem nature ista acceptio
deberet p̄cedere ṗmā ſꝫ ꝫm ordinē discipline debet seq̄ Et rō est qꝛ gen᷒
scdo modo habet maiorē ↄueniētiam cū genere logico ꝛ magis declarat
genus logicū ꝛ ḡ etiam ꝓpinquius ponitur ad ipm.

Queritur Que est tertia acceptio generis. Solo aliter
rursus dicitur genus cui supponitur species Et
dicit Porphi. notanter ibi aliter rursus qꝛ ista tertia acceptio non est ciui
lis sicut due ṗores sed logica ad similitudinē illarum acceptionum ciui-
lium fortasse dicta.

Ar Generi supponit̃ drīa et etiam indiuiduū. ḡ male dicit ista ter-
tia acceptio ꝙ genus ē cui supponitur spēs So° licꝫ generi sup
ponatur drā non tamē positōne directa sed indirecta. qꝛ drīa ponitur a
latere ꝛ indiuiduū. licꝫ supponatur indiuiduum nō tamē suppositōne ime
diata ſꝫ mediata. iam sic debet intelligi ista acceptio ꝙ genus tertio mo-
do est cui supponitur spēs supꝑe positōne directa ꝛ imediata.

Querit̃ Utrū iste tres acceptōnes generis sint sufficienter as-
signate Solutio ꝙ sic qꝛ porphirius nō intendit hic

ponere oẽs acceptões generis indifferẽter sȝ solũ illas q̃ hñt ꝯuenientiã cũ genere logico ⁊ q̃ ducũt in notitiã generis logici. Sȝ tales sunt due ciuiles hic posite. g̃ illas solũ cũ acceptõe logica hic ponit.

Ar Est aliqđ genus masculinũ aliqđ femininũ aliqđ actiuũ passiuũ ⁊c. ⁊ ille acceptões hic nõ ponunt. ergo sunt plures acceptões generis q̃ȝ hic posite. Solutio sicut iã dictũ fuit ꝙ por. nõ voluit hic ponere oẽs acceptões gñis sȝ solũ illas cũ q̇bꝫ genus logicum de quo hic intendit habet ꝯuenientiam.

Querit Quã ꝯuenientiam hȝ genus logicum cũ genere ṗmo mõ. Solutio qꝛ sicut genꝰ logicũ sub se ꝯtinet multitudinẽ spẽꝝ. ita genus ṗmo mõ est collectio multoꝝ generatoꝝ habentiũ se ad vnũ aliqđ ṗncipiũ illius generatõnis sicut collectio romanoꝛuȝ ordinẽ habet ad romulum.

Queritur Quõ differt genus logicũ a genere ṗmo modo. Solo differt ab eo in duobꝫ. ṗmo qꝛ genꝰ logicũ hȝ se ꝑ modũ totius vl'is. sȝ genus ṗmo mõ hȝ se ꝑ modũ totius integralis. Scđo qꝛ genus logicũ p̄dicat' de qualibet sua ꝑte. sȝ genus ṗmo mõ nõ p̄t de ꝑtibꝫ suis predicari.

Queritur Quam ꝯuenientiã hȝ genus logicum cum genere secundo modo. Solutio ꝯuenit cum eo in tribus. Primo qꝛ sicut genus scđo mõ est ṗncipiũ oĩm ab eo descẽdentiũ Ita genus logicũ est ṗncipium oĩm suaꝝ spẽꝝ. Scđo qꝛ sicut genus scđo mõ est aliquo mõ in descẽdentibꝫ ab eo sic genus logicũ est in oĩbꝫ suis speciebꝫ. genus em̃ scđo mõ sicut pater dꝛ aliq̇d sui habere in oĩbꝫ ab eo descẽdentibꝫ. qꝛ semen ꝓpagatõis diffusum a patre est aliq̇d patris. Et g̃ plato vocauit tale semen ꝑuum patrẽ. Tertio qꝛ sicut genus scđo mõ ẽ ṗncipium ꝯueniẽtie oĩm descẽdentiũ ab eo ⁊ ṗncipiũ etiã distinctõis sue collectõnis a qualibet alia. ita genus logicum est ṗncipium ꝯueniẽtie oĩm suarum spẽꝝ ⁊ ṗncipiũ dĩe eaꝝ a spẽbꝫ alioꝝ generum.

Querit Quõ differt genus logicũ a genere scđo mõ. Solo differt ab eo etiã in tribꝫ. Primo qꝛ genus scđo mõ est ṗncipiũ effectiuũ ⁊ extrinsecũ descendẽtiũ ab eo. Sȝ genus logicũ ẽ ṗncipiũ formale ⁊ intrinsecũ suaꝝ spẽꝝ. Scđo qꝛ genus scđo mõ est ṗncipiuȝ essendi suoꝝ generatoꝝ sȝ genꝰ logicũ est solũ ṗncipiũ cognoscẽdi. Tertio qꝛ genus scđo mõ dictũ nõ est in descẽdentibꝫ ab eo ꝓm totã substãtiã sȝ solũ ꝓm ꝑtem substãtie que est semen Sed genus logicũ est in qualibȝ sua spẽ ꝓm totam suam essentiam

Queritur Utrum de om̃ibus istis tribus acceptõnibus ⁊ modis generis sit hic ad propositum Solutõ por. ꝙ nõ sed solum de genere tertio modo quod vocatur genus logicum q̇ꝛ de illo solum ꝓmo' est apud phos.

Queritur Quõ definitur genus tertio modo. Solutio sic. Genus est quod p̄dicatur de pluribus diffe-

rentibus spē in eo quod quid est. Exemplum est vt animal.

Querit Quō declarat por. illam definitōem generis. Solō pmo ponit vnam diuisionē q̄ talis est. Qꝫ eoꝝ q̄ p̄dicā tur q̄dam p̄dicantur de vno solo sicut indiuidua. vt socrates ⁊ hic ⁊ hec et hoc. Alia vero p̄dicant de pluribꝫ sicut genera ⁊ spēs ⁊ drñe ⁊ ꝓpria et accidētia ꝯmunia. Exemplū de genere est vt aīal. de spē vt homo de drā vt ratōnale de ꝓprio. vt risibile de accidente ꝯmuni vt albū nigrum.

Queritur Quō applicat por. istam diuisionē ad declarandum definitōem generis. Solutio ostēdit ex ea quō genus per definitōem iam datam distinguitur ab omnibus alijs. Et dt ꝙ pmo genus differt ab his q̄ p̄dicant de vno solo. qꝛ ipm p̄dicat de pluribus. Secundo differt genus a specie. quia species predicatur de pluribꝫ differētibus numero sed genꝰ p̄dicatur de pluribꝫ differentibꝫ spē. Tertio etiam differt a proprio. qꝛ ꝓprium p̄dicatur solum de vna spē cuius est ꝓprium ⁊ de indiuiduis ꝯtentis sub tali specie. sed genus p̄dicatur de pluribus spē differentibus. Quarto differt etiam genus a differētia ⁊ accidente ꝯmuni qꝛ differentia ⁊ accidens ꝯmune nō predicantur in quid sed in quale. genus autem hoc predicatur in quid. Et probat porphirius sic. quia differentia ⁊ accidens ꝯmune ꝯuenienter respondentur ad interrogatōnem factam per quale. sed genus respondetur ad interrogatōnem factam per quid. Sicut exempli gratia. quando queritur qualis est homo. respondetur est ratōnalis. qualis est coruus respondetur est niger. ratōnale autem est differētia ⁊ nigrum accidens. Sed quando queritur q̇d est homo respondemus est animal. sꝫ animal aūt ē genus hominis. Quia ergo p̄dicta definitio generis nihil superflui aut diminuti continet sed distinguit sufficienter genus a quolibet alio. vt patet ex inductione facta per singulas ꝑticulas seq̄tur ꝙ ipā sit ꝯuenienter ⁊ bn̄ assignata.

Ar Qꝛ ale dicitur in illa definitōe genus est quod predicatur. ergo illa definitio nō est conuenienter ⁊ bene assignata. Antecedēs ꝓbatur. quia genus in predicatōnibus sepe subijcitur. vt patꝫ dicendo animal est substantia. Solutio licet quandoqꝫ acceptum in ratōne speciei subijciatur inquantum scꝫ est species subalterna respectu superioris generis. tamen acceptum in ratōne generis nunq̄ꝫ subijcitur sed sꝑ p̄dicat

Contra Genus acceptum in ratōne generis nō semper predicatur. ergo ista solutio est falsa. Antecedēs probatur quia animal est genus acceptum in ratōne generis. ⁊ tamen de nullo predicatur. Solutio lꝫ nō p̄dicetur actu tamē bn̄ aptitudine. verba em̄ in definitōnibus posita nō dicunt actum sed aptitudinem.

Contra Genus non predicatur ſm aptitudinem. ergo. Antecedens probatur. quia vel predicaretur genus pro prima intentōne vel pro secunda. sed nullum illorum potest dici. Non pro secunda intentōne. quia illa nō predicatur in quid sed in quale. Non pro prima eo ꝙ de illa nō dat ista definitio. quia alias nō esset cōuertibilis cū

suo definito. Solutio genus predicatur pro prima intentōne. Et
quando dicitur ꝙ de illa non datur definitio negandum est hoc. Et ad
probatōnem qua dicitur quia alias nō esset definitio ista conuertibilis cū
suo definito. Dicendum est ꝙ hoc falsum est. quia sicut prius dictum
fuit aliud est hic quod definitur seu de quo definitio datur ⁊ aliud cui de-
finitio attribuitur seu de quo definitio verificatur. Datur enim ista defi-
nitio de genere pro secunda intentōne ⁊ cum ea conuertitur. sed definitio
ista de secunda intentōne non verificatur. quia illa secunda intentio genꝰ
non est que predicatur de pluribus differentibus specie. sed verificatur
de prima. non enim dicimus ꝙ homo est genus asinus est genus. sed dici-
mus homo est animal asinus est animal ⁊ sic de alijs. Et ratio illius fuit
superius assignata.

Ar̄ Genus non predicatur de pluribus. ergo definitio generis non
est bona. Antecedens probatur. quia si sic hoc vel fieret in vna
propositōne vel in pluribus. non in vna vt manifestum est. nec in pluribꝫ.
quia quod semel dictum est amplius resumi nō potest Solutio genus
predicatur de pluribus in pluribus propositōnibus. vt patz dicendo ho-
mo est animal. asinus est animal ⁊ sic de alijs. Et ad improbatōnem de-
bet dici ꝙ illud quod semel dictum est nō potest amplius resumi sub iden
titate vocali. ita ꝙ eadem vox in numero semel prolata iterum resuma-
tur sed potest bene resumi sub identitate reali sub alia voce in numero. qa
potest formari alia vox priori similis que significet eandem rem que signi
ficata fuit prius.

Ar̄ Genus predicatur de pluribus conuenientibus specie. ergo ma
le dicitur in definitōne de pluribus specie differentibus. Ante-
cedens patet. quia animal est genus ⁊ predicatur de homine ⁊ asino que
conueniunt specie. quia homo est species ⁊ asinus est species. Solutio
licet homo ⁊ asinus conueniant specie accipiendo speciem pro secunda in-
tentōne. tamen differunt specie accipiendo spēm pro pᷓma intentōne quō
debet hic accipi in definitōne generis.

Ar̄ Genus predicatur in quale. ergo male dicitur in definitōe ꝙ pre
dicatur in quid. Antecedens probatur. quia coloratum est ge-
nus ad album ⁊ nigrum. ⁊ tamē non predicatur in quid. sed in quale. qꝛ
significat accidens Solutio licet coloratum predicetur in quale de suo
subiecto respectu cuius est accidens. nō tamen predicatur in quale sed in
quid de albo ⁊ nigro. Et ratio illius est. quia respectu albi ⁊ nigri nō ha-
bet se vt accidens sed vt genus.

Querit̄ An genus possit saluari in vna spē. Solutio ꝙ ge-
nus accipitur dupliciter. vno mō ƀm suam essentiam
et sic genus potest saluari in vna spē. Et ratio illius est. qꝛ essentia generꝭ
est indiuisibilis. sed indiuisibile vbicunqꝫ est ibi totum est. Alio modo ge
nus accipitur ƀm suam potestatem. Et sic nō potest saluari in vna specie.

Et ratio est quia potestas generis est diuisibilis per oppositas differentias sed opposite differentie nõ possunt esse in eadem specie. ergo impossibile est genus saluari ſm suam potestatem in vna spē.

Ar̃ Potestas generis radicatur in essentia. et est ab ea inseꝑabilis ergo vbicunqꝫ saluatur genus ſm totam suam essentiam etiam saluabitur ſm totam potestatem. Solutio q₂ potestas generis radicat͛ in essentia. ergo vbicunqꝫ est tota essentia ibi etiam est tota potestas radicaliter siue original'r ꝛ inchoatiue. sed nõ seqᷓtur ꝙ sit ibi totaliter ꝛ actualiter. Et hoc ꝓpterea sicut patuit. quia essentia illa est indiuisibilis. ꝛ ergo vbi est ibi totaliter est sed potestas generis est diuisibilis ꝛ ergo nõ oportꝫ ꝙ vbicunqꝫ ip̄a saluat͛ vel ē ꝙ ibi totaliter sit.

Queritur Quid est potestas generis. Solutio potestas generis nihil aliud est q̃ȝ diuisibilitas generis in plures spēs que seqᷓtur naturam ip̄ius generis intellectam. vt vna est contrahibilis tamen per oppositas ꝛ diuersas differẽtias in plures spēs. Ex quo patꝫ ꝙ differẽtie opposite nõ sunt potestas generis sed explicant generis potestatem. Et non distinguuntur realiter a genere. licet realiter distinguantur inter se. Et ergo etiam spēs per eas constitute nõ differunt realiter a genere sed differunt tamen realiter inter se.

Queritur An spēs etiam possit saluari in vno indiuiduo. Solutio ꝙ sic ſm essentiam ꝛ potestatem de essentia. patꝫ quia illa est indiuisibilis. Et de potestate probatur. quia potestas spēi nõ est diuisibilis vel ꝯtrahibilis per differentias formales ꝛ intrinsecas. sicut potestas ipsius generis sed solum per differentias materiales ꝛ extrinsecas.

Ar̃ Si spēs posset saluari in vno indiuiduo ſm essentiam ꝛ potestatem tunc sequeretur ꝙ nõ esset vniuersale. sed hoc est falsum. ergo illud exquo sequitur. Solutio ꝙ totam speciem saluari in vno indiuiduo potest intelligi dupliciter. vno modo ſm totalitatem sue essentie et potestatis sic ꝙ nihil existens de sua formali ꝑfectõne quin sit in tali indiuiduo ꝛ sic verum est ꝙ tota species saluatur in vno indiuiduo. imo sic est species in quolibet indiuiduo Alio modo potest intelligi ſm totalitatem sue vniuersalis aptitudinis ꝛ sic nõ potest species saluari tota in vno indiuiduo. quia nunqꝫ est sic existens in vno quin etiam quantum de se est possit esse in alio.

Secundũ capitulum De specie.

¶ Spēs aũt dicitur quidem ꝛ de vniuscuiusqꝫ rei forma.

In hoc secundo capitulo porphirius determinat de secundo p̄dicabili scꝫ de spē. Et diuiditur in duas partes. q₂ in p̄ma ponit acceptiones spēi et in scđa prosequitur de spē hic intenta.

Queritur Quare istud capl'm de spē seq̃tur capl'm de genere. Solo propter multas causas. p̄mo q2 genus ꝛ species ad inuicē referunt ꝛ vnū nō potest definire sine alio cognosci. Scdo q2 spēs hz ꝯformitatē in mō p̄dicādicū genere. q2 ābo p̄dicant in q̄d.

Ar Differentia est prior specie. ergo capl'm de drā deberet precedere capl'm de spē Añs probat. q2 drā est p̄ncipiū spēi Solutio licet drña s'm ordinē nature deberet p̄cedere spēm sicut p̄ncipiū suum p̄ncipiatuz ꝛ ꝯstituēs ꝯstitutum tñ s'm ordinem discipline spēs debet p̄cedere drām. Et hoc ꝓpter cās iam dictas et etiam q2 spēs habet se vt totuz sz drā solū vt pars totū eñ sp notius est quo ad nos q̄ pars

Queritur Quot sunt acceptōnes spēi. So° q' due. Prima est q' spēs dr vniuscuiusq3 rei forma seu decor s'm quā dictuz est q' spēs p̄ami digna fuit imperio bona eñ dispō exterior indicat bonam dispōem interiorem s'm q' dr Arestoteles q' molles carnes aptos mente dicimus.

Ar Anima rōnalis est vniuscuiusq3 rei forma ꝛ tñ nō est spēs. ergo ista acceptio est falsa Prima ps añtis pbat q2 est forma hois Et scdā ptz q2 s'm illā rusticus nō est minus dignus iperio q̄ p̄amus. So° est duplex forma scz substātialis ꝛ accñtalis. iam non est hic sermo de forma substātiali sz de accñtali q̄ est quedā pulchritudo seu formositas consistens in debita ꝯmensuratione ptiū adinuicē s'm ꝓportionem sue spēi

Queritur Que est secūda acceptio spēi Solutio q' spēs est q̄ ponitur sub assignato genere. id est sub determiato genere. Et ponit por. de hoc tria exempla in tribus p̄dicamētis. Primo in p̄dicamento substantie vt solemus dicere hoiem esse spēm aialis cū aial sit eius genus. Secūdo in p̄dicamēto qualitatis. vt albū dicim9 coloris spēm. Et tertio in predicamēto q̄titatis quia triangulū dicimus speciem figure. Et plus exēplificat porphirius de istis trib9 p̄dicamentis q̄ de alijs. q2 ista sunt p̄dicamēta absoluta ꝛ magis p̄ncipalia Alia sunt quodāmodo omnia respectiua.

Ar Ista acceptio ꝯuenit drñe etiā ꝯuenit indiuiduo. ergo nō est acceptio spēi. Añs pbat. q2 drña ponit sub assignato genere silr indiuiduū. vt rōnale et sortes sub aiali. So° Alberti q' ista acceptio debz sic intelligi spēs est qd ponit sub assignato genere sup' positōne ordinis et participatōnis. Et sic non conuenit drñe nec indiuiduo q2 p hoc q' dr positione ordinis excluditur indiuiduū q2 indiuiduū non subordinat generi sicut inferius suo imediato supiori sz inter indiuiduū et genus mediat species. Et per hoc q' dicitur positōne participatōnis excludit drā q2 drā nō participat genus cū non sit ꝯposita sed simplex forma. ptz ergo q' sola species est q̄ ponitur sub assignato genere.

Ar Vnū oppositorū non ponitur sub alio sz genus ꝛ species sunt opposita ergo vnū non ponitur sub alio Solutio q' genus ꝛ spēs accipiunt dupl'r. vno mō scdē intētionaliter ꝛ sunt opposita relatiue ꝛ vnū

non ponitur sub alio. Alio modo intentionaliter p naturis substratis illis intentõnibꝫ secundis ꝛ sic non sunt opposita ꝛ hoc modo spẽs que est inferior ponit̃ sub genere tanq̃ sub imediato supiore.

Querit̃ Quõ differt ista secunda acceptio spẽi a pma Solo qꝛ pma fuit ciuilis sꝫ ista est logica. Et ponit̃ hic illa prima acceptio vt ducat nos in cognitõez speciei logicaliter ꝯsiderate ꝓpter silitudinẽ quam habet cum ipa

Querit̃ Quã silitudinẽ habet spẽs logica cũ spẽ pmo mõ accepta Solo qꝛ sicut spẽs pmo mõ est forma ꝛ decor siue pulchritudo eius .cuius est ita spẽs logica est forma et pulchitudo sui generis qꝛ genus sm se est potentiale ꝯfusum ꝛ informe sꝫ spẽs illã informitatẽ eius ꝛ ꝯfusionẽ format ꝛ terminat.

Ar̃ Differẽtia termiat informitatẽ generis. ergo nõ spẽs So° est duplex terminãs. s. quod et quo drña est bene terminans quo sꝫ species est terminãs quod.

Dr̃ Quod est dubiũ qð remouet por. circa scdam acceptõem speciei So° ex quo supius definientes genus fecimus mẽtionẽ de spẽ dicendo genus est qð p̃dicatur de pluribꝫ drñtibꝫ spẽ in ea qð quid est. Et nũc rursum dicimus ꝙ spẽs est que ponitur sub assignato genere faciendo mẽtionẽ de genere posset aliquis putare ꝙ hic ꝯmittĩ circulus et ꝙ idem esset notius ꝛ ignotius pus ꝛ posterius. Sed remouet por. hoc dubium ꝛ vult ꝙ hic nõ ꝯmittĩ circulus qꝛ genus nõ est sui sꝫ spẽi genꝰ Et spẽs etiam nõ est sui sꝫ gñis spẽs. Et ergo necesse est in vtroꝛũqꝫ rationibꝫ seu definitionibꝫ vtrisqꝫ vti hoc est in definitõne gñis necesse ẽ poni spẽm. et ecõtra in definitõe spẽi necesse est genus poni

Queritur Quot sunt definitõnes spẽi hic posite a porphi. Solo ꝙ tres. Prima est Qꝫ spẽs est q̃ ponit̃ sub assignato genere. Scða q̃ sequit̃ ex illa est ꝙ spẽs est de qua genus in eo ꝙ q̃d est p̃dicatur. Tertia est ꝙ spẽs est qð p̃dicat̃ de pluribus differẽtibus numero in eo ꝙ quid est

Ar̃ Unius definiti debet esse tm̃ vna definitio sꝫ spẽs est vnũ definitum. ergo male ponũtur hic tres definitõnes spẽi So° ꝙ vnius definiti eodeꝫ modo sumpti est tm̃ vna definitio sꝫ si sumat̃ diuersimode sic sm diuersos respectus eius possunt esse plures definitões siue descriptõnes Et sic est in ꝓposito qꝛ pma definitio spẽi hic posita dat̃ de spẽ inq̃tum est reponibilis in p̃dicamẽto. scða datur de ea in rõne subijcibilis Et tertia in ratõne p̃dicabilis. Et ergo pme due definitõnes ꝯueniunt tam spẽi spẽalissime q̃ subalterne. sꝫ tertia ꝯuenit solũ spẽi specialissime q̃ sola est distinctũ p̃dicabile a genere.

Arguitur Illa tertia definitio etiam conuenit generi ergo non cõuenit solum speciei specialissime Ãñs pbatur qꝛ genus p̃dicatur de pluribus drñtibus nũero in eo ꝙ q̃d est sicut

animal p̄dicatur de sorte ꝛ platone Solutio licet genus p̄dicet̄ de plurib⁹ differentib⁹ nūero hoc tamē nō est imediate Spēs aūt illa imediate p̄dicat̄ de plurib⁹ nūero dr̄ntib⁹ in eo qđ quid est.

Arguitur Sol luna mūdus sunt spēs ꝛ tamē non possunt p̄dicari de plurib⁹ nūero differētib⁹. ergo illa definitio spēi est falsa. Scđa pars aūtis pꝫ. qꝛ non sunt plures soles aut lune aut mūdi Solutio licet ille spēs non predicētur de plurib⁹ nūero differentib⁹ actu tñ bñ aptitudine. Et ratio illius est. qꝛ defectus nō est in illis ex pte forme specifice ſꝫ tm̄ ex pte materie

☞ Contra. Frustra est aptitudo que nunq̄ȝ ducit̄ ad actum ſꝫ ista aptitudo nunq̄ȝ ducet̄ ad actum. ergo est frustra. Solutio aptitudo nō est frustra que nunq̄ȝ ducitur ad actū. qꝛ aptitudo est quedā actus sed potētia illa est frustra q̄ non ducitur ad actum. qꝛ potētia est ad actum ordinata. et ergo si illum non attingit est frustra

Ar Spēs p̄dicatur de plurib⁹ spē dr̄ntib⁹ ergo. Aūs pbatur qꝛ homo est spēs ꝛ predicatur de viro ꝛ muliere q̄ differūt spē So° ꝙ licet vir et mulier differāt spē accn̄tali penes sexum masculinū ꝛ femininum nō tñ differūt spē essentiali ſꝫ solo nūero essentiali.

☞ Contra. vir ꝛ mulier plus differūt q̄ȝ vir ꝛ vir. ſꝫ vir ꝛ vir differunt nūero essentiali. ergo vir ꝛ mulier differūt spē eēntiali So° vir ꝛ mulier plus differūt accn̄tialiter q̄ȝ vir ꝛ vir ſꝫ nō plus differūt essentialiter

☞ Contra. Plus differūt essentialiter ꝙ. Aūs pbat̄ qꝛ differunt sicut natural' potētia et ipotētia q̄ dr̄nt spē eēntiali So° vir ꝛ mulier p̄nt ɔsiderari dupl'r. vno modo materialiter q̄ȝtū ad eorum subām ꝛ sic non differunt eēntialiter sicut naturalis potentia ꝛ ipotentia. Alio modo formaliter. vt vir est naturalis potentia ꝛ mulier naturalis impotētia. ꝛ sic distiguuntur essentialiter ſꝫ sic non p̄dicatur de eis hec species homo in quid ſꝫ ecōtra vir ꝛ mulier hoc modo p̄dicantur de hoīe in quale

Queritur Q̄uo declarat por. predictas definitiones speciei. Solutō p̄mo declarat p̄mā ꝛ postea secundā ꝛ tertiā relinquit ex eis notam.

☞ Queritur. Q̄uo declarat p̄mā definitiōem qua dicebat̄ spēs est que ponitur sub assignato genere So° declarat eam ꝑ coordinationē p̄dicamētalem p̄mo in generali ꝛ secūdo in speciali

Queritur Q̄uo declarat eā per coordinatōem predicamētalem in generali So° sic. quia in vnoquoqꝫ p̄dicamēto sunt quedā generalissima quedā specialissima. et q̄dā intermedia que vocant̄ subalterna. Generalissimū est supra quod non est aliud supueniens genus Specialissimū vero post qđ non est alia inferior species. Sed intermedia que dicunt̄ subalterna sunt genera ꝛ species ad aliud quid ē ꝛ ad aliud sumpta.

Arguitur In vno p̄dicamento est tm̄ vnū generalissimū ergo male dicit̄ hic ꝙ in vnoquoqꝫ p̄dicamēto sunt generalissima So° ꝙ qñ dr̄ por. ꝙ in vnoquoqꝫ p̄dicamento sunt

generalissima hoc debet intelligi red dēdo singula singulis.

Queritur Que est diuisio generis que habetur ex isto textu So° est ista q͛ duplex est genus scꝫ genus generalissimũ et genus subalternũ Et ratio illius diuisionis est qꝛ oē gen⁹ ponitur in coordinatione predicamentali vel ergo est ṗncipiũ sue coordinationis exñs metrũ ⁊ mensura oim aliorũ ⁊ sic est genus generalissimuꝫ vel est sub primo ab eo mensuratum ⁊ inferiora mensurans ⁊ sic est gen⁹ subalternũ. Et est ista diuisio sicut dicit albertus subiecti in accñtia

Queritur Qũo diuidiť spēs. Solutio spēs siľr diuiditur in spēm spēalissimā ⁊ spēm subalternā. Et ratio diuisionis est. qꝛ nomē spēi impositum est a specialitate vel ergo habꝫ specialitatem in termino vel non si ṗmo modo sic est species specialissima Si scđo modo sic est species subalterna

Queriť Qũo iam declarat dcām definitōem spēi ꝑ coordinatione p̄dicamentalem in spēali So° declarat eā specialiter in p̄dicamēto substantie qꝛ substantia est ṗcipuum ⁊ dignissimum predicamētum. Nam in illo predicamēto substantia est ṗmũ genus sub qua īmediate est corpus. Sub corꝑe corpus animatum. sub corꝑe aīato animal. sub animali aīal rationale sub aīali rationali homo ⁊ sub homine sortes ⁊ plato qui sunt indiuidua. Sed inter ista substantia est genus generalissimũ. qꝛ est genus solum ⁊ homo est species specialissima qꝛ est species solum Sed corpus est species substantie ⁊ genus corporis aīati. Et corpus aīatum species corporis ⁊ genus aīalis. Et aīal species corꝑis animati ⁊ genus aīalis ratōalis Et aīal rationale spēs aīalis ⁊ genus hominis ⁊ homo cōsequēter est species animalis ratōalis sed non est genus ꝑticulariũ hominũ sed solum species. Et sic vľr oīe illud qđ est ꝓxime ante diuidua est spēs tm̄ et nullo modo genus.

Queritur Que est habitudo eorum que sic ponũtur in p̄dicamento So° porphirij Qꝫ aliam habitudinem habent intermedia et extrema. qꝛ intermedia que vocanť subalterna habēt duplicem habitudinem scꝫ vnā ad suꝑiora respectu quorũ dicũtur species. Et aliam ad inferiora respectu quorũ dicuntur genera Sed extrema habēt solum vnam habitudinem qꝛ genus generalissimũ soluꝫ habet habitudinem ad inferiora q̄ sunt post ipm respectu quorũ est genus. Eam vero habitudinem que est ad suꝑiora non habēt cũ sit supremuꝫ et ṗmũ ṗncipium. Sic species spēalissima soluꝫ habet habitudinē ad superiora respectu quorũ dicitur spēs Sed ad inferiora nullā hꝫ habitudineꝫ sꝫ diciť indiuiduorũ spēs quasi ea ꝯtinens species vero suꝑiorum inꝯtuꝫ ab ills continetur.

Arguiť Species specialissima habꝫ duas habitudines ergo istud dictum est falsum. Añs probatur qꝛ sicut habꝫ habitudinē ad suꝑiora que eēntialiter ꝑticipat ita etiam ad inferiora scꝫ indiuidua a quibus participatur. Solutio licet species specialissima


habeat illas duas habitudines tamen prima solum est formalis scz quaz habet ad superiora et ergo dicitur solum habere vnaz habitudinem. ha-
bitudo eñ quam habet ad indiuidua est materialis ⁊ ad ea que non ca-
dunt sub arte vt posterius dicetur

Queritur Quot sunt definitõnes generis generalissimi. Solutio ꝙ due Prima est. genus generalissimũ est qđ cum sit genus non p̃t esse species. Secunda est genus generalissi-
mum est supra qđ non est aliud genus supueniens.

Ar Nulla bona definitio debet esse negatiua sed ille due definitõnes generalissimi sunt negatiue. ergo non sunt bone. Solutio nul-
la bona definitio debet esse pure negatiua potest tamen bene dari defini-
tio p aliquã negatõnem dũmodo p eam innuatur aliqua affirmatio. Et sic est in ꝓposito q2 qñ dicitur genus generalissimũ est supra qđ non est ali
ud genus supraueniens intelligit̃ ista affirmatio ꝙ genus generalissimuz est genus tm̃ ⁊ supremũ sue coordinatõnis

Querit̃ Quot sunt definitiones speciei spẽalissime. Soº ꝙ tres. Prima est ꝙ spẽs specialissima est que cum sit spe-
cies non potest esse genus. Secũda est Spẽs specialissima est que cũ sit species nunq̃ꝫ diuiditur in spẽs. Tertia est Spẽs spẽalissima est qđ p̃di-
catur de pluribus differẽtibꝫ nũero in eo ꝙ qđ quid est

Queritur Quid est genus subalternum Soº genus sub-
alternũ est qđ cũ sit genus potest esse species Et sic etiam definitur spẽs subalterna ꝙ spẽs subalterna est que cum sit spẽs potest esse genus Et ratio istarum definitionũ est q2 genera subalterna et spẽs subalterne sunt illa intermedia que sunt ante spẽm specialissimaz vsq̃ꝫ ad genus generalissimũ. Sed illa intermedia sunt genera et species ad aliud quidem ⁊ ad aliud sumpta Et istud totum qđ iam dictum est potest ad oculũ patere in hac sequenti figura q̃ vocat̃ arbor porphiriana.



Querit̃ Quare ista coordinatio generū ꝛ speꝝ vocat̃ arboꝛ.
Solū q̄ vocat̃ arboꝛ metaphorice ad sīlitudinē arborꝝ

Predicabilium porphirij

naturalis Quia sicut in arbore naturali proprie sunt tria scz radix truncus et ra
mi sic proportionabiliter est ista iuenire in arbore porphiriana Nam radix in ista
arbore est duplex. s. radix subiectionis et predicationis. Radix subiectionis sunt
indiuidua in quibus omnia superiora habent esse existentie Sed radix predicationis est genus
generalissimum quia a genere generalissimo omnia inferiora habent esse essentie Truncus
cus, vero est rectus ordo generum et specierum Et rami sunt differentie que lateraliter se ha
bentes pullulant ex radice et trunco Et sicut sunt duo etiam accidentia arboris na
turalis scz fructus et folia ita etiam est illa aliquo modo assignare in arbore
ista Nam fructus hic sunt accidentia propria que saporem trahunt ex essentialibus principijs
propijs subiecti. Et folia sunt accidentia quia sicut folia fluunt et refluunt absque
corruptione substantie arboris naturalis. ita etiam accidentia communia possunt
adesse vel ab esse suis subiectis sine corruptione suorum subiectorum

Queritur Utrum ista arbor porphiriana sit conuenienter ordinata
Sed quod sic dempto animali rationali cum suis differentijs di
uisiuis Et ratio illius est. quia in ista arbore animal rationale ponitur pro genere respectu
pectu hominis sed hoc est falsum et obuium fidei catholice. quia fides nostra non
ponit aliquod animal quod sit rationale aliud ab homine Et nedum istud est obuium fidei
sed etiam vere philosophie quia secundum philosophiam nullum genus debet esse conuerti
bile cum sua specie sed animal rationale est conuertibile cum homine. Nec est consonum vere
philosophie quod aliquod sit animal rationale immortale quia secundum philosophiam omne compositum ex contra
rijs est corruptibile sed omne animal est compositum ex contrarijs ergo nullum potest
esse animal immortale. Et si queratur quare tale posuit porphirius qui tamen fuit
magnus philosophus. Ad hoc debet dici quod porphirius in hoc sequutus est opi
nionem stoycorum qui posuerunt duplices spiritus scz bonos quos vocabant ca
lodemones et malos quos vocabant cacodemones et omnes. illos spiritus
dicebant esse animalia rationalia sed immortalia Et postea dicit por. Sumus enim
nos rationales et dij sed mortale nobis additum separat nos ab illis Et si
dicatur por. superius in prohemio promisit se sequuturum opinionem peripateticorum
Ad hoc respondent quidam quod hoc debet intelligi in pluribus et principalioribus
bus scz in definitionibus et diuisionibus. sed non in omnibus

Queritur Quomodo porphirius declarat istam coordinationem predicamen
talem seu arborem in textu. Solutio declarat eam per
vnam coordinationem naturalem seu ciuilem in familijs Et dicit quod in coordi
natione predicamentali est sicut est in familijs Sed in familijs est reperire ali
quem qui est filius tantum vt agamenon et aliquem qui est pater tantum. vt iupiter et ali
quos qui sunt patres et filij respectu diuersorum sicut atreides pelopides et
tantalides. Et ergo sic erit etiam in coordinatione predicamentali quod aliquid erit
genus tantum, aliquid erit species tantum Et aliqua erunt intermedia que sint genera et spe
cies respectu diuersorum.

Arguitur Saturnus dicitur fuisse pater iouis. ergo male dicitur quod iuppiter est pater
tantum et non filius Solutio secundum fabulas historiales poetarum licet
iuppiter dicatur fuisse filius saturni tamen quia expulit patrem suum a regno ideo
in dignitate regali et gradu honoris dicitur pater tantum quia in eo tanquam in sum
mo stat regalis sua familia.

Queritur In quo differūt iste due coordinationes scꝫ predicamē
talis ⁊ que est in familijs   Soᵒ poꝛ. ꝙ in hoc differunt
qꝛ in familijs plerūqꝫ oīa reducūtur ad vnū ꝑmū principiū vtputa ad io
uem in ꝓposito. Sed in generibus et speciebꝫ non est sic. qꝛ in illis non oīa
reducunt̄ ad aliquod vnū genus nec oīa p̄dicata sunt eiusdē generis ſm
vnum supmū genus sed sunt posita decem p̄dicamenta tanq̄ ꝑma ꝑnci
pia q̄admodū dꝛ aresto. Et si diceret aliquis ꝙ oīa p̄dicamenta haberēt
ordinē ad vnū cōe genꝰ quod est ens. Ad hᵒ respōdet poꝛ. ꝙ si q̄s oīa de
cem p̄dicamēta entia vocet nō vniuoce sꝫ equoce nūcupabit ea.

Queritur Circa hoc vtrū ens dicat̄ de decē p̄dicamentis vni
uoce vel equiuoce   Soᵒ nō vniuoce sꝫ equoce vł ve
rius analogice. Et ꝓbatur autoritate et ratōe. Autoritate ꝑmo phi q̄rto
metaphisice vbi dꝛ ꝙ ens dicitur de entibꝫ sicut sanū de sanis sꝫ sanū dici
tur de sanis analogice ergo. scdo autoritate eiusdē ꝑmo phisici vbi dꝛ ꝙ
principiū procedendi ꝯtra ꝑmenidē ⁊ mellissum est ꝙ ens dicitur multi
pliciter. Tertio autoritate poꝛ. hic in tex. Rōne ꝑmo sic. Quia si ens dice
retur vniuace de decem p̄dicamētis tūc vel predicaretur vt genus de eis
vel vt dꝛña vel vt species nullum eorum potest dici ḡ. Minoꝛ ꝓbat̄ non
potest dici ꝙ predicatur vt species qꝛ nihil habet supra se. Nec vt dꝛña qꝛ
dꝛña est diuisiua alicuius generis qd est ea cōius sed ente nihil est cōius.
Nec etiam vt genus qꝛ genus contrahitur ad speciē ꝑ dꝛām sed ens nō
p̄t ꝯtrahi ad substātiam ⁊ accidens ꝑ drām. qꝛ dꝛña debet esse extra ra
tionem generis sꝫ nihil est qd subterfugit rōem entis.   Preterea scdo
illa que sunt ꝑmo diuersa ⁊ se totis distincta ī nullo vniuoco ꝯueniūt sed
substantia ⁊ accidens sunt hmōi. ḡ in nullo vniuoco ꝯueniūt ⁊ ꝑ ꝯseq̄ns
ens non est eis vniuoce cōe. Minoꝛ patet qꝛ sunt decem rerum prima
ꝑncipia ſm Boetium.

Ar Quicq̄d contrahitur ad decē p̄dicamēta ꝑ dꝛās oppositas hoc ē
genus vniuocum decē predicamētoꝝ sꝫ ens in cōi est hmōi ergo
ens est cōe vniuocū ad decem p̄dicamēta. Minoꝛ probatur qꝛ ens ꝯtra
hitur ad subām ⁊ accidēs ꝑ illas dꝛās que sunt esse ꝑ se ⁊ non esse ꝑ se.
Solᵒ ꝙ ens nō ꝯtrahit̄ ꝑ dꝛās sꝫ sine aliquo ꝯtrahēte dīīdit ad substātiā
⁊ accñs. Et rō illius est qꝛ ens analogice ſcat subām ⁊ alia p̄dicamenta
sic ꝙ suum ſcatum ꝑmum ⁊ ꝑncipale est substātia ⁊ alia signat secunda
rio. imo non ſcat alia nisi inq̄tum alia scꝫ accñtia sunt aliq̄d substantie.
Et hoc est qd dicit phus ꝙ accñs non est ens sed entis modus licet er
go dicamus ꝙ substantia est ens ꝑ se tñ hoc qd additur ꝑ se nō est diffe
rētia ꝯtrahēs naturam entis sed est circūloquutio coartans analogiā illi
us cōis analogi ens sicut cum dꝛ canis latrabilis ibi latrabile nō ponit̄
tanq̄ dꝛā sꝫ tāq̄ coartās multiplicitatē illiꝰ nōis canis ad canē latrabilē

Ar Si ens nō diceretur vniuoce de decē predicamētis tūc seq̄ret̄ ꝙ
metaphisica nō esset sciā vna. sꝫ hoc est falsum. ḡ illud ex quo se
quitur. Sequela patet qꝛ ens est eius subiectū. sꝫ si ens non esset vniuocū
tunc nō esset vnum. ⁊ ꝑ ꝯsequens nec metaphisica esset vna scientia.

Solo.ad vnitatem scientie nõ requirit vnitas vniuocatiõis subiecti ita ꝙ subiectum sit aliquod vnum vniuocum.sed sufficit vnitas analogie et attributionis.et ergo dicit phus ꝙ scientia est eorum que sunt ad vnũ. de hoc plura videas in ꝯmentarijs

Querit. Quot sunt genera gñalissima ⁊ spẽs spẽalissime de quibus iam sepe dictũ ẽ Solo porphirij.ꝙ generalissima sunt in numero quodam certo ⁊ determinato.quia sunt decem Specialissima vero sunt quidem in numero quodam sed non in numero certo ⁊ determinato quo ad nos.licet bene quo ad naturam .Sed indiuidua q̃ sunt post spẽalissima sunt infinita tam quo ad nos ꝙ̃ quo ad naturam.

Querit. Quot correlaria infert Porphirius ex dictis Solo ꝙ duo.¶ Primum est ꝙ descendẽtem a generalissimis vsq͡ʒ ad specialissima iubet plato quiescere.Et hoc probat in effectu dupliciter:Primo quia descendentem a generalissimis per media necesse est descendere ⁊ diuidere per specificas et oppositas differentias. Sed species specialissima non habet tales differentias.ergo necesse est descendentem in specie specialissima quiescere. Secũdo sic.quia ad illa non est descendendũ que sunt ab arte relinquenda et quorum non potest esse disciplina. sed indiuidua cum sint infinita sunt ab arte relinquenda. nec eorum potest esse disciplina.ergo ad indiuidua nõ ẽ descendẽdum.⁊ ꝑ ꝯsequens oportʒ descendentem a generalissimis quiescere in spẽ spẽalissima

Querit. Quod est secũdum correlarium. Solo.istud ꝙ descendentẽ a generalissimis ad specialissima necesse est esse diuidentem ⁊ per multitudinem ire.Sed ascendẽtem a specialissimis ad generalissima necesse est multa in vnum colligere. Et ratio illius est.qꝛ species est collectiua multorum in vnam naturam.⁊ adhuc magis genꝰ. Sed particularia seu singularia econtra hoc qđ vnum est in multitudinẽ diuidũt. Et ergo participatione speciei plures hoĩes sunt vnus hõ.⁊ econtra vnus hõ cõis ꝑ diuisionẽ est plures hoĩes ꝑticulares

Querit. Quomodo debet hoc intelligi ꝙ participatione speciei plures homines sunt vnus homo Solo.non debet sic intelligi.quasi plures homines diuisi per suas proprias materias . sint vnus homo.sed sic plures homines sunt vnus homo participatione speciei.id est sunt vnus homo in specie ꝼm ꝙ homo dicit naturam speciei predicate de ipsis.

Ar. Si participatione speciei plures homines sunt vnus homo.ergo plures homines sunt vnus homo.sed hoc est falsum.ergo illud ex quo sequitur Solo.non valet illa ꝯsequentia. sed ꝯmittitur fallacia a dicto ꝼm quid ad dictum simpl͛r

Querit. Quomodo declarat iam Porphirius secũdam diffinitionez speciei superius positã.que fuit ꝙ species est de qua genus in eo ꝙ quid est predicatur Solo. vult ꝙ intellectus eius sa

tis patet ex dictis. Dictum em̄ est prius quid sit genus ⁊ quid species et ꝙ genere existente vno species possunt esse plures. q̄ꝛ diuisio generis semper est in plures species. Et ergo satis patet ꝙ nccē sit ꝙ genus de specie p̄dicet᷑. q̄ꝛ semꝑ superiora p̄dicant᷑ de inferioribꝫ

Querit᷑ Utrum etiam econtra species possit predicari de genere Solutio porphirij ꝙ non. nec de genere sibi proximo nec de superioribus generibus. Et ratio illius est. quia species nō cōuertitur cum illis generibus nec etiam est in plus ꝙ̄ ipsa. ergo non potest predicari de ipsis. Consequentia tenet. q̄ꝛ in omni ordinata predicatione oportet p̄dicari equa de equis. vt hinnibile de equo. aut maiora de minoribꝫ. vt aīal de hoīe. minora vero de maioribꝫ minime

Ar̄ Iste predicationes sunt vere. animal est homo. homo est sortes. ⁊ tamen ibi predicantur minora de maioribus Sol'o ꝙ ille predicationes sunt bene vere sed nō sunt ordinate

Indiuiduū

Querit᷑ Utrum genus etiam possit predicari de indiuiduis. Solutio porphirij. ꝙ sic. quia species predicatur de indiuiduis. ergo etiam genus. Antecedens patet ex definitione speciei. Et consequentia probatur. quia de quibuscunqꝫ predicatur species de illis etiam predicatur genus speciei et genus illius generis vsqꝫ ad generalissimum. Exempli gratia. si verum est dicere socratem esse hominem et hominem esse animal. ⁊ animal esse substantiam. tunc etiam verum erit dicere socratem esse animal ⁊ socratem esse substantiam

Querit᷑ Quid est indiuiduum Dicendum ꝙ porphirius ponit hic duas definitiones indiuidui.

¶ Prima est. indiuiduum est ꝙ de vno solo particulari predicatur. Exemplum. vt socrates. hoc album. hoc veniens. suffronci filius. si solus socrates sit ei filius

¶ Secūda est. indiuiduum est quod constat ex proprietatibꝫ quarum collectio in alio nunqꝫ eadem erit. vt patet de socrate. proprietates em̄ discretiue socratis nūquam erunt eedem in aliquo alio particularium. sed proprietates hominis que sunt ꝯmunes ille sunt bene eedem in alijs. imo in omnibꝫ particularibꝫ hominibꝫ.

Querit᷑ ꝙ̄ differenter dantur iste due definitiōes de indiuiduo Sol'o. indiuiduū dicitur quasi in se indiuisum et a quolibet alio diuisum. sed gratia primi datur de eo prima definitio qua dicit᷑. Indiuiduū est qd̄ p̄dicat᷑ de vno solo. et gratia secundi datur de eo scd̄a definitio in qua dr̄ indiuiduū est qd̄ ꝯstat ex ꝓprietatibꝫ ⁊c̄

Querit᷑ Que sunt ille proprietates indiuiduantes de quibus loquitur ista secūda definitio Sol'o. ꝯsueuerunt communiter dari in his metris. Forma. figura. locus. nomen. stirps. patria. tempus. Hec septem propria ꝯtinet om̄is homo

Ar. Indiuiduum non potest definiri.ergo male ponūtur hic due de
finitiones de indiuiduo.Antecedens patet.quia definitio est soluz
vniuersalium.primo posteriorum. Solo.licet indiuiduuz non possit de
finiri definitione ꝓprie dicta quidditatiua ꝛ essentiali.potest tamen bene de
finiri definitōe accñtali ꝛ qualitercūqꝫ notificatiua

Ar. Indiuiduum non potest predicari.ergo male dicitur in prima
definitione.ꝙ indiuiduum est quod predicatur de vno solo.An
tecedens probatur.quia Arestoteles dicit in predicamentis ꝙ a prima sub
Ar Accidentia in sacramento eucharistie sunt accidentia ⁊ tamē non sunt in subiecto. ḡ male dicit semper aũt in subiecto subsistens. Solutio Accidens ſm naturam semper est in subiecto subsistēs. Sed ꝙ in sacramento altaris accidentia nō sunt in subiecto hoc non est ſm na turam suā vel ꝑ potentiā aliquā naturalem sed ꝑ potentiam supernatu ralem ⁊ diuinam miraculose.

Ar Dictũ est prius ꝙ accidens cōtingit eidem inesse ⁊ non inesse. et ꝙ accidens adest ⁊ abest. ḡ non est semꝑ in subiecto subsistens Solutio ꝙ accñs q̄diu est ⁊ q̄diu habet esse in rerũ natura. tunc semꝑ est in subiecto subsistens qñ aũt non est in subiecto tunc est corruptũ ⁊ ām plius non est. Et ergo dicit Albertus ꝙ semꝑ non dicit ibi distributōnem p omnibus tꝑibus generaliter sed dicit distributōnē pro omnibus partib₉ durationis accidentis.

Tractatus secundus

Cōmune quidem est omnibus de pluribus predicari sed genus quidem ⁊c̄

In hoc secũdo tractatu ⁊ finali istius libri por. determiat de quinq̧ p̄dicabilib₉ ꝯꝑatiue comꝑando sc; ea ad inuicem penes cōuenientiā ⁊ differentiā. Et diuidit in quinq̧ capitula. In quoꝝ p̄mo agit de ꝯꝑatōne p̄dicabiliũ in generali penes cōuenientiam ⁊ differentiam.

Querit In quo cōueniunt oīa p̄dicabilia Solutio in hoc cō ueniunt ꝙ cōmune est oībus p̄dicari de plurib₉. Sed hoc tamen differenter. ꝯuenit eis quia genus ⁊ differentia p̄dicant de spe ciebus ⁊ indiuiduis. species vero solum de indiuiduis. ꝓpriũ de vna specie tm̄ cui⁹ est ꝓpriũ. ⁊ accñs de speciebus ⁊ indiuiduis. Et de oībus illis ponit porphirius exēpla in textu.

Querit Que est rō illius cōuenientie ꝙ ꝯmune est oībus p̄dica bilib₉ p̄dicari de plurib₉. Solō rō illius est q; omnia

p̄dicabilia sunt vniuersalia. sed vl'e est illud qđ aptū natum est esse ī mltis et dici de multis.

Ar ̃ Predicari de pluribus est ꝓpriū p̄dicabilibꝫ. ḡ nō est eis cōmune Cōsequētia tenet. qꝛ cōmune ꝛ ꝓpriū opponūtur. Solutio ꝙ ꝯmune ꝛ ꝓpriū ꝯpata ad vnū bñ opponūtur. sed nō qñ ꝯpantur ad diuersa sicut fit in ꝓposito. Nam p̄dicari de pluribꝫ dicit' ꝯmune p̄dicabilibꝫ qñ compant' inter se quia sic conuenit oībus. Sed dicit' ꝓpriū eis qñ ꝯpant' ad indiuidua quibus non conuenit.

Capitulū secundū

Cōmune aūt est generi et dr̃ntie cōtinentia specierum

In hoc secūdo capitulo porphirius specialiter compat genus ad alia q̄tuor. Et ꝑm hoc diuidit' istud capl'm ī q̄tuor ptes. In quaꝝ p̄ma compat genus ad differentiā. In secūda ad speciē. In tercia ad ꝓprium. ꝛ in quarta compat genus ad accidens.

Querit ̃ Quare porphirius compando predicabilia ad inuicem hic p̄ponit dr̃ntiam speciei cum tamen superius definiēdo ipā p̄posuit speciem differentie. Solutio genus ꝛ species se habent correlatiue ad se inuicem. ꝛ ergo oportuit vnū in ordine ad alterū definire. ꝛ sic oportuit post capitulū de genere īmediate capitulū de spē subiūgere. vt seruaret' ordo doctrine. Sed ipsis definitis ꝛ cognitis ꝯgruū fuit significare ordinē nature quia ꝑm illum differentia est prior specie. quia differentia est principium speciei ꝛ constituens ipsam.

Querit ̃ Quō compat porphirius genus ad dr̃ntiam. Solutio dupliciter. Primo quo ad conuenientiā. Et secundo quo ad differentiam.

Querit ̃ Quot ꝯuenientias ponit generis ꝛ differentie. Solutio ꝙ tres. Prima ē ꝙ genꝰ ꝛ dr̃a in hoc ꝯueniūt ꝙ vtrūqꝫ ꝯtinet sub se plures spēs ꝗ̄uis genꝰ adhuc plures ꝯtineat ꝗ̄ dr̃a. vt aīal cōtinet sub se hoīem ꝛ alia rōnalia. rōnale vero solū ꝯtinet rōnalia scꝫ hoīem ꝛ deum.

Ar ̃ Sensibile ē dr̃a aīalis ꝛ tn̄ ꝯtinet tot spēs q̄t aīal. ḡ istud dictum est falsum. Solutio ꝙ dictū por. non intelligit' de differētia constitutiua sed diuisiua.

Secūda ꝯueniētia ē ꝙ sicut q̄cūqꝫ p̄dicant' de gn̄e. etiā p̄dicāt' de spēbꝫ ꝯtentis sub genere. ita q̄cūqꝫ p̄dicant' de dr̃a p̄dicātur etiā de specie ꝑ eam ꝯstituta ꝛ de oībus indiuiduis illius speciei.

Tercia ē ꝙ sicut destructo genere destruūt' oīa q̄ sub ip̄o sunt sic etiā destructa dr̃a destruunt' oīa que sub ip̄a sunt. Et rō illius ꝯuenientie est quia destructo priore semper destruit' inferius.

☞ Querit'. quot dr̃ntias ponit por. inter genꝰ ꝛ dr̃ntiam Solutio sex. Prima est ꝙ genus p̄dicat' de pluribꝫ ꝗ̄ dr̃ntia aut aliqđ alioꝝ p̄dicabiliū. Et hoc intelligit' de differentia diuisiua ꝛ non ꝯstitutiua.

Predicabiliū Porphirij

Ar Prius dictū est ꝙ oīa p̄dicabilia ꝯueniunt in hoc ꝙ p̄dicantur de pluribus. ḡ ꝑ p̄dicari de pluribꝫ genus non differt ab alijs. So° ꝙ hoc cōplexum de pluribus potest exponi dupliciter. Uno mō vt tm̄ valet sicut de multis. ꝛ sic oīa p̄dicabilia conueniūt in hoc ꝙ p̄dicanť de pluribus. Alio modo potest exponi ꝯpatiue vt valet tm̄ sicut de magis multis et sic gen⁹ differt a drn̄tia ꝛ ab oībꝫ alijs ꝙ predicať de pluribus vt hic dr.

Ar Exponēdo de pluribꝫ compatiue sic accn̄s p̄dicať de pluribus q̄ȝ genus. ḡ non ꝯuenit generi. Añs ꝓbatur. qꝛ accidēs p̄dicať de indiuiduis diuersaꝝ specieꝝ. ꝛ de spēbus illoꝝ indiuiduoꝝ ꝛ etiā generibus

So° lȝ accn̄s p̄dicet de pluribꝫ q̄ȝ gen⁹ q̄tū ad numerū suppositorum et subicibiliuȝ tn̄ genus excedit accn̄s in intentōnibꝫ subijcibiliū. qꝛ genus p̄dicať ꝑ se ꝛ directe de spēbus ꝛ indiuiduis. Sȝ accn̄s solum p̄dicať directe de indiuiduis ꝛ indirecte de spēbus ꝛ generibꝫ.

Secūda drn̄tia est ꝙ genus cōtinet drn̄tias potestate vt aīal ꝯtinet rōnale ꝛ irrōnale non autem econtra.

Tercia dr̄a est ꝙ gen⁹ ē prius drn̄tijs q̄s ꝯtinet ptāte. Et hoc patet a signo qꝛ sublatis generibꝫ auferūtur simul drn̄tie. sed sublatis drn̄tijs non oportet genera auferri vt sublato aīali auferūť etiā rōnale ꝛ irrōnale. sȝ nō econtra. quia si om̄es drn̄tie diuisiue aīalis auferanť adhuc potest intelligi substantia animata sensibilis que est aīal.

Quarta differentia ē ꝙ genus predicatur in quid; sed differentia in q̄le

Quinta est ꝙ vnius speciei est tm̄ vnū genus ꝓximū. sed vnius speciei bene possunt esse plures differentie vt rōnale mortale discipline susceptibile mente sunt differentie hominis.

Sexta drn̄tia est ꝙ genus in ꝯstitutōne spēi simile est materie sed differentia similis forme.

Querit Quō poꝛ. compat genus ad speciem. Solō dupliciter. primo quo ad conuenientiā. scd̄o quo ad drn̄am

Querit Quot ꝯueniētias ponit inter gen⁹ ꝛ spēm. Solō ꝙ tres. Prima ē ꝙ vtrūqꝫ p̄dicať de pluribꝫ. Secūda cōuenientia est ꝙ vtrūqꝫ prius ē eo de q̄ p̄dicať. Tercia est ꝙ vtrūqꝫ eorū est totum ad ea de quibus predicatur.

Querit Quot drn̄tias ponit inter gen⁹ ꝛ spēm. Solutō septē Prima ē ꝙ genus continet sub se species. Species vero continentur ꝛ non continent genera.

Secūda est ꝙ oportet genera p̄iacere ꝭm intellectū ipis spēbus. Et rō est qꝛ genera non constituunt species nisi informata ꝛ contracta specificis differentijs. Sed illud qđ formatū ꝛ contractū constituit aliud ꝛ oportet p̄iacere ꝛ preintelligi ꝭm intellectum.

Tercia ē ꝙ genera sunt priora spēbꝫ qꝛ sunt cause specierum.

Quarta est ꝙ interemptis generibus simul etiam interimūť species. sȝ non econtra. quia omnibus speciebus interemptis adhuc saluatur genus ꝭm intellectum licet non ꝭm esse reale.

Quinta differentia est ꝙ genera p̄dicant̄ vniuoce de speciebꝫ sed species de generibꝫ minime.

Sexta differentia est ꝙ genera abundant a speciebꝫ ꝯtinētia specierum quia ꝯtinent spēs. Sed spēs abundant a generibꝫ ꝯtinētia ꝓpriaꝝ d̄arū q̄ dr̄ētie sunt in spēbꝫ actu. in generibꝫ vero solū potestate.

Septima dr̄ētia est ꝙ spēs nūꝙ̄ pt̄ fieri generalissimū. nec ecōtra genꝰ nūꝙ̄ potest fieri specialissimū.

Querit Quō compat por. genus ad ꝓpriū. Solō dupliciter. primo quo ad cōuenientiā. ⁊ scd̄o quo ad dr̄ētiam.

Querit Quot cōuenientias ponit por. inter genus ⁊ ꝓprium Solutio tres. Prima est vtrūꝗ scʒ tam genus ꝗ̄ ꝓpriū seq̄tur speciē de qua p̄dicat̄ ſm ordinē cōsequentie.

Secūda est ꝙ vtrūꝗ scʒ tam genus ꝗ̄ ꝓpriū equaliter ꝑticipat̄ a speciebus ⁊ non ſm magis ⁊ minus.

Tercia est ꝙ cōmune est vtriꝗ scʒ tam generi ꝗ̄ speciei p̄dicari vniuoce.

Ar Propriū est accn̄s p̄dicamētale. sed accn̄s nō pōt vniuoce p̄dicari de subiecto. ğ ista cōuenientia est falsa. Solutio licet ꝓprium nō p̄dicet̄ vniuoce definitōne dicente quid qua definit̄ in suo genere. tamē bene p̄dicatur vniuoce definitōne dicente ꝓpter quid que datur ꝑ principia sui subiecti. Alij dicunt ꝙ predicatio vniuoca accipit̄ dupliciter. Uno mō ꝓ predicatōne essentiali. ⁊ sic ꝓpriū nō p̄dicat̄ vniuoce. Alio mō ꝓ oī p̄dicatione necessaria ⁊ ordinata. ⁊ sic p̄dicatio ꝓprij est vniuoca.

Querit Quot differentias ponit Por. inter genus ⁊ ꝓprium Solō quinꝗ. Prima est ꝙ genus ſm naturam prius est in eo de quo p̄dicatur sed ꝓpriū ſm naturā ⁊ intellectū est posterius specie de qua p̄dicatur.

Secūda differentia est ꝙ genus necessario predicat̄ de pluribꝫ speciebus sed ꝓpriū predicatur solum de vna specie cuius est ꝓprium.

Tercia differentia est quia ꝓprium predicatur cōuertibiliter de eo cuiꝰ est ꝓprium. sed genus de nullo predicatur conuertibiliter.

Quarta differentia est ꝙ ꝓpriū inest omni soli ⁊ semper. sed genus inest bene omni ⁊ semper speciei de qua p̄dicatur sed non soli. quia etiam inest alijs speciebus.

Quinta differentia est ꝙ species interempte nō simul interimūt genera quoꝝ sunt species. sed ꝓpria interempta simul interimunt ea quibus sunt propria ⁊ econtra.

Ar Posterius non destruit prius. sed ꝓprium est posterius spē cuius est ꝓpriū. ğ non destruit seu interimit spēm Solutio ꝙ argumētum ꝓbat bene ꝙ ꝓpriū nō interimat vł destruat spēm causaliter sed bene tn̄ cōcomitātur. Et hoc ꝓpterea q̄ ꝓpriū ⁊ spēs hn̄t eadem ṗncipia. ⁊ ergo quia corrupto ꝓprio corrūpūtur principia ꝓprij que etiā sunt principia speciei. ğ cōcomitanter etiā corrūpit̄ species.

☞ Querit̄. quō cōpat por. genus ad accidens. Solutio dupliciter

p̄mo quo ad ꝯuenientiam. scđo quo ad drā̄m.

Queritur Quō ꝯpat gen⁹ ad accn̄s q̄ ad ꝯueniētiā. So⁹ ponit vnā ꝯueniētiā Et dr ꝙ in h̄ ꝯueniūt gen⁹ ⁊ accn̄s ꝙ vtrūqꝫ p̄dicat̄ de pluribꝫ. Et hoc ꝯuenit tā accn̄ti sepabili drꝫ insepabili. Sicut exēpli grā moueri (qđ ē accn̄s sepabile) de valde multꝭ p̄dicat̄ Et nigrum (quod est accn̄s insepabile) p̄dicatur de om̄ibus cor⸗uis ethiopibꝫ ⁊ de multis inanimatis scꝫ de carbonibꝫ ebeno ⁊c̄.

Queritur Quot differentias ponit porphirius generis et accn̄tis. Solutio ꝙ quattuor. Prima est ꝙ genus est añ spēs de q̄bus p̄dicatur sicut p̄ncipium añ p̄ncipiatū Sed ac⸗cidētia sunt posteriora spēbus ⁊ indiuiduis de quibus p̄dicantur.

¶ Scđa drā est ꝙ genera equaliter pticipant̄ a spēbus. Sꝫ accidētia non pticipant̄ equaliter a spēbꝫ vel indiuiduis sꝫ b̄m magis ⁊ minus.

¶ Tertia drā est ꝙ accidētia p̄ncipaliter ⁊ imediate subsistunt in indiui⸗duis q̄ sunt eoꝝ ꝓpria subiecta. Sꝫ genera ⁊ spēs natural'r sunt p̄ora in⸗diuiduis. qꝛ genera sunt p̄ncipia essentialia spēꝝ ⁊ spēs sunt totū eē indi⸗uiduoꝝ sꝫ quod ē p̄ncipium p̄ncipij ē etiam p̄ncipium p̄ncipiati.

¶ Quarta ē ꝙ genera p̄dicantur in eo quod quid est de spēbus. Sꝫ ac⸗cidētia p̄dicantur solum in quale.

Querit̄ Quō docet porphirius reducere om̄es istas drā̄s ad certum numeꝝ. Solutio dr ꝙ qꝛ quinqꝫ sunt p̄di⸗cabilia ⁊ vnumqđqꝫ differt ab alijs quattuor sic sunt quater q̄nqꝫ drn̄e ⁊ qꝛ quater q̄nqꝫ faciunt viginti. ergo in toto sunt viginti drn̄e p̄dicabiliuꝫ Sꝫ tamē qꝛ posteriora p̄dicabilia differū t a p̄oribus eisdē differētijs q̄bꝫ p̄ora differebant a posterioribꝫ. ergo nō est necesse om̄es illas drā̄s totiēs ponere sꝫ manēt solum decem ita ꝙ genus habꝫ quattuor differētia tres spēs duas ⁊ ꝓprium vnam.

¶ Tertium capitulum.

Cōmune ergo differentie ⁊ speciei est equaliter participari

In hoc capitulꝫ porphirius ꝯpat drā̄m ad alia p̄dicabilia. Et diui⸗ditur in tres ptes. in quarum p̄ma ꝯpat drā̄m ad spēm. In scđa ad pro⸗prium. ⁊ in tertia ad accidens.

¶ Querit̄ Quō ꝯpat drā̄m ad spēm. Solutio dupl'r. p̄mo quo ad cō⸗uenientiam. scđo quo ad differētiam.

Querit̄ Quot ꝯueniētias ponit inter drā̄m ⁊ spēm. So⸗lutio duas. Prima ē ꝙ ꝯmune ē vtriqꝫ scꝫ drn̄e ⁊ spēi equaliter pticipari a suis inferioribꝫ. Scđa ē ꝙ drā ⁊ spēs sp assunt his a q̄bus pticipantur. Exēpli gratia. vt sp socrates ē ratōnalis ⁊ sp ē homo. Et ex isto passu allegatur auctoritas qua ꝯmuniter dr. Siue socrates sit siue nō sit sp est ratōnalis ⁊ homo.

Querit̄ Vtrꝫ illa autoritas porphirij sit vera. Solutio ꝙ sic Ei ratō illius est. qꝛ quā̄docūqꝫ habitudo p̄dicati ad

subiectũ est ppetua tunc ꝓpõnes semp sunt vere. Sed sic est dè illis ꝓpõni
bus. socrates est ratõnalis socrates est homo. ergo ille ꝓpõnes sunt semp
vere. Minoꝛ pbatur qꝛ in eis p̄dicat̃ spẽs vel dr̃ã de indiuiduo sʒ habitu
do generis ad spẽm vel spẽi vl' dr̃ñe ad indiuidua est ppetua vt dicũt aui
cenna ꝛ algasel. Preterea scd̃o. oĩs ꝓpõ essentialis est necessaria ꝛ sp ve
ra. sʒ iste socrates est homo socrates est rõnalis sunt ꝓpõnes essentiales. er
go sunt necessarie ꝛ sp vere. Preterea tertio. socrate coꝛrupto ista est vera.
Socrates est socrates. qꝛ ibi idẽ p̄dicat̃ de seip̃o. Sʒ ad illam socrates est
socrates. seq̃tur ista socrates est homo. qꝛ ꝯñs est de intellectu añtis. ergo
socrate coꝛrupto adhuc ista est vera. socrates est homo ꝛ p ꝯñs siue socra
tes sit siue nõ sit semp est homo ꝛ ratõnalis ꝛc̃.

Ar Vere ens nõ p̃t p̄dicari de nõ ente. Sʒ socrate nõ exñte adhuc
hõ est vere ens. ergo nõ p̃t p̄dicari de socrate nõ ente. Minoꝛ p
batur qꝛ adhuc hõ saluat̃ in alijs suppositis existẽtib;. Solutio ꝙ quã
do dr̃ Socrates est hõ ibi nõ p̄dicat̃ existẽs de nõ exñte. sʒ p̄dicat̃ natura
humana ꝯcepta. vt dicibilis de pluribꝫ de eadẽ natura ꝯcepta vt hec ẽ ꝛ
sic intellecte ꝛ ꝯpate ad id in quo ip̃a actu ꝛ intellectu includit̃. vñ nature
istere vel nõ existere. Et ergo ad veritatẽ taliũ ꝓpõnum nõ req̃rit̃ existen
tia rerum. sʒ sufficit sola vnio extremoꝝ. vñ solet dici ꝙ tales p̄dicatõnes
fundant̃ in ppetua habitudine ꝛ oꝛdinabilitate reꝝ scʒ generum spẽrum
dr̃ãrum ꝛ indiuiduoꝝ adinuicem.

Ar Destructis p̃mis substantijs impossibile est aliq̃d alioꝛum re
manere ẜm phm in p̄dicamẽtis. ergo socrate nõ existente vel ali
quo singulariũ iste ꝓpõnes nõ p̃nt esse vere. socrates est hõ. socrates est ra
tionalis. Solutio ꝙ destructis p̃mis substãtijs impossibile est aliquid
alioꝝ remanere ẜm esse existẽtie. qꝛ illã hñt oĩa alia a p̃mis substãtijs Sʒ
bñ p̃t aliq̃d remanere ẜm eẽ essentie ꝛ ẜm eẽ oꝛdinis inferioꝝ ad supius ꝛ
ecõtra qꝛ tale eẽ nõ hñt alia a p̃mis substãtijs sʒ est ppetuum.

Ar Bene seq̃tur. si socrates est hõ. ergo socrates est. qꝛ ibi arguit̃ a
ꝓpõne de ẽ tertio adiacẽte ad ip̃m scd̃m adiacẽs. sʒ socrate nõ ex
istẽte ista nõ est vera. socrates est. g̃ etiã ista nõ erit vera. socrates ẽ homo
Solutio ꝙ illa ꝯña nõ valet. si socrates est homo. ergo socrates est sed
ꝯmittit̃ fallacia quodãmõ ad dicto ẜm quid ad dictum simplr̃. qꝛ arguit̃
ibi ab esse essentie ꝛ ꝯcepto ad esse existẽtie ꝛ ratũ in natura. Et qñ dr̃ ꝙ
ibi arguit̃ a ꝓpõne de est tertio adiacente ad ip̃m scd̃m adiacens. Dõm
est ꝙ illa ꝯña nõ tenet nisi in p̄dicatis accidẽtalibꝫ sicut qñ arguit̃ sic socra
crates est albꝫ. ergo est. nõ aũt in predicatis essentialibꝫ sicut est in ꝓposito
Et ratio diuersitatis est. qꝛ p̄dicata accidẽtalia realia nõ ꝯueniunt ni
si existentibus. Sed p̄dicata essentialia abstrahunt ab existentia ꝛ nõ ex
istentia ꝛ ergo equaliter attribuuntur existentibꝫ ꝛ nõ existentibꝫ.

Queritur Quot differentias ponit poꝛphirius inter diffe
rentiam ꝛ speciem. Solutio quattuoꝛ. Pri

ma est ꝙ drã ꝑdicatur in quale. sed spẽs in quid.
¶ Scḋa drã est ꝙ drã generica q̃ ꝓprie drã est hꝫ eẽ in pluribꝫ spẽbꝫ. Sed
spẽs q̃ ẽ ꝓprie spẽs scꝫ spẽs specialissima ñ hꝫ eẽ ĩ pluribꝫ spẽbꝫ sꝫ solũ ĩ plu
ribꝫ indiuiduis que sunt sub eadem specie.

¶ Tercia drã est. qꝛ drã ꝫm naturã ꝛ intellectũ ẽ ṗoꝛ spẽ sicut ṗncipiũ est
ṗus ṗncipiato. Et rõ est. qꝛ illud est ṗus ꝫm naturã ꝛ intellectum a quo
nõ ꝯuertiꝛ subsistendi ꝯsequẽtia sꝫ a drã ad spẽm nõ ꝯuertiꝛ subsistẽdi cõ
sequentia. ergo differẽtia est ṗoꝛ spẽ ꝫm naturam ꝛ intellectum.

¶ Quarta drã est. qꝛ vna drã cõponiꝛ cũ alia ad ꝯstituenduꝫ spẽm sicut
ratõnale ꝛ mortale ꝯponunꝛ ad ꝯstituendũ hoiem. sꝫ vna spẽs nõ ꝯponiꝛ
cũ alia vt gignãt aliã spẽm. vñ ꝗ̄uis q̃dã equa in ꝑticulari cuidam asino
in ꝑticulari ꝑmisceꝛ ad muli generatõem. tñ equa simpl'r ꝛ vl'r sumpta nũ
ꝗ̄ vl'r asino ꝯueniens ꝑficiet mulum.

Dr̃ Quare repugnat duabꝫ spẽbꝫ ꝯcurrere ad ꝯstitutõeꝫ tertie spẽi
nõ aũt differẽtijs. Soᵒ ꝙ rõ diuersitatꝭ ẽ. qꝛ spẽs est ens in vltio
actu formal'r ꝑfectũ. sꝫ ex duobꝫ entibꝫ actu ꝛ formal'r ꝑfectꝭ nõ ṗt fieri ter
tiũ g̊ ex duabꝫ spẽbꝫ nõ ṗt fieri tertia spẽs Sꝫ sic nõ ẽ de differẽtijs. g̊ ꝛc.

Ar̃ Due differẽtie sunt etiã entia in actu vel duo actus. ergo etiaꝫ
ex duabꝫ differẽtijs nõ ṗt fieri tertiũ sicut nec ex duabꝫ spẽbꝫ So
lutio lꝫ drñe sint duo actus. tñ nõ ꝯuenit eis ꝯstituere tertiũ inꝗ̄tum sunt
actus sꝫ inquantũ vna ẽ alteri subordinata ꝛ inꝗ̄tũ vna est in potẽtia q̊da
mõ ad aliã. Et hoc pꝫ ex exẽplis poꝛ. exẽplificãtis de rõnali ꝛ mortali.

Ar̃ Ex equa ꝛ asino generaꝛ mulus. ꝛ tñ sunt due spẽs. g̊ due spẽs
pñt ꝯcurrere ad ꝯstitutõem tertie spẽi Sol'o iã patuit. qꝛ ꝗ̄uis
ꝑticularis equa ꝛ ꝑticularis asinus ꝯcurrãt ad generatõem muli ꝓpter vi
cinitatem ꝛ ꝯplexionum ꝛ ꝓportõnem seminum nõ tamen equa ꝛ asinus
in cõmuni ꝛc.

Contra Si nõ repugnat indiuiduis seu ꝑticularibꝫ tunc etiã
nõ debet repugnare spẽbus. ꝓbatur a simili. Solu
tio ꝙ non est simile. qꝛ generatõnes sunt singulariũ ṗmo metaphysice ꝛ er
go ꝑ actum generatõnis potest aliquid ꝓduci a duobꝫ indiuiduis diuersa
rum speꝝ qḋ nõ ṗt ꝓduci a duabꝫ spẽbꝫ.

Queritur Quõ ꝯꝑat porphirius drãm ad ꝓprium. So
lutio ṗmo quo ad ꝯuenientiam. ꝛ scḋo quo ad di
fferentiam Et ponit ṗmo duas ꝯuenientias differẽtie ꝛ ꝓprij. Prima ẽ
ꝙ vtrũqꝫ scꝫ tam differẽtia ꝗ̄ ꝓprium equaliter ꝑticipatur a suis subicibili
bus. Scḋa est ꝙ vtrũqꝫ scꝫ tam differẽtia ꝗ̄ ꝓprium vniuersaliter inest
illi cui inest. Et ratio illius est. quia vtrumqꝫ attribuitur ei cui attribui
tur ꝫm nature potentiam. ꝛ ergo ꝗ̄uis aliquis vno pede vl' vtroqꝫ sit trũ
catus. tamen propter hoc nõ perit in ipo sua substantia formalis que for
matur ad habendum duos pedes.

Querit Quot drãs ponit porphirius inter drãm ⁊ ꝓprium.
Solutio duas. Prima est ꝙ drã generica que est
vere drã sꝑ dr̃ de pluribus spẽbus. Sȝ ꝓprium nõ p̄dicatur nisi de vna so
la specie cuius est proprium.
¶ Scđa drã est ꝙ drã seq̇tur ad ea quoꝝ ẽ drã sȝ nõ ꝯuertibiliter. ꝓpriuȝ
aũt hoc ꝯuertibiliter seq̇tur ad spẽm de qua p̄dicatur ⁊ cuius est ꝓprium.

Queritur Quõ comparat porphirius differentiam ad ac
cidens. Solutio dupliciter primo quo ad cõ-
uenientiam. ⁊ secundo quo ad differentiam.

Queritur Quot ꝯueniẽtias ponit inter drãm ⁊ accñs. So
lutio duas. Prima est ꝙ vtriꝗ ꝯmune ẽ de plu-
ribus p̄dicari ⁊ hoc ex eo qꝛ vtrumꝗ est vl̄e.
¶ Scđa ꝯueniẽtia quam hȝ ꝓprium spẽaliter cum accñte insepabili est ꝙ
tam drã ꝙ̄ accñs insepabile sꝑ assunt his de q̇bus p̄dicant᷑. vt patȝ exem-
plariter de bipede quod est differẽtia et de nigro quod est accidẽs insepa
rabile in coruo.

Ar Nigredo potest a coruo separi. ergo accidẽs insepabile nõ sꝑ adẽ
illi de quo p̄dicat᷑. Añs ꝓbat᷑. qꝛ paucis supioribꝫ annis visus ẽ
in insigni ciuitate coloniensi coruus albꝫ. Solutio accñs insepabile põt
ꝯpari ad suum subiectũ duplr̃. vno mõ vt ad subiectũ tm̃ ⁊ inq̄ꝫtũ est q̇d
ꝯstitutum ex p̄ncipijs substantialibꝫ q̄ sunt materia ⁊ forma. Et hoc mõ
accñs tale p̄t bene separi a suo subiecto. Alio mõ vt ad subiectũ ⁊ causaȝ
et ꝫm eẽ talis vel talis ꝯplexionis qđ hȝ ex p̄ncipijs ꝯplexionãlibꝫ q̄ sunt
qualitates p̄me calidũ frigidũ humidũ ⁊ siccũ. ⁊ hoc mõ accñs insepabile
nõ p̄t separi a suo subiecto. Et q̊ dominꝰ albertus dicẽs ꝙ possit ꝑ adiu-
torium artis fieri coruus albꝫ ostẽdit modum ꝑ quẽ possunt mutari p̄nci
pia ꝯplexionalia subiecti. qꝛ illis manẽtibꝫ nũꝗ̄ fieret coruus albꝫ.

Queritur Quot drãs ponit porphirius inter drãm ⁊ ac-
cidens Solutio ꝙ tres. Prima ẽ ꝙ drã ꝯtin-
ent sȝ q̄dam quodammodo ꝯtinent ea de q̇bus p̄dicantur inq̄ꝫtum in
ãbitu sue ꝯmunitatꝫ oĩa illa de q̇bꝫ p̄dicat᷑. accñtia vero nõ vere ⁊ ꝓprie cõ
pluribus sunt ⁊ ea excedunt. Alia vero magis ꝯtinentur inq̄ꝫtum subie-
cta de quibus p̄dicantur excedunt ip̄a.
¶ Scđa drã est ꝙ drã nõ suscipit magis ⁊ minus sed bñ accñs.
¶ Tertia drã est ꝙ ꝯtrarie drñe sunt impmiscibiles ad ꝯstitutõem vni
us spẽi sicut patȝ de rõnali ⁊ irrõnali. Sȝ accidẽtia ꝯtraria bñ adinuicẽ po
ssunt ꝑmisceri sicut duo ꝯtrarij colores ꝑmiscentur ad ꝯstitutõnem me-
dij coloris.

Ar Contraria expellunt se ab eodem subiecto. ergo nõ possunt ad
inuicem ꝑmisceri. Solutio licȝ ꝯtraria ꝫm esse intensum ⁊ ꝑfe
ctum expellant se nõ tamẽ ꝫm eẽ remissum.

¶ Quartum capitulum.

Spẽi aũt ⁊ pprij cõe est de seinuicem predicari Nam si

In h̃ q̃rto capitulo por. determiat de ꝯpatõe spẽi ad alia p̃dicabilia se quẽtia Et diuidit in duas ptes. qꝛ i pma ꝯpat eã ad ꝓpriũ. scd̃o ad accñs

Querit Quõ ꝯpat spẽm ad ꝓpriũ. Solutio dupl'r. pmo q̃ ad ꝯuenientiã. scd̃o quo ad drãm. Et ponit duas cõuenientias. Quaꝝ pma est ꝙ hoc h̃nt cõe spẽs ⁊ ꝓpriũ ꝙ de seinuicẽ ꝯuertibiliter p̃dicant. Scd̃a est ꝙ ambo equaliter pticipant ⁊ nõ ſm magis et minus ab his a q̃bus pticipantur.

Querit Quot drãs ponit por. inter spẽm ⁊ ꝓprium Solutõ quattuor. Prima ẽ ꝙ spẽs q̃ est spẽs ad vnũ pt eẽ genus ad aliud. ⁊ hoc loquendo de spẽ subalterna. Sꝫ ꝓpriũ qd̃ est ꝓprium respectu vnius spẽi impossibile est esse aliarum spẽrum.

¶ Scd̃a drã est ꝙ spẽs prior est ꝓprio ſm naturã ⁊ intellectũ ꝓprium vero est posterius. Et ratio illius est. qꝛ ꝓprium causatur a spẽ.

¶ Tertia drã est ꝙ spẽs semp actu est in illo de quo p̃dicatur. sed ꝓprium solum ſm aptitudinem ⁊ aliquando actu.

¶ Quarta drã est. qꝛ illa drñt q̃ suis definitõibꝫ distinguunt. sꝫ sic est de spẽ ⁊ ꝓprio. ergo drñt. Minor pꝫ ex pus dictis.

Qr Quare por. plus dicit ꝙ spẽs ⁊ ꝓpriũ drñt suis definitõibꝫ q̃ʒ dicat hoc de alijs cum tñ oia p̃dicabilia suis definitõnibꝫ differãt. Solo ꝙ hoc ẽ ꝓpter duas causas. Prima ẽ qꝛ spẽs ⁊ ꝓpriuꝫ h̃nt eadẽ pncipia ⁊ ita magis vident ꝯuenire q̃ʒ alia. Scd̃a est. qꝛ ꝓpriũ ⁊ sua spẽs p̃dicant de seinuicẽ ꝯuertibiliter. ne ergo aliquis putet ꝙ sint idem dicit ꝙ ꝓprijs suis ratõnibus differant.

Querit Quõ ꝯpat por. spẽm ad accñs. Solutio dupl'r pmo quo ad ꝯuenientiam. scd̃o quo ad drãm. Et ponit pmo vnã ꝯuenientiã. Dicens ꝙ in hoc ꝯueniũt spẽs ⁊ accñs ꝙ cõe ẽ eis incõtũ sunt v'lia de pluribꝫ p̃dicari. Alie vero ꝯuenientie spẽi ⁊ accñtis sunt rare eo ꝙ plurimum a se differant.

Qr Quot drãs ponit inter spẽm ⁊ accñs. Sol'o ꝙ quattuor Prima ẽ. qꝛ spẽs p̃dicatur in quid sed accñs in quale.

¶ Scd̃a drã est. qꝛ vnius indiuidui est solũ vna spẽs pxima ⁊ immediata. sed tñ vnius indiuidui possunt esse multa accidẽtia tam separabilia q̃ʒ inseparabilia.

¶ Tertia drã est, qꝛ spẽs potest intelligi in se existens ex suis principijs substantialibus ante accidentia que sunt in ipa Sed accidentia non. quia accidentia p̃supponunt subiectum.

¶ Quarta drã est. qꝛ spẽs pticipat suis inferioribus equaliter. sed accñs pticipatur ſm magis ⁊ minus.

¶ Quintum capitulum.

Cõmune aũt pprijs ⁊ inseꝑabilis est accñtis ꝙ p̃ter ea nũq̃ʒ

In hoc quinto ꝛ finali capitulo por. ꝯñr ꝯpat ꝓꝛiũ ad accñs. Et hoc dupľr. ṗmo quo ad ꝯuenientiã. ꝛ ſcd̃o quo ad dꝛãm.

Querit̃ Quot ꝯuenientias ponit ꝓꝛíj ꝛ accñtis. So° duas Quaꝝ ṗma eſt ꝙ ꝓꝛiuꝫ ꝛ accñs inſeꝑabile ſꝑ aſſunt illis quoꝝ ſunt. ita ꝙ p̄ter illa ſubiecta nũq̃ꝫ poſſunt ſubſiſtere. qꝛ ſicut p̄ter riſibile nõ ſubſiſtit hõ in natura. ſic etiã ſine nigredine nõ ſubſiſtit coꝛuus. Scd̃a ꝯuenientia eſt. ꝙ ſicut ꝓꝛiũ ſꝑ adeſt illi cuius eſt ꝓꝛiũ. ita etiã accidens inſeꝑabile adeſt oĩ ꝛ ſꝑ cuiuis nõ ſoli. In ſignum cuius acidens inſeꝑabile nõ p̄dicatur ꝯuertibiliter de eo cuius eſt.

Dr̃ Quot dꝛãs ponit por. inter ꝓꝛiũ ꝛ accñs Solʼo tres. Prima eſt qꝛ ꝓꝛiũ ꝯuenit ſolũ vni ſpẽi. ſꝫ accñs inſeꝑabile ꝯuenit pluribus ſpẽbꝫ. Exempli gr̃a riſibile ꝯuenit tm̃ hoĩ. nigꝝ qꝺ ẽ accñs inſeꝑabile nõ ſolũ ꝯuenit ethiopi vel coꝛuo ſꝫ etiã alijs ſcꝫ carboni ꝛ ebeno ꝛ alijs. Et capit̃ ibi ebenꝰ ꝓ arboꝛe quadã q̃ ceſa dureſcit ĩ lapidẽ ꝛ ẽ nigra.

¶ Scd̃a dꝛã eſt ꝙ ꝓꝛiũ p̄dicat̃ ꝯuertibiliter de eo cuiꝰ ẽ ꝓꝛium minus Accñs vero inſeꝑabile nõ p̄dicatur ꝯuertibiliter.

¶ Tertia dꝛã eſt ꝙ ꝓꝛiũ equaliter ꝑticipat̃ ab his a q̃bꝫ ꝑticipat̃. ſꝫ accñs ꝑticipat̃ ſm̃ magꝭ ꝛ minus Et dt̃ por. in fine ꝯcludẽdo ꝙ ſunt adhuc alie ꝯmunitates ꝛ dꝛñe hoꝝ q̃nq̃ꝫ p̄dicabiliũ. ſꝫ ille q̃ iã dicte ſunt ſufficiũter ad noticiã ꝛ diſtinctõem eoꝛundem. Et tm̃ de libꝛo p̄dicabiliũ por. breuiter dictum ſufficiat.



Circa initiũ libꝛi predicamentoꝛum areſtotelis.

¶ Querit̃ ṗmo Que eſt rõ oꝛdinis iſtius libꝛi ad ſequentẽ. Solutio eſt duplex. Prima eſt qꝛ ſimplex ꝛ incõplexum eſt an̄ ꝯpoſitũ vel ꝯplexũ. Sꝫ in iſto libꝛo determinat̃ de ſimplicibus ꝛ incõplexis ſiue de ꝑtibꝫ enũciaõnis in libꝛo vero ſequenti perihermenias determinat̃ de ꝯplexis. qꝛ de totali enũciatõne. ergo iſte liber ꝯgruo oꝛdine p̄cedit illum. Scd̃a rõ eſt. qꝛ ꝑtes logice oꝛdinant̃ ſm̃ oꝛdinẽ oꝑationũ noſtri intellectus. qꝛ logica eſt ſcĩa directiua ratõnis. Et ergo ſicut ṗma oꝑatio p̄cedit ſcd̃am ꝛ ſcd̃a tertiam ita iſte liber predicamentoꝛum precedit librnm perihermenias. ꝛ ille ꝯſequẽter totam nouam logicam.

Noua logica

Queritur Utrū de decē p̄dicamentis sit scia. Sol'o q sic
Et nō est. q2 de illis p̄t esse scia q̄ ꝯueniunt in aliq
cōi subiecto cui demonstrant inesse passiones p ꝓpria ⁊ adequata p̄ncipia
sz decem p̄dicamēta sunt hmōi. ergo. Minor statim patebit.

Ar̃ Omis scia habet p p̄ncipia ⁊ causas. sed p̄dicamēta nō hn̄t p̄n
cipia ⁊ causas. g̃ de eis nō p̄t esse scia. Minor pz q2 p̄dicamenta
sunt p̄ma p̄ncipia. Solutio alberti q p̄dicamēta pn̄t dupl'r ꝯsiderari.
vno mō vt sunt nature quedam ⁊ ptes entis. ⁊ sic nō habent an̄ se aliqua
p̄ncipia formalia ⁊ vniuoca. sed sic nō ꝯsiderant a logico sed a metaphysi-
co. Alio modo possunt ꝯsiderari vt sunt quedā dicibilia incōplexa in ge-
nere ẜm sub ⁊ supra ordinata. Et sic habent an̄ se p̄ncipia remota ⁊ ꝓpin
qua. remota sunt modi essendi rerum a q̄bus sumuntur modi predicandi
penes quos distinguunt p̄dicamēta. sz p̄ncipia ꝓpinqua etiam formalia ⁊
vniuoca ẜm q cadūt sub ꝯsideratōne logica sunt an̄ p̄dicamēta

Ar̃ Scia nō habet de aliquo nisi p notius sz p̄dicamētis nihil est no
tius. g̃ de p̄dicamētis nō p̄t haberi scia. Minor ꝓbat. q2 sūt pri-
ma p̄ncipia. sz p̄mis p̄ncipijs nihil est notius. Sol'o q duplicia sūt pri-
ma p̄ncipia. q̄dā sunt ꝯplexa ⁊ illis nihil est notius. q2 stant in foribꝫ nostri
intellectus.. vt pz de isto p̄ncipio oē totū ē mai⁹ sua pte qđ statim cognoscitur cognitis terminis. Alia sunt p̄ma p̄ncipia incōplexa. Et talia lz ẜm
se sint notissima. tamē nō sunt nobis maxime nota ⁊ talia sunt decem p̄di
camenta. ⁊ ergo de eis potest bene esse scia.

Ar̃ Idem est scia ⁊ scia vna. sed de decem p̄dicamentis nō est vna
scia. ergo de eis nō est scia. Minor ꝓbatur. q2 decem p̄dicamen-
ta sunt decem p̄mo diuersa. Solutio lz decem p̄dicamenta sint decē p̄mo
diuersa. tamē illa decē reducunt ad duo. scz substantiam ⁊ accidens et illa
duo ꝯn̄r in vnum quod est ens ordinabile in genere ẜm sub ⁊ supra. Et
si dicat p̄mo diuersa nō possunt in aliquo vno ꝯuenire. q2 alias non essent
p̄mo diuersa. Sol'o q lz nō possint ꝯuenire in aliq̊ vno reali tn̄ bn̄ in aliquo
vno intētionali. Et tale est ens ordinabile in genere ⁊c̃.

Queritur Utrū ista scia p̄dicamentorū sit realis vel ratōna
lis. Solutio est ratōnalis. Et hoc sic ꝓbatur
q2 illa scia est ratōnalis que ꝯsiderat entia inq̄ntum substant passionibꝫ
ratōnis. sed scia istius libri est hmōi. ergo est ratōnalis. Maior est nota.
q2 scie secantur queadmodū ⁊ res de quibus sunt supple formaliter consi
derate. Minor probat. q2 ista scia ꝯsiderat p̄dicamenta inquantum eis
attribuitur vniuoce p̄dicari ⁊ sic de alijs.

Ar̃ Illa scia est realis ⁊ nō ratōnalis que ꝯsiderat entia realia. sz ista
est hmōi. ergo est scia realis. Minor ꝓbatur q2 decem p̄dicamē-
ta sunt entia realia. Solutio lz p̄dicamenta sint entia realia tamen vt
sic nō ꝯsiderantur in ista scia sed inquantum eis attribuuntur passiones
ratōnis. Et de hoc superius dictum fuit quando querebatur vtrum lo-
gica sit scia realis vel ratōnalis.

Queritur Quid est subiectū istius libri. Solutio ens ordinabile in ratiōe subijcibilis ꝛ p̄dicabilis prout substat voci talem ordinem ſcanti. Et ꝙ hoc sit subiectum patꝫ. qꝛ sibi ꝯueniunt ꝯditōnes subiecti attributōnis. Preterea in isto libro p̄ncipaliter determinatur de ordinatōne subijcibilium ꝛ p̄dicabilium adinuicem et ergo ordinabile ſm ratōnem subijcibilis ꝛ p̄dicabilis debet esse p̄ncipium ꝛ p̄ncipale ꝯsideratum in ista scia. Et quod additur ibi prout substat voci talem ordinem ſcanti sumptum est ex boetio qui dt ꝙ liber p̄dicamētorum est de decem p̄mis vocibꝫ decem rerum p̄ma p̄ncipia ſcantibus Et si dicatur ꝙ logica nō est de vocibus. qꝛ hoc spectat ad grammaticaꝫ ergo male dicitur ꝙ liber p̄dicamentoꝝ est de decem p̄mis vocibus. Solutio scoti ꝙ boetius in illa loquutōne intellexit passiuam ꝓ actiuam hoc modo liber p̄dicamentorum est de decem primis vocibus decem rerum prima principia significantibus. id est de decem generibus per decem voces significatis.

Ar Nullū ꝯplexū pt esse subiectū. sed ens ordinabile in ratōne subijcibilis ꝛ p̄dicabilis ꝛc. est qd ꝯplexū. ergo nō pt esse subiectū istius libri. Solo lꝫ sit qd ꝯplexū ſm vocem nō tn̄ ſm rē vl' ſm ſcatōem vtimur em̄ illo ꝯplexo loco vnius vocis incōplexe nobis deficientis.

Ar Si ens ordinabile ꝛc esset hic subiectū. tunc seq̄ret ꝙ decem p̄dicamentoꝝ esset aliqd cōe vniuocū. sed hoc est falsum. ergo. Solutio ꝙ nihil ꝓhibet aliqd eē ꝯmune vniuocū decem p̄dicamentis ſm esse logicū ꝯsideratis q̄muis ipis nihil possit esse ꝯmune vniuocuꝫ ꝯsideratis ſm esse reale. vt vult arestoteles quarto metaphysice Uel posset negari sequela. qꝛ nō opꝫ ꝙ subiectum scie semꝑ sit vniuocum. sed sufficit ꝙ sit cōmune analogum ad quod oīa in scia ꝯsiderata possint haberi reductionem ꝛ attributōnem.

Subiectum scientia

Equiuoca dicuntur quorum solum nomen est commune

Qr Quō diuidit iste liber p̄dicamētoꝝ. Solo p̄ma sui diuisione diuidit in tres tractatus. In quoꝝ p̄mo determinat de an̄p̄dicamētis. In scdo de veris p̄dicamētis. Et in tertio de postp̄dicamētis. Primus tractatus subdiuidit in tria capitula. In quoꝝ p̄mo determinat de tribꝫ p̄mis modis p̄dicādi. In scdo de duabꝫ diuisionibꝫ. Et in tertio de duabꝫ regul'. Primū capitulū iteꝝ diuidit in tres ꝑtes. qꝛ i p̄ma ondit qs sit modꝰ p̄dicādi equocꝰ. In scda qs vniuocꝰ. ꝛ in tertia qs denoīatiuus

Qr Quid ē an̄p̄dicamentū. Solo ē qddā ꝑambulū ab arestotele traditū imediate an̄ vera p̄dicamēta valēs ad noticiā eoꝝ a p̄ori Et ꝑ hoc qd dr a p̄ori excludunt postp̄dicamēta qꝛ illa etiam valent ad noticiā p̄dicamētoꝝ sꝫ a posteriori. ista vero an̄p̄dicamēta valēt a p̄ori et hoc inq̄ztū cadūt sub ꝯsideratōe logica. Et sic soluit argumētū quo possꝫ argui vt sup̄ ꝙ decē p̄dicamēta sunt p̄ma p̄ncipia. g̊ nihil ē an̄ ea qꝛ nihil ē an̄ ea ſm esse reale sed bn̄ ſm intētionale ꝛ vt cadūt sub ꝯsideratōe logica

Predicamētorū Arestotel

Anteprædicamēta

Querit̄ q̄t sunt anṗdicamēta So° st̄ tria ī gn̄e. s. Definitio, Diuisio, Regula, et septē ī spē. s. Tres definitiones, Due diuisiones, Due regule

Ar Si sunt tria antepredicamenta in genere et septem in specie ergo
sunt decem ꝯn̄a probat̄ q2 tria ⁊ septem faciunt decem. So°
ꝙ licet tria et septem a seinuicem diuersa faciunt bene decem sed non quā
do sunt sibiinuicem eadem quo modo est in proposito. quia septez in spē
sunt tria in genere ⁊ sub ipsis cōprehenduntur.

Querit̄ Que est ratio vel sufficientia istorū anteṗdicamētorum
Solutio ista. q2 om̄e antepredicamentum valet a
priori ad noticiam verorum ṗdicamentorum. vel ergo valet ad ꝯgnoscen
dum ꝯuenientiam vel dr̄ām vel ordinem eorū. Si ṗmū hoc est triplici-
ter. q2 vel valet ad cognoscendū ꝯuenientiam eorū in aliquo cōmuni eq-
uoco vel analogo ⁊ sic est ṗma definitio scz definitio equiuocorū vel valet
ad cognoscendum ꝯuenientiā plurium in cōmuni vniuoco et sic est scd̄a
definitio scz vniuocorū vel valet ad ꝯgnoscendū cōuenientiaz accidentiū
cū substantia ⁊ sic est tertia definitio scz denoīatiuorum. Si secundum scz
si valet ad cognoscendū dr̄ām hoc est dupliciter q2 vel valet ad cognos
cendum drām eorum que ponūtur in predicamentis ab his que non po-
nunt̄ ⁊ sic est ṗma diuisio vel ad cognoscendū drām eorū que ponūtur in
diuersis ṗdicamentis ⁊ sic est secunda diuisio. Si tertiū scz si valet ad co
gnoscendū ordinem hoc est dupliciter q2 vel valet ad cognoscendū ordi-
nem eorū que ponūtur in eodem predicamento ⁊ sic est prima regula. vel
ad cognoscendū ordinem eorum que ponūtur in diuersis predicamētis.
et sic est secunda regula.

Arguit Predicabilia ⁊ modi essendi in sunt anteṗdicamēta
ergo sunt plura antepredicamenta q̄ȝ septem So°
ꝙ predicabilia non sunt proprie antepredicamenta Et ratio illius est q̇a
predicabilia non valent formaliter ad noticiaz predicamētorū sed tm̄ ma
terialiter quia predicabilia sunt illa que ordinantur in predicamentis. de
modis essendi in debet dici ꝙ comprehenduntur sub secunda diuisione
anteṗdicamentali ⁊ ad illā ṗncipaliter deseruiūt.

Queritur Quo ordine pħus determinat de tribus defini-
tionibus antepredicamentalibus. Solutio
primo determinat de definitōe equocoꝝ. scd̄o de definitōne vniuocorum
et tertio de definitōne denoīatiuorum. Et in illis trib9 definitionib9 intel
ligit triplicem predicatōem. scz predicatōem equiuocā vniuocā ⁊ deno-
minatiuam quib9 vtimur in ordinatione predicamētorū. Ratio aūt qua
re primo pħus determinat de definitōne equiuocorum est quia reductio
ad cōe analogum ṗor est reductiōe que est ad cōe vniuocū seu ad genus
vel que est ad subiectuz vel potest dici vt dr Boetius ꝙ aresto. seruat hic
modum boni ortulani qui ṗus extirpat zizania q̄ȝ inserat bona semina

ſed equiuoca ſunt zizania in orto predicamentali nō ſerenda Et ergo are
ſtoteles illa premittit tanq̄ extirpanda ⁊ a ꝓpoſito abijcienda.

Prima definitio antepredicamentalis.

Queritur Que dicūtur equiuoca Solutio Equiuoca di
cuntur quorū ſoluz nomē eſt cōmune et ratio ſub
ſtātie ſm illud nomē eſt diuerſa. Et debet illa definitio ſic exponi(Equi
uoca) ſupple equiuocata (dicuntur quorū) ſupple equiuocatorū(ſoluz no
men) id eſt nota mentis vel vox informata potentiali ratione ſignifican-
di (eſt cōmmune Et ratio ſubſtantie) id eſt definitio vel ratio rei ſignifi-
cate(ſm illud nomē eſt diuerſa) id eſt alia ⁊ alia Exemplum eſt vt ani-
mal homo et qđ pingitur hoc eſt homo verus et homo pictus ſunt equi-
uoca equiuocata animalis. quia habent ſolum nomen animalis cōmune
ſed ratio ſubſtantie. id eſt definitio ſm illud nomen eſt diuerſa q2 ſi quis
aſſignet quid ſit vtrūq3 quo ſunt animalia ille aſſignabit propriam vtri-
uſq3 rationem. quia aliam oportebit aſſignare definitionem de anima-
li vero et aliam de animalia picto.

Arguitur Illa non poſſunt definiri que non habēt vnam
et eandem rationem. ſed equiuoca non habent
vnam et eādem ratōnem. ergo non poſſunt definiri Maior eſt nota ⁊ mi-
nor probatur ex definitione equiuocorū iam data Solutio ꝙ equiuoca
poſſunt conſiderari dupliciter. vno modo ſm ſe ⁊ ſm ꝙ ꝯueniūt in com-
muni noīe equiuocante. ⁊ ſic non poſſunt definiri quia ſic non habēt vnā
rationem. vt bene probat argumentum. Alio modo poſſunt conſidera-
ri ſm ꝙ conueniunt in vna intentione ſcđa. ⁊ habent vnam rationem. ſcz
illam que hic poſita eſt et ſic ꝑ illam rōnem definiuntur.

Contra Solius vniuoci eſt definitio ſed equiuocum non eſt
vniuocum. ergo Solutio ad maiorē ꝙ ſolius vni-
uoci eſt definitio proprie dicta ſed iſta non eſt talis ſed qualiſcūq3 notifica-
tio vel poſſet dici ad maiorem ꝙ equiuocū ſm ꝙ hic definitur eſt vniuo-
cum. quia hic definitur ſecunda intentio. ſed in illa ſecūda intentione om-
nia equiuoca vniuoce conueniunt

Queritur Quare definiuntur hic equiuoca in plurali nu-
mero Solutio. q2 hic definiuntur equiuoca eq-
uocata ⁊ illa ſunt ſꝑ plura ſiue multa.

¶ Querit̄ Quotuplex est equiuocum Solo duplex scz equocū

Equiuocās est dictō diuersis rationibꝫ plīa significans vt canis. Et ē duplex scz

A casu est qd̄ s̄cat plura diuersis rationibꝫ equal̄r et eque primo sine ordine. vt canis.

A ꝯsilio est qd̄ significat plura q̄dā ordine p̄ p̄us et posterius. Et tale est triplex. q̄a q̄ddaz dicit̄ s̄m

ꝓportōez vt sanū de aīali vrina medicina ⁊c.

Siliitudinez vt homo de homie vero et picto.

Trāssumptionem. vt curro dr̄ de cursu animalis et aque.

Equocatū est significatū equoci equocantis. Et ē duplex scz.

A casu est res significata p̄ equocū equocans a casu. vt sid⁹ celeste est equocatū isti⁹ equoci qd̄ est canis.

A cōsilio est s̄catuz equiuoci equocantis a consilio. vt homo verus vel homo pictus dr̄ equiuocuz equocatum a ꝯsilio illius termini homo.

Ar̄ Nomina non habēt nomen cōe Sed equiuoca equiuocata sunt
met noīa. ergo non habent nomen cōmune Et p̄ ꝯsequēs defini
tio equocorū est falsa So° q̄ equoca accipiunt̄ dupl̄r. vno modo p̄ vo
cibus s̄cantibꝫ ⁊ sic sunt noīa sed sic nō definiuntur hic. Alio modo pro
rebus s̄catis ⁊ sic non sunt nomina Et hoc modo in ꝓposito definiuntur
quādo dicitur equiuoca dicuntur quorū solum nomen est cōmune ⁊ ra
tio substantie s̄m illud nomen est diuersa

Ar̄ Si illa definitio esset bona tunc sequeret̄ q̄ verba non possent eē
equoca Etiā sequeret̄ q̄ termini singulares nō possent esse equo
ci Sed hoc est falsum. ergo illud ex quo seq̄tur. Sequela ꝓbat̄ q2 dr̄ equi
uoca dicunt̄ quorū solum nomē est cōmune. So° nomē non accipitur
hic proprie vt distinguit̄ ꝯtra verbū sed accipitur cōiter vt nomen idem
valet qd̄ nota men vel nota mentis ⁊ sic verbū etiam est nomen. Ad aliud quod fuit assumptū de terminis singularibus debet dici q̄ cōmune
nō accipitur hic vt distinguitur cōtra singulare. Et sic etiam substantia
nō accipit̄ hic ꝓprie sed cōiter vt non distinguit̄ ꝯtra accn̄s. Et per hoc
soluitur aliud argumentum quo posset argui q̄ accidētia nō possent esse
equiuoca si ista definitio esset vera.

¶ Secunda definitio

Queritur Que dicuntur vniuoca Solutio vniuoca di-
cuntur quorū nomē est cōmune et ratio substan
tie ẽm illud nomen est eadem. Et illa definitio debet sic exponi(Uni-
uoca)supͤ vniuocata(dicūtur quorū) supͤ vniuocatorū(nomē) supͤ vni-
uocantis (est cōe et rō substātie).i. essentia vel definitio substātialis(ẽm
illud nomen est eadem) Exemplū phi est. vt aial homo atq3 bos. hō em̄
et bos sunt vniuoca vniuocata aīalis q2 habēt nomē aīalis cōe ꝛ etiā ean
dem rōem q2 si aliqs assignet rōem vtriusq3 quid sit vtrūq3 quo sunt ani
malia eandem assignabit rationem

☞ Querit Quotuplex est vniuocū. Solutio duplex scz vniuocū

Uniuocans est dictio eq̄liter ꝛ eadē rōne significans sua significata vt animal res-
pectu hominis leonis ꝛc̄.

Uniuocatū est significatum vniuoci vni-
uocantis vel ꝯtenta sub vniuoco vniuocā-
te sicut hō ꝛ asinus sunt vniuocata aīalis

Queritur Quot requirunt ad hoc ꝙ aliqua dicant vniuoca
vniuocata Solutio ꝙ duo Primū est ꝙ habe-
ant nomen cōe. Scdm est ꝙ equaliter ꝑticipent formā seu qualitatē a q̄
est talis noīs impositio. Et illa duo trahuntur ex definitōne data q̄ dat
solum ẽm dominū Albertum de vniuocis vniuocatis ꝙuis Scotꝰ ex-
ponat eam etiam de vniuocis vniuocantibꝰ.

Ar Homo et alledo sunt vniuoca vniuocata ꝛ tamē non est eis no
men cōe. ergo definitio vniuocorū iam data est falsa. Soº licet
homo ꝛ alledo sint vniuoca vniuocata non tamen respectu eiusdem vni-
uocantis sed respectu diuersorū scz hō respectu aīalis ꝛ alledo respectu co
loris. et ergo nō oportet ꝙ habeant nomē cōe Et ergo solet dici ꝙ ista de-
finitio vniuocorū debet intelligi reddēdo singula singulis. i. ꝯꝑando q̄li-
bet vniuocata suis vniuocantibus

Ar Homo et asinus sunt vniuocata aīalis ꝛ tamē nō habēt ratio
nem substātie aīalis eandē. ergo definitio est mala. Aīs probat
q2 ratio aīalis ẽm vnūqdq3 aīal est altera ꝛ altera Solutio ꝙ ratio ani
malis ꝯtracti ad spēm est bene altera ꝛ altera ẽm vnūqdq3 aīal sicut alia
est ratio hominis alia asini ꝛc̄. Sed ratio generica animalis illa est eadē
et equaliter cōuenit oīm animali.

Ar Prius dictum fuit circa definitōem equiuocorū ꝙ animal ē eq-
uocum ergo male dicit hic oppositum scz ꝙ sit vniuocū. Solº
ꝙ aīal dupl'r ꝯꝑat. Uno modo ad suas spēs. puta ad hoīem asinū ꝛcījs.
et sic est vniuocū. q2 vniuoce dr de oībꝫ suis spēbꝫ. Alio modo cōꝑat ad
aīal verum. ꝛ aīal pictum que sunt sua analogata. Et hoc modo est equi
uocū seu analogum. Et hoc non est inconueniens ꝙ vnum ꝛ idem mate
rialiter sit vniuocū et equiuocum respectu diuersorum.

¶ Tertia definitio

Querit Que dicunt̃ denominatiua. Solutio denominatiā dicunt̃ q̄cūq3 ab aliquo solo casu sunt drā ꝛ ſm illud no
men hn̄t appellatōnem. Et dz illa definitio sic exponi (denominatiua) sup
ple voce ꝛ ſcatōe simul (dicunt̃ q̄cūq3 ab aliquo) supple pncipali siue ab-
stracto (sunt drā solo casu) .i. sola cadētia ad subiectū. vel (solo casu) .i. so-
la finali terminatōe (ꝛ ſm illud nomē) supple pncipalis siue abstracti (ha
bent appellatōem) .i. denominatōem vel ad alienā naturā pulsionē. Ex
emplū phi est vt a grāmatica grāmaticus a fortitudine fortis.

Ar Albū ꝛ nigꝝ st3 denominatiā ꝛ tn̄ nō drn̄t ab aliq̄ solo casu s3 ab
aliq̄bꝫ. ḡ definitio ē falsa So° ꝙ ista dz ītelligi redditie reddēdo
singula singulis .i. ꝯparando quodlibet denominatiuū ad suum pncipale
vl' abstractum.

Ar Studiosum est denominatiuū a virtute ꝛ tn̄ nō differt a virtute
solo casu .i. finali terminatōe. Sol'o ꝙ ista definitio dat̃ de de-
nominatiuis voce ꝛ ſcatōe sil' q̄ sunt vera denominatiua. s3 studiosum et
virtus nō sunt denominatiua nisi ſcatōne tantum.

¶ Querit̃ quotuplicia sunt denominatiā. Sol'o sunt triplicia. q2 q̄dam sunt denominatiua

- Voce tm̄. Et dicunt̃ ꝯcreta q̄ hn̄t ꝯuenietiā in pncipio ꝛ drām in fine cū suis abstractis s3 nō ē ibi pulsio ad alienā naturā Exemplū est vt sortes ē human⁹ ab humanitate. human⁹ em̄ ꝛ humanitas conueniunt bene in pncipio et differunt in fine. sed humanus nō pellitur ad alienā naturā. q2 human⁹ ē eiusdē nature cū subiecto de quo dr̄ sc3 cū sorte.
- Significatōe tm̄ Et dicunt̃ ꝯcreta q̄ nō hn̄t ꝯuenientiā cū suis abstract3 i pncipio ꝛ drā3 in fine. ꝛ tn̄ est ibi pulsio ad alienam naturam Exemplū est vt sortes dr̄ studiosus a ꝟtute.
- Voce ꝛ ſcatōe sil' Et dicunt̃ ꝯcreta q̄ hn̄t cō uenietiā cū suis abstract3 in pncipio ꝛ drā3 in fine ꝛ etiā ē ibi pulsio ad alienā naturā Exēm̄ ē vt grāmatic⁹ a grāmatica fort3 a fortitudine

Qr Quot req̄runt̃ ad denominatiua voce ꝛ ſcatōe sil'. So° ꝙ tria
sc3. Primo ꝙ forma denominās sit aliena natura a subiecto ꝛ ꝙ
nō fluat etiā a pncipijs essentialibꝫ subiecti. Et ḡ gen⁹ nō pt eē denoiatm̄
respectu sue spēi nec etiā ꝓpriū respectu sui subiecti. Scdo ꝙ forma deno-
minās ſcet̃ cadēter, .i. ꝯcretiue. ꝛ ḡ nullū abstractū pt p̄dicari denominati
ue. Tertio ꝙ ꝯcretū ꝛ abstractū ꝯueniant in [illegible]ncipio ꝛ differant in fine. et
ergo studiosus nō est ꝑfectū denominatiuū a ꝟtute. Et ex isto etiā elicit̃
ꝙ tria debent eē in qualibet p̄dicatōe

denoiatia scz { Denoiatu̅ / Denoiatm̅ / forma denoians } vt hõ ē alb9 ab albedie ibi { hõ ē denoiatu̅ / alb9 denoiatm̅ / albedo forma / denominans. }

Querit̄ An hic sit p̄dicatio denominatiua voce ꝛ p̄catiōe sim̄ katherina est grammatica a grāmatica. Solō ꝙ sic Et si dicat̄ denominatiuū ꝛ forma denominans nō dr̄ñt ibi solo casu. q̄a ꝯueniunt in finali terminatōne Solō lꝫ denominatiuū ꝛ forma denoꝯminans seu ꝯcretū ꝛ abstractū. ibi nō differāt penes finalē terminatōnem in feminino genere. tn̄ bn̄ dr̄ñt in genere masculino qđ est genus p̄ncipale sicut patꝫ dicendo ioannes est grāmaticus a grāmatica. ꝛ hoc sufficit

Queritur Quare dr̄ phus hic ꝙ a grammatica venit grāꝯmaticus ꝛ a fortitudine fortis. cum tamē gramꝯmatici dicant econtra ꝙ a grāmaticus venit graāmatica ꝛ a fortis venit fortitudo. Solō ꝙ aliter loquunt̄ grāmatici de abstractis ꝛ ꝯcretis ꝛ aliter logici qꝛ grāmatici attendūt deriuatōem vocalē. ꝛ g̃ dicūt ꝙ abstraꝯctū venit a ꝯcreto. qꝛ p̄m vocalē deriuatōem format̄ ab eo. Sꝫ logici attēꝯdunt denominatōem realē. ꝛ ergo dicūt ꝙ ꝯcretum venit ab abstracto. qꝛ abstractū est p̄ncipiū denominatōis q̃ ꝯcretū denominat subiectum.

Concretum.

Secundū capitulū. Prima diuisio.

Eorū que dicunt̄ alia q̄dam p̄m ꝯplexionē dicunt̄ alia vero

In hoc scđo capitulo determinat phus de duab9 diuisionib9 an̄p̄dicaꝯbilib9. Et p̄m hoc diuidit̄ istud capitulum in duas p̄tes.

Queritur Que est p̄ma diuisio an̄p̄dicamentalis. Soluꝯtio ꝙ eoꝝ que dicunt̄ quedam dicuntur cum cōꝯplexione. quedam vero sine ꝯplexione. Exemplū p̄mi est. vt homo currit hō vincit. Exēplū scđi vt hō bos currit vicit Et valet (dicunt̄) in ista deꝯfinitōne tantum sicut p̄catiue ꝓferuntur.

Querit̄ Que est rō istius diuisionis. Solō rō est ista. qꝛ ea q̃ dicunt̄ sunt signa eoꝝ q̃ ꝯcipiunt̄. sed ꝯceptus sunt duplices scꝫ cōplexi ꝛ incōplexi. ꝛ ergo illa q̃ dicunt̄ etiā sunt duplicia. ita ꝙ q̄dam dicant̄ cū ꝯplexione q̄dam vero sine ꝯplexione.

Ar̄ Mēbra cuiuslibet diuisionis debent esse opposita. sed mēbra istiꝯus diuisionis nō sunt hm̄ōi. ergo non est bona. Minor ꝓbat̄. qꝛ vnū oppositoꝝ nō potest esse ps alterius. sed incōplexū est ps ꝯplexi. Soꝯlutio ꝙ ꝯplexum ꝛ incōplexum possunt accipi dupl'r. vno modo materiaꝯliter. ꝛ sic incōplexum est pars complexi. Alio modo formaliter ꝛ sic oppoꝯnuntur ꝛ vnum nō est pars alterius.

Ar̄ Aliqua dicuntur que nec dicūtur cum ꝯplexione nec sine ꝯpleꝯxione. ergo ista diuisio nō est bona. An̄s ꝓbatur de istis vocibus bu ba baff. q̃ nec sunt ꝯplexe nec incōplexe Solutio ꝙ ille voces nō cōꝯ

tinentur hic sub diuiso. qꝛ voces ille nō dicuntur. id est nō ſcatiue proferūtur. vnde diuisum hic est dicibile in cōi acceptū vel vox ſcatia ad placitū.

Ar Oīe dicibile est p̄dicabile. sed oīe p̄dicabile est incōplexū. ergo oīe dicibile erit incōplexum ꝛ ꝑ ꝯsequens male dicitur hic ꝙ sit aliquod dicibile ꝯplexum. Solutio dicibile nō accipitur hic vt idem est quod predicabile. sed accipitur vt idem est quod significatiue proferibile vel vt est idem quod vox significatiua ad placitum. ꝛ illa ē duplex vt patuit scꝫ ꝯplexa ꝛ incōplexa.

Ar Nulla est res cōplexa. ergo nulla erit vox ꝯplexa. Añcedens pꝫ qꝛ oīs res est incōplexa. Solutio lꝫ oīs res ſm se accepta sit incōplexa, tamē vna res nō potest designari inesse alteri vel non inesse sine complexione.

Queritur Quid est complexio. Solutio alberti ꝙ complexio est designatio vnius in alio vel nō in alio. Exemplum ṗmi est vt hō currit. Exemplū scđi vt hō nō currit.

¶ Querit̃ ꝗtuplex ē ꝯplexū. So° triplex scꝫ ꝯplexum

- Voce tm̄. Ubi sunt plures voces q̄bꝫ in mente corrcspōdet vnus simplex ꝯceptus. vt corpꝰ animatum. animal ratōnale.
- Significatōe tm̄. vbi ē vna vox cui in mēte correspondēt plures ꝯceptus vt canis.
- Voce ꝛ ſcatōe siꝉ. vbi sunt plures voces q̄bꝫ corrñdꝫ ī mēte ꝯceptꝰ ꝯplexꝰ Et tale ꝯplexū ē duplex. nā q̊ddā est
  - Distās vbi extrema distāt ꝑ mediū copule ꝓbaꝉ vꝉ ꝯiūctionaꝉ. Exēm ṗmi vt hō ē albꝫ. Exēm scđi vt sortes ꝛ plato
  - Indistans. vbi extrema non distant ꝑ medium alicuius copule vt homo albꝫ.

Queritur Quot reqrunt̃ ad ꝯplexionem ꝓprie dictam voce ꝛ ſcatōne simul. Solutio tria. Primo reqritur ꝙ sint plures voces ſcatiue. ꝛ ergo in simplici dictōne nō est cōplexio Scđo ꝙ res ſcate habeāt inter se aliquā vnionē. ita ꝙ vna habeat se vt determinatio. ꝛ alia vt determinabile. Et g̊ hic nō est ꝯplexio cū dꝛ hō asinus. Tertio ꝙ illis pluribꝫ vocibꝫ correspōdeat in mēte ꝯceptꝰ ꝯplexus

Queritur Quare in ista ṗma diuisione añp̄dicamētali cōplexum p̄cedit incōplexum Solutio rō illius ē qꝛ habitus p̄cedit ṗuatōez. sꝫ ꝯplexū hꝫ se ꝑ modū habitꝰ, ꝛ incōplexū.

p modū p̄uatōis. g̅. Uel p̄t dici q̄ p̄ncipal' intētio ph'i ē p̄seq̄ h̄ mēbꝝ q̄d ē incōplexū. ꝛ q̄ p̄mittit ꝯplexū tanq̄ᵹ a ꝓposito remouendum.

Queritur Ad quid est ista prima diuisio vtilis. Solu-tio valet ad cognoscendum q̄ solum incomplexa sunt ponibilia in predicamento.

¶ Secunda diuisio.

Queritur Que est secunda diuisio antepredicamentalis. Solutio secunda diuisio est ista. Eorum que sunt. supple incōplexa. Alia de subiecto quodam dicuntur in subiecto ve ro nullo sunt. vt homo dicitur de subiecto scʒ de aliquo homine sed nō est in subiecto.

Queritur Quid est dici de subiecto in proposito. Et q̄d est esse in subiecto Solutio dici de subiecto est dici de alio sicut superius de inferiori. Sed esse in subiecto est esse in alio. sicut accidens in subiecto. hoc enim nō est in eo sicut pars in toto ꝛ imposſi bile est ipsum esse sine eo in quo est.

Queritur Que sunt illa que dicuntur de subiecto ꝛ nō sunt in subiecto. Solutio sunt genera ꝛ species de p̄dicamento substantie. illa enim dicuntur de subiecto quia habēt inferio-ra. Sed nō sunt in subiecto q̄ꝛ nō sunt accidētia.

Ar̄ Quicquid dicitur de subiecto est etiā in subiecto. ergo istud pri-mum membrum istius diuisionis est falsum. Añcedens ꝓbatur q̄ꝛ dici de p̄supponit esse in. Solutio dici de p̄supponit esse in sibi ꝯfor-me Et sic genera ꝛ spēs de p̄dicamento substantie que dicuntur de subie-cto. hoc est de inferiore etiam sunt in subiecto sicut in inferiori. sed nō sunt in subiecto sicut accidens est in suo subiecto quō accipit̄ hic eē in subiecto

¶ Alia in subiecto quidem sunt de subiecto vero nullo dicuntur. vt que dam grammatica in subiecto quodā est scʒ in anima. sʒ de subiecto nullo dicitur Et quoddam album in subiecto est scʒ in corpore. q̄ꝛ oīs color est in corpe. sed nō dicitur de aliquo subiecto.

Queritur Que sunt illa que sunt in subiecto ꝛ nō dicuntur de subiecto; Solutio sunt indiuidua de predi camentis accidentium. illa enim sunt in subiecto. q̄ꝛ sunt accidentia ꝛ non dicuntur de subiecto. quia nō habent inferiora.

¶ Alia vero dicunt̄ de subiecto ꝛ in subiecto sunt vt scīa in subiecto q̄dā est scʒ in anima. ꝛ de subiecto dicitur vt de grammatica

Queritur Que sunt illa que dicuntur de subiecto ꝛ sunt in subiecto. Solutio sunt genera ꝛ species de pre dicamentis accidentium. illa eīn dicuntur de subiecto. q̄ꝛ habent inferiora et sunt etiam in subiecto q̄ꝛ sunt accidentia.

¶ Alia vero neq̄ᵹ in subiecto sunt neq̄ᵹ de subiecto dicuntur. vt aliquis homo aliquis equus.

Querit[ur] Que sunt illa q̄ neq3 sunt ī subiecto neq3 dicunt[ur] de sub iecto Solutio sunt indiuidua de p̄dicamēto substā tie illa em̄ nō sunt in subiecto q2 nō sunt accidentia neq3 dicunt[ur] de subie/ to q2 non habēt inferiora

Queritur Quare dꝛ alioꝝ in gtō. Solutio ꝓpter relati ua ſm esse q̄ vt in plurimū ad seinuicē referuntur sub habitudine gti casus.vt pater filij pater.dñs serui dñs

Queritur Quare addit̄ in fine vel quōlibet aliter ad aliud. Solutio ꝓpter relatiua ſm dici.qꝛ talia nō referunt̄ ſp sub habitudine gti casus.sed q̄nq̄ꝫ sub habitudine gti q̄nq̄ꝫ dtī q̄nq̄ꝫ acci ⁊ q̄nq̄ꝫ ablatiui.vt disciplina dꝛ disciplinati disciplina in gtō.ſꝫ ecōtra disciplinatū dꝛ disciplina disciplinatū.in ablatiuo sic scia dꝛ scibilis scia in gtō.sed scibile dꝛ scia scibile in ablatiuo.

Ar Nulla bona definitio debet dari ꝑ disiunctōem ſꝫ ista dat̄ ꝑ disiū ctionē.ergo nō est bona. Minor patꝫ.qꝛ dꝛ vel quōlibet alter ad aliud Solutio ꝙ nulla bona definitio dꝫ dari ꝑ disiunctōnem nisi in ea innuat̄ diuisio.Sꝫ in ista definitōne innuitur vna diuisio relatiuoꝝ.ſcꝫ ꝙ

relatiuoꝝ q̄dam sunt relatiua ꝑm esse q̄dam vero ꝑm dici.

Queritur Que dicuntur relatiua ꝑm esse ⁊ que ꝑm dici. Solutio relatiua ꝑm esse sunt que ex p̄ncipali suo ꝑcato nō importāt aliud q̄ȝ respectum. vt pater ⁊ filius dn̄s ⁊ seruus Sȝ relatiua ꝑm dici sunt que ex principali suo ꝑcato important aliquod absolutum ⁊ p̄ter hoc ꝯnotant respectum ad aliud sicut scia ex p̄ncipali ꝑcato importat qualitatem. qꝛ ꝑcat habitum de p̄ma spē qualitatis sed p̄ter hoc ꝯnotat respectum ad scibile. ⁊ ergo est relatiuū ꝑm dici.

Ar̄ Si ista definitio esset bona tunc sequeretur ꝙ humanitas ⁊ animalitas essent relatiua. sed hoc est falsum. ergo. Sequela ꝓbaᷓ. qꝛ dicunᷓ alioꝝ vt humanitas est hominis humanitas. ⁊ animalitas est animalis animalitas. Solutio alberti ꝙ ad hoc ꝙ aliquid sit ad aliq̄d nō sufficit ꝙ quocunqȝ modo sit alterius. Sed requiritur ꝙ sit alterius vt potentia. vt organum vel instrumentum. Exemplū p̄mi vt virtus disciplina. Scd̄i vt manus caput. Tertiȷ̄ vt nauis remus

Queritur Utrum relatio sit vnum ens. Solutio ꝙ sic qꝛ quicq̄d dicit vnam aliquam naturaȝ hoc est vnum ens. sed relatio est huiusmodi. ergo est vnum ens. Minor patȝ. q̄a nisi diceret naturam aliquam nō esset determinata ad vnum genus vl̓ ad vnam speciem.

Ar̄ Relatio nō inest vni sed pluribus. ergo nō est vnum ens. Antecedens ꝓbaᷓ qꝛ est in relatiuo ⁊ correlatiuo. Solutio ꝙ q̄ȝuis relatio sit in illis duobus nō tamen est in eis vt in subiectis. Sed in vno est sicut in subiecto scȝ in relatiuo ⁊ in alio scȝ in correlatiuo sicut in termino. Et sic a subiecto capit vnitatem numeralem sed, a termino vnitatem specificam.

Queritur Utrum idem sint subiectum relatōnis ⁊ fundamentū. Solutio ꝙ nō. qꝛ subiectum relatōis dꝛ illud cui inest relatio ⁊ hoc est substantia que substat relatōni sicut omnibus aliȷ̄s accidentibus. Sed fundamentum relatōnis dꝛ illud quo mediante relatio innascitur subiecto. ⁊ hoc nō est substantia sed semꝑ aliquod accidens. Et ꝯsueuerunt ꝯmuniter assignari tria fundamēta quibus substantie innasciᷓ relatio scȝ q̄ȝtitas qualitas ⁊ actus, id est actio vel passio In q̄ȝtitate em̄ fundanᷓ ꝓportōnes numeroꝝ ⁊ relatōes equalitatis ⁊ inequalitatis. in qualitate relatōnes silr̄itudinis ⁊ dissilr̄itudinis. Et in actōne ⁊ passione paternitas filiatio dominatio seruitus ⁊ similia. Et dicunᷓ actio ⁊ passio vnum fundamentū. qꝛ sunt materialr̄ vnus motus.

Queritur Utꝝ relatio realiter distinguaᷓ a suo fundamento. Sol̓o ꝙ sic loquēdo de relatōne reali. Et ratio est. qꝛ illa distinguunᷓ realiter que sic se hn̄t ꝙ vnū p̄t manere reliquo corrupto. sed sic est de relatiuo ⁊ suo fundamēto. ergo Minor ꝓbatur. qꝛ si sint duo homines similes qꝛ albi tunc si in vno coꝝ corrumpatur albedo

tunc destruitur similitudo in alio. ⁊ tamẽ manet in eo adhuc eadem quali
tas scz albedo que fuit fundamẽtum similtudinis.

Querit̃ Quot reqrunt̃ ad relatõnem realem. Solutio quat
tuor. Primo reqritur ꝙ sit entium. ⁊ ergo nõ entis ad
ens nõ est relatio realis. Scdo ꝙ sit entium realium. Et ergo entiũ ratõ
nis sicut generis ⁊ spẽi nõ est relatio realis. Tertio ꝙ sit entium realiũ in⸗
ter se distinctorum. ⁊ ergo relatio eiusdem ad seipsum nõ est relatio realis
Quarto ꝙ relatio sit distincta ab vtroqȝ extremoꝝ ⁊ ideo relatio creato⸗
ris ad creaturam nõ est realis sed solum ratõnis.

De cõmunitatib⁹ ⁊ ꝓprietatib⁹ relatiuorum

Queritur Quot sunt ꝯmunitates ⁊ ꝓprietates relatiuorũ.
Solõ ꝙ due sunt cõmunitates ⁊ due ꝓprieta
tes q̃bus addunt̃ duo correlaria.

Prima cõmunitas.

Queritur Que est ṗma ꝯmunitas relatiuoꝝ. Solutio
ṗma ꝯmunitas est ꝙ relatõi inest ꝯtrarietas Et
hoc ꝓbat exemplariter. qꝛ virtus ꝯtrariatur vitio ⁊ vtrumqȝ eoꝝ est ada
liquid silr̃ disciplina vel scia ꝯtrariant̃ ignorãtie ⁊ sunt etiã relatiua.

Querit̃ An ista ꝯmunitas ꝯueniat om̄ibus relatiuis. So
lutio phi ꝙ nõ. qꝛ duplo triplo vel alicui talium nihil ẽ
ꝯtrarium. Et qꝛ habere ꝯtrarium nõ ꝯuenit om̄ibus relatiuis nec etiaȝ
solis. qꝛ ꝯuenit qualitati ⁊ q̃busdam aliȷs. ergo nõ est aliquo modo ꝓpriũ
relatiuis ⁊ ꝓpterea etiã magis vocat̃ ꝯmunitas q̃ꝫ ꝓprietas.

Ar̃ Oppositio relatiua ⁊ ꝯtraria sunt distincte spẽs oppositõnis sed
relatiua opponuntur relatiue. ergo nõ opponunt̃ ꝯtrarie ⁊ ꝑ ꝯñs
ista ꝯmunitas est falsa. Solutio ꝙ relatiua ꝯsiderant̃ duplr̃. vno mo⸗
do formalr̃ inq̃ꝫtũ sunt relatiua. ⁊ sic opponunt̃ relatiue his ad que referũ⸗
tur ⁊ nõ ꝯtrarie. Alio modo materialr̃ ⁊ quantum ad sua fundamenta.
Et hoc modo aliqua relatiua ſm dici habẽt ꝯtraria. qꝛ aliqua sunt que
fundantur in ꝯtrariȷs fundamentis sicut patz de virtute ⁊ vitio. de scien
tia ⁊ ignorantia.

Secunda cõmunitas.

Queritur Que est scda cõmunitas relatiuoꝝ. Solutio
scda ꝯmunitas est. ꝙ relatiua videntur suscipere
magis ⁊ minus. Et ꝓbat phus hoc exemplariter. qꝛ simile ⁊ inequale stꝫ
relatiua ⁊ dicuntur ſm magis ⁊ minus.

Queritur Vtrꝝ suscipe magis ⁊ minus ꝯueniat om̄ib⁹ re⸗
latiuis. Solõ phi ꝙ nõ. qꝛ duplũ est relatiuũ ⁊
tñ nõ dꝫ ſm magis ⁊ minus nec aliq̃d talium. Et ergo. qꝛ suscipe magis

et minus nõ ↄuenit oĩbꝫ relatiuis nec etiã ↄuenit solis eo ꝙ etiã ↄueniat substãtie. ꝗ nõ est ꝓpriũ relatiuis ſm aliquẽ modũ ꝓprij Et hinc ẽ ꝙ magis vocat̃ sicut p̃cedẽs ↄmuuitas quã vocet̃ ꝓprietas.

Queritur Utꝝ equale etiã possit recipe magis ꝛ minꝰ sicut inequale Solꝰo ꝙ nõ. Et rõ diuersitatꝫ est qꝛ equalitas ↄsistit in indiuisibili. eo ꝙ equalia dicunt̃. ꝗ sic sibi adequant̃ ꝙ seinuicẽ nec excedunt nec excedunt̃. Et ergo equale nõ suscipit magis ꝛ minus. Sꝫ inequalitas nõ ↄsistit in indiuisibili. qꝛ inequalitas dꝛ recessuꝫ ab equalitate recessus aũt ille p̃t esse ſm magis ꝛ minus. ꝛ ergo inequale suscipit bene magis ꝛ minus sicut pedale ꝛ tripedale magis sunt inequalia ꝙ̃ pedale ꝛ bipedale.

Prima proprietas:

Queritur Que est p̃ma ꝓprietas relatiuoꝛuꝫ. Solutio prima ꝓprietas est ꝙ oĩa relatiua dicunt̃ ad cõuertentiam. vt seruus dꝛ dñi seruus ꝛ econtra dñs dꝛ serui dñs. ꝛ duplum dꝛ dimidij duplũ ꝛ ecõtra dimidiũ dꝛ dupli dimidiũ ꝛ sic de alijs.

Queritur Quod est dubium quod remouet phs circa hãc ꝓprietatẽ. Solutio aliquis possit dubitare an correlatiuũ semꝑ referat̃ ad relatiuũ in eodẽ casu in quo relatiuũ refert̃ ad ipsum. Ad hoc respondet phus ꝙ nõ sed quandoqꝫ mutat̃ casus Et hoc declarat exemplariter. qꝛ disciplina dꝛ disciplinati disciplina in gtõ. sꝫ ecõtra disciplinatũ dicit̃ disciplina disciplinatũ in abltõ. Et sic sensus etiaꝫ dꝛ sensati sensus. Sed ecõtra sensatũ dꝛ in abltõ sensu sensatum.

Queritur Quid est dici ad ↄuertentiã Solutio dici ad ↄuertentiam est vnum relatiuoꝝ referri ad aliud sub habitudine alicuius obliqui casus eiusdem vel diuersi. Et dꝛ notãter sub habitudine alicuius obliqui casus. qꝛ in recto nõ p̃t fieri ↄuertentia. qꝛ rectus ad rectum nõ ponit diuersitatẽ. sꝫ bñ rectus ad obliquũ Et dꝛ eiusdẽ vel diuersi. qꝛ qñqꝫ relatiua referunt̃ ad seinuicẽ sub habitudine eiusdẽ casus qñqꝫ sub habitudine casus diuersi. vt patuit

Ar Subiectum ꝛ sua ꝓpria passio dicunt̃ ad ↄuertentia. ꝛ tamẽ nõ sunt relatiua. ergo dici ad ↄuertentiã nõ est ꝓprium relatiuis prima ꝑs añtis patꝫ. qꝛ subiectum ꝛ sua ꝓpria passio ↄuertunt̃. Solutio subiectum ꝛ sua ꝓpria passio habent bene adinuicem ↄuertibilitatem. sed nõ dicuntur ad ↄuertentiam. Pro quo est notandum ꝙ drã est inter ↄuersionem ↄuertibilitatem ꝛ ↄuertentiam. qꝛ ↄuersio est passio ꝓpositionum ↄueniens ꝓpositõnibus ſm transmutatõem suoꝝ terminoꝝ. Conuertibilitas vero est eoꝛum que de seinuicem verificant̃ vniuersaliter ꝛ affirmatiue sicut sunt subiectum ꝛ sua ꝓpria passio. Sed ↄuertentia est eoꝛuꝫ ꝗ ad seinuicem referuntur sub habitudine alicuius obliqui casus cuiusmodi sunt sola relatiua.

Arguitur Pater et filius sunt relatiua. ⁊ tamē non dicun tur ad ɔuertentiā. ꝙ Scđa ps añtis ꝓbat. quia stat aliquē esse patrē ⁊ nō filij sed filie. Et sil'r econtra stat aliqñ esse filiuʒ et non patris sed matris. Sil'r de dño ⁊ seruo posset eodem modo argui

Solutio ꝙ filius ꝓut refert ad patrē absoluitur a ɔnotatōe sexus ⁊ nō distinguit ɔtra filiū. vñ filius vt sic noīat omne illud qđ ꝑ actiuā genera tionem ab alio processit. Et sic etiam eodem modo dđm est de dño ⁊ ser uo ⁊ alijs q̃ vt sunt relatiua absoluunt a ɔnotatōne sexus. vnde dñs vo catur ꝑsona dominās ⁊ seruus ꝑsona seruiens.

Querit Quot impedimēta ponit pħs circa hanc proprietatem que impediūt quominus relatiua dicant ad ɔuertētiā

Solutio ponit duo īpedimēta ⁊ vnicuiqʒ annectit vnū remediū

☞ Querit. Quod est ꝑmū impedimentū So° ꝑmū impedimētum est ꝙ aliquotiens relatiua nō dicunt ad ɔuertētiam ꝓpter hoc q̃ incon uenienter assignatur vnū relatm̄ alteri ꝓpter defectum impositiōis nois. Exempli gratia si assignet ꝙ auis sit correlatiuum ale non potest fieri cō uertētia dđo ala auis ala ⁊ auis ale auis. q̃ ala nō refert ad auē inq̃ʒtū est auis sʒ inq̃ʒtū ē alata q̃ multa sunt aīalia q̄ habēt alas ⁊ tñ nō sunt aues sicut pʒ de apib9 muscis ⁊ vespis. Et ergo si ɔueniēter assignetur debet assignari ꝑ correlatiuo ale. Et tunc ala dicit ad ɔuertentiam. vt ala alati alatū ala ⁊ alatum ala alatum.

Querit Quod est remediū ɔtra illud impedimētum. So° dicit pħs ꝙ qñ relatiuū nō bene assignat ad correlatm̄ ꝓpter defectum impositōnis nois q̃ scʒ correlatiuo nō est nomē impositū tunc ad habēdum ɔuenientē assignatōem debemus fingere noīa ip̄is cor relatiuis. Et de hoc ponit pħs duo exempla. Primū est de remo. q̃ re mus est vnū relatiuum cuius correlatiuo non est debitum nomē īpositū q̃ si referatur ad nauē non est ɔueniens assignatio dicendo remus nauis remus. q̃ remus non dicitur nauis ꝓm ꝙ nauis est q̃ multe sunt naues que non vtuntur remis sed vento ⁊ malo reguntur. Et ergo si volumus ɔuenientē assignatōem facere debemus correlatiuo suo nomē imponere et dicere remus rei remite remus. Et tunc remus dicitur cū eo ad ɔuer tentiā vt remus rei remite remus et res remita remo remita. Aliud exē plum de illo relatiuo caput. Nam relatiuo suo etiam non est nomen īpo situm q̃ si dicatur ꝙ aīal sit eius correlatiuum est incōueniens assignatio q̃ caput non ɔuertit cum aīali eo ꝙ sint multa aīalia capita nō habentia; sicut sunt conche ⁊ ostrea. Et ergo si fingamus suo correlatiuo nomē ⁊ di camus capitatum tunc erit ɔueniens assignatio q̃ tunc fiet cōuertentia dđo caput capitati caput ⁊ capitatū capite capitatum ¶ Sed quereret forte aliquis quis est modus fringendi hmōi noīa correlatiuorū. Ad hoc respondet pħs ꝙ debent formari a noīb9 relatiuorū ꝓm quādam deriua tionem ⁊ denoīatione sicut patet in his q̄ dicta sunt q̃ ab ala formatum est alatum ⁊ a remus remitum

☞ Querit. Quod est scđm impedimentū qđ īpedit cōuertentiam.

Solutio secūdū impedimētum est q̄ si correlatiuis sint noīa imposita
sꝫ ipa relatiua nō referunt̄ ad ipa sed ad aliqđ aliud quod est accn̄s vl' ex
traneū ad ea tunc impeditur ꝯuertentia. Et hoc probat phs p locum a
maiori in relatiuis ƀm esse que indubitanter sunt relatiua ꝛ quibꝫ sunt no
mina imposita qꝛ illa nō ꝯuertuntur nisi assignentur ad ea ad que sunt p
seipa referenda Sicut exempli gratia si seruus non referatur ad dominū
qđ est suum ꝓprium correlatiuum sed ad hominē esse non est debita assi-
gnatio qꝛ seruus proprie non est hominis seruus in eo q̄ homo cū multi
sint hoīes seruos nō habētes. silr̄ si referat̄ ad bipedē non est cōueniens
assignatio neqꝫ fiet ꝯuertentia.

Queritur Quod est remediū ꝯtra istud impedimentū
So° remediū est istud q̄ si circūscriptis oībꝫ
que accidūt correlatiuo et ipo solo relicto adhuc referatur relatm̄ ad tale
correlatiuū tunc est facta ꝯueniēs assignatio. Si nō tunc non est assigna-
tio ꝯueniens nec dicetur ad ꝯuertentiam. Exemplum de ꝯuenienti assi-
gnatōne est. vt si dn̄s assignet̄ esse correlatm̄ serui est ꝯueniens assignatio
qꝛ circūscriptis oībꝫ q̄ accidūt dño puta q̄ sit homo q̄ sit bipes vel ani-
mal ꝛcīj s. et relicto illo solo q̄ sit dn̄s adhuc seruus refertur ad ipm sp ei
seruus est dn̄i seruus et ecōtra dn̄s serui dn̄s De incōueniēti assignatōe
est exemplū. vt si seruus assignet̄ hoīs tanq̄ correlatiui ꝛ ala auis est incō
ueniens assignatio. qꝛ si circūscribatur ab hoīe esse dn̄m ꝛ ab aue eē alatū
tam seruus non dicet̄ ad hoīem nec ala ad auem. qꝛ si non est dn̄s nō erit
seruus. ꝛ si non est alatū nō erit ala. Patet ergo ex oībꝫ his q̄ si ꝯuenien-
ter assignetur relatm̄ ad suū correlatiuum propriū est oībus relatiuis di-
ci ad ꝯuertentiā vt dixit ꝓprietas.

¶Secunda proprietas.

Queritur Que est secūda proprietas relatiuorū. So° secunda
ꝓprietas est q̄ relatiua sunt simul natura Et hoc ꝓbat
phs exēplariter qꝛ duplū et dimidiū sunt simul natura. qꝛ si duplū est di-
midiū est ꝛ ecōtra Et silr̄ seruus ꝛ dn̄s sunt sil' natura qꝛ cū seruus ē dn̄s
est ꝛ similiter est in alijs.

Queritur Quō debet exponi ista ꝓprietas. So° pt̄ exponi du-
pliciter. vno mō sic ƀm Boetiū. Relatiua sunt sil' natu-
ra. i. sunt sil' naturali intelligentia qꝛ vnū non cognoscitur sine alio nec de-
terminate nec indeterminate. Alio modo pt̄ sic exponi ƀm beatū Augu-
stinū Relatiua sunt sil' natura. i. ortu ꝛ occasu. qꝛ posito vno ponit̄ reliquū
et corrupto vno etiā corrūpit̄ reliquū vt patebit in correlario.

Arguitur Pater et filius sunt relatiua et tn̄ non sunt sil' natura
ergo ista ꝓprietas est falsa. Scđa pars añtis ptꝫ qꝛ est
prior filio etiam stat patrē esse nō exn̄te filio. Solutio q̄ pater ꝛ filius
accipiunt̄ dupl'r. vno modo materialiter p illo qui est pater vel qui est fi
lius. ꝛ sic pater est bn̄ prior filio ꝛ pōt pater manere destructo filio Alio°
accipiuntur formaliter quo ad formale esse relationis paternitatis ꝛ filia

tionis. ⁊ hoc modo pater non est prior filio nec pot est esse sine filio sꝫ sunt
simul natura. Et sic etiam dicendum est de causa ⁊ causato de priori et
posteriori et similibus.

Queritur Quod est illud correlariū qd̄ infert phs ex ista p̄ma ꝓ
prietate Solutio ꝙ relatiua posita se ponūt ⁊ ꝑemp
ta se perimūt Et ꝓbat hoc exēplariter q₂ qn̄ duplū est necesse est dimidiū
esse. Et qn̄ duplū nō est necesse est dimidiū nō esse. Et ecōtra Si non sit
dimidiū necē est duplum nō esse Et silr̄ est in omnib₉ alijs que sunt ꝑm
veritatem relatiua.

Ar Opposita nō ponūt se sꝫ relatiua sunt opposita. ergo relatiua nō
ponūt se Maior ptꝫ q₂ opposita magis excludūt se So° ꝙ liꝫ
cet relatiua respectu eiusdē subiecti sint opposita ⁊ excludāt se tn̄ respectu
diuersorū subiectorū necāario ponūt se q₂ vnū nō potest esse in aliquo sub
iecto nisi etiam aliud sit in aliquo alio subiecto. sicut nō p̄t paternitas esse
in petro nisi filiatio sit in aliquo alio scꝫ henrico vel ioanne.

Queritur Quot instātias format phs in textu cōtra scd̄am pro
prietatē Solutio ꝙ duas. Prima est de scia ⁊ scibili.
Nā scia ⁊ scibile sunt relatiua ⁊ tn̄ nō videnꝛ esse silr̄ natura. ergo nō ꝯue
nit oib₉ relatiuis ꝙ sint silr̄ natura Scd̄a ps añtis ꝓbaꝛ. q₂ scibile videtur
esse ꝑus scia. Et hoc ꝓbat phs duab₉ rōib₉. Quarū p̄ma est ista q₂ nos
vt in plurib₉ nō accipim⁹ nec acq̄rimus scias de rebus scibilib₉ nisi reb₉
illis ꝑus in natura exn̄tib₉ vnde in paucis reb₉ vel nullis reꝑimus sciam
esse simul cū scibili ergo sequitur ꝙ scibile sit ꝑus scia. Scd̄a ratio est illd̄
est prius alio a quo nō ꝯuertiꝛ subsistendi ꝯn̄a sꝫ a scibili ad sciam nō con
uertiꝛ subsistendi ꝯn̄a. ergo scibile est ꝑus scia. Minor ꝓbaꝛ q₂ bn̄ seq̄tur
si scia est scibile est. sꝫ nō ecōtra scibile est ergo scia est. q₂ multa sunt scibi
lia quorū scie nō sunt inuente. sicut ptꝫ de quadratura circuli. Hoc enim
est vnū scibile sꝫ scia eius nōdū est inuenta Et hoc ꝯfirmat phs ꝑ locum
a minori sic arguendo. minus videtur ꝙ aīali sublato auferaꝛ scia q̄ꝫ ꝙ sci
bili ablato auferaꝛ scia sꝫ oī aīali sublato non potest esse scia. ergo a forti
ori scibili sublato nō poterit esse scia sꝫ nō ecōtra. nā posito ꝙ nullū sit aīal
tunc nulla erit scia ⁊ tn̄ multa possunt adhuc esse scibilia.

Queritur Que est secūda instantia. Solutio scd̄a instā
tia est de sensu et sensibili. Sensus em̄ ⁊ sensibile
sunt relatiua. ⁊ tn̄ nō videtur esse simul natura. ergo nō oīa relatiua sunt
simul natura Scd̄a ps añtis ꝓbaꝛ. q₂ sensibile videtur esse ꝑus sensu Et
hoc probat phs trib₉ rationib₉. Prima est. q₂ sensibili destructo oportet
sensum destrui sed econtra sensu destructo non oportet sensibile destrui.
Prima ps añtis patet q₂ sensibili destructo destruitur corpus eo ꝙ om
ne corpus est sensibile sꝫ destructo corꝑe destruitur sensus eo ꝙ sensus est
in corꝑe. g̃ de p̄mo ad vltimū destructo sensibili oportet sensum destrui. sꝫ
non econtra. quia nullo sensu existente ꝑm actum facto multa adhuc pos
sunt esse sensibilia. ¶ Secunda ratio est minus videtur ꝙ animali
ꝑempto ꝑimatur sensus q̄ꝫ ꝙ sensibili ꝑempto sensus perimatur sed aīali

mali ꝑempto omnes sensus ꝑimūtur ergo sensibili ꝑempto necesse ē etiā sensuꝫ ꝑimi sed non econtra qꝛ omni sensu ꝑempto adhuc multa possunt esse sensibilia scꝫ corꝑa calida dulcia amara ⁊c.

Tertia rō est. Sensibile semꝑ fit simul cū sensu qꝛ aīal fit sꝑ simul cū sen‐su sed econtra sensus nō fit semꝑ simul cuꝫ sensibili qꝛ ignis aqua et alia elementa ex quibꝫ fit aīal sunt sensibilia ⁊ sunt anteq̄ꝫ est aīal. g̃ sensibile ē ante sensum ⁊ ꝑ ꝯñs sensus ⁊ sensibile non sunt simul natura.

Queritur Q̄uo soluit ph̄s istas instātias. Solutio ph̄s eas non soluit. Et ratio illius est ꝯm aliq̄s qꝛ iste instantie concludūt verū nec sunt relatiua ꝯm esse de quibꝫ formātur ille instantie sꝫ solū ꝯm dici ⁊ ergo nō oportet ꝙ illa ꝓprietas eis cōueniat Sꝫ dñs Albertus in ꝯmento dicit ista ꝓprietas ꝯuenit oībꝫ relatiuis taꝫ ꝯm esse q̄ꝫ ꝯm dici ꝯm ꝙ sunt relatiua q̄uis non ꝯueniat eis ꝯm qđ simplicit̃ sunt. Et ergo dicit ꝙ scientia ⁊ scibile sensus ⁊ sensibile possunt dupl'r cō siderari. vno modo materialiter ⁊ sic scibile precedit sciētiā ⁊ sensibile sen sum sicut bene ꝓbant instantie. Alio modo possunt cōsiderari formalit̃ ꝯm ꝙ scibile stat sub forma scientie ⁊ sensibile sub forma sensus ⁊ sic sunt simul natura ⁊ vnū non est ṗus alio. Et ergo dñs Albertus dicit ꝙ na‐tura supponit formā relatōnis vt sensus sit relatiua dicuntur simul natu‐ra.i.dicūtur sit̃ ꝯm formā siue ꝯm naturam relationis.

Querit̃ Que est questio siue dubitatio quā mouet ph̄s in tex‐tu Sol'o dubitatio est de substantijs An scꝫ aliqua substātia dicatur adaliquid.

☞ Querit̃. Q̄uo ꝓcedit ph̄s circa illam dubitatōenm Sol'o primo arguit ad ꝑtem negatiuam ꝯclusionis ꝓbādo ꝙ nulla substātia sit ad‐a'liq̄d. secūdo arguit ad ꝑtem affirmatiuam ꝓbādo ꝙ aliqua substātia sit ad aliquid. Et tertio soluit

Querit̃ Q̄uo arguit ad ꝑtem negatiuam ꝙ nulla substātia sit adaliquid. Solutio dupliciter primo de primis sub‐stantijs. secundo de secūdis. De primis sic arguit Q̄uia omnis ṗma sub stantia vel est totalis vel ꝑtialis sed nulla earum est adaliq̄d. ergo nulla ṗma substantia est ad aliquid. Minor ꝓbatur inductiue primo de tota libus qꝛ aliq̄s homo non dicitur alicuius aliq̄s homo nec aliquis bos dꝛ alicuius aliquis bos ⁊c̄ijs. scđo de ꝑtialibꝫ qꝛ quedā manus nō dꝛ alicuiꝰ quedā manus sꝫ dicitur alicuiꝰ manus nec q̄đdā caput dicit̃ alicuiꝰ q̄đ‐dam caput sed alicuius caput De secūdis substantijs arguit sic indu ctiue. qꝛ homo non dicitur alicuius homo nec bos dicit̃ alicuius bos nec lignū dꝛ alicuius lignum sed bene dicit̃ alicuius possessio. ⁊c̄ijs ergo sequi tur ꝙ secūde substantie non dicunt̃ adaliq̄d.

Querit̃ Q̄uo arguit ph̄s ad ꝑtem affirmatiuam ꝙ aliqua sub stantia sit adaliq̄d Soº arguit sic caput dicitur ali‐cuius caput ⁊ manꝰ dꝛ alicuius manus ⁊c̄ijs. ꝑtibꝫ substātie. ergo quedā substantie sunt adaliquid

☞ Querit̃ Q̄uo iam soluit ph̄s istam dubitatōnem Soº dicit ꝙ

si definitio adaliqd ꝑus data dicat̃ esse sufficiēter assignata ꝙ ꝯuertibilis
sit cū his q̃ sunt adaliqd tunc difficile est aut īpossibile soluere qm̄ ſm illaꝫ
definitōem aliqua substātia dicat̃ adaliqd. Si aūt nō est sufficienter siue
ꝯuertibiliter assignata ſ3 sit corrigenda tūc fortasse aliqd ꝯtra ista dicetur
sc3 ꝙ ille scđe substātie ꝑtiales vt sunt man⁹ caput ꝛ sic de alijs ꝑncipalr̃
sunt substantie ꝛ nō sunt adaliqd nisi ſm quēdam modum qui est in dic
tione vel in dicendo inquantū ꝑncipali ſcatōni talium annectit̃ quidā re
spectus ſm quem dicuntur habere modum quēdam adaliqd. Et ergo.
q2 definitio adaliqd q̃ est supius assignata a platone nō est ꝯueniēs. ideo
phs hic assignat definitōem ꝓpriam dicens.

Secunda definitio

Adaliqd sunt qb9 hoc ipm esse est ad aliud qdāmō se habere

Queritur Quō differt ista definitio a ꝑma. Solo phi ꝙ
sic differt. q2 ꝑma definitio seqtur oīa relatiua si
ue ſm veritatem sint adaliqd siue solum ſm modum. Sed ista solū ꝯue
nit his q̃ sunt ſm veritatē relatiua q̃ ſm totum suum esse dicunt̃ esse alio
rum. Nam hoc nō ꝯuenit oībus relatiuis. q2 quedam cum ꝑncipali suo
ſcato quod est absolutum ꝯnotant solum quendā modum relatiuoꝝ et
nō ſm veritatem sunt relatiua. Et hoc plato visus est ignorare. Et hec ē
vera solutio difficultatis ꝑus mote ſ3 albertus.

Queritur Quod est correlariū quod infert phs ex ista definitōe
Solutio Q2 si qs definite nouerit vnū relatiuoruꝫ
definite sciturus est ꝛ reliquum. Et ponit̃ istud correlariū ꝓ tertis ꝓprie
tate relatiuoꝝ. Et ꝓbat ipm phus duplr̃. Primo ratōne. q2 esse relatiui ē
quodāmō ad aliud se habere. ideo si qs definite id ē ꝑ definitōeꝫ nouerit
vnum relatiuoꝝ opꝫ ꝙ definite noscat ꝛ reliquū. q2 si nō tunc etiā non no
uit ipm relatiuū. opꝫ em̄ in definitōne vnius aliud poni Scđo ꝓbat indu
ctione. vt si qs definite noscat duplum. seqtur ꝙ mox nouerit cuius est du
plum. q2 si nō nouit cuius est duplum seqtur ꝙ etiam nō nouit ꝙ istud est
duplū qđ duplū esse dicebat ꝛ sic de alijs. silr̃ est in alijs g̃ ē correlariū verꝫ.

Ar Si vnum relatiuoꝝ defineret̃ ꝑ aliud tunc ꝯmitteret̃ circulus in
definitōnib9. sed ille est ꝓhibitus ꝑmo posterioꝝ. Solutio cir
culus est ꝓhibitus in absolutis. sed nō in respectiuis seu relatiuis. Et rō
illius est. q2 vnūquodqꝫ hꝫ definiri sicut hꝫ esse. sed vnū relatiuoꝝ hꝫ eē ad
aliud vt patuit. ergo etiā hꝫ definiri ꝑ aliud vel veri⁹ loquēdo ad aliud.

Ar Unum oppositoꝝ nō definit aliud. sed relatiua sunt opposita. g̃
Solutio ꝙ relatiua ꝯsiderant̃ tripl'r. vno modo inqꝫtū ꝯpan
tur ad idem subiectū. ꝛ sic sunt opposita ꝛ vnum nō definit aliud. Scđo
modo inquantū ꝯueniūt in forma mutue correlatōis. ꝛ sic sunt sil' natura
et vnum etiā nō ꝑt aliud definire. eo ꝙ definiens dꝫ ſm naturam esse ꝑus
definito. Tertio mō pñt ꝯsiderari inquantum respiciūt se vt ꝑncipium ꝛ
termin⁹. ꝛ hoc mō vnū definit aliud. sic relatiuū qđ hꝫ se in rōe ꝑncipij de
ꝑēdēts definit̃ ꝑ correlariū qđ hꝫ se ī rōe termini illā depēdētiā terminātꝫ.

Queritur Quid facit phus in fine istius capituli. Solutio phs ex isto correlario iam posito declarat solutõnem dubitatõnis superius mote. Et dicit q manus caput et sic de alijs non sunt adaliquid fm veritatem. Et ratio illius est. qr manus caput et alie ptes secundaꝝ substantiaꝝ pñt definite cognosci fm id qđ sunt ignorato illo cuius sunt sicut pt definite sciri qđ sit caput ignorato illo cuius est caput. Excusat tamẽ se phus de altiori determinatõe de istis. Dicens q fortasse difficile est de hmõi rebꝫ ꝯsidẽter determinare q̃ scz sint relatiua fm dici tm̃ et q̃ fm esse et veritatez nisi ista sint sepius ptractata vt distinguantur ea q̃ dicunt adaliqđ ex ꝯnotato ab his que dicunt adaliqđ fm totum esse et q̇dditatẽ nihilominus de singulis dubitare, supple subtiliter, et cum rõe nõ erit inutile. qr sic inuenit veritas eoꝝ q̃ dicuntur adaliquid solum et eoꝝ que sunt fm veritatem adaliquid.

Quintum capitulum De qualitate

Qualitatez vero dico fm quam quidem quales esse etc.

In hoc q̇nto capitulo determinat phs de p̄dicamẽto qualitatis. Et diuidit in duas ptes. In quaꝝ pma determinat de qualitate q̄tũ ad eius essentialia. In scđa q̄tũ ad eius accidẽtalia. Prima subdiuidit in duas in quaꝝ pma determinat de qualitate in abstracto. in scđa de q̄litate in concreto. Prima iteꝝ in duas qr pmo determinat de qualitate definitiue. in secunda de ea diuisiue.

Querit Quare qualitas p̄cedit actõnem et passionẽ. Solo qr causa p̄cedit effectum. sz qualitas est cã actõis et passionis. ergo qualitas etiã p̄cedit actõem et passionẽ. Minor pbat. qr actio causat a naturali potẽtia et passio a naturali impotẽtia.

Querit Utrꝫ qualitas sit p̄dicamentũ ab alijs distinctũ. Solutio q sic. Qꝫ em̃ sit p̄dicamentũ pꝫ. qr est genus generalissimũ habens sub se spẽs subalternas spẽs specialissimas et indiuidua. Spẽs em̃ subalterne qualitatis sunt quattuor vt stati patebit spẽs specialissime sunt grammatica logica albedo nigredo etc. Et indiuidua sunt. grammatica ioannis. logica sortis. albedo petri et sic de alijs. Et q sit distinctum p̄dicamentum patꝫ. qr habꝫ distinctum modum p̄dicandi de pma substantia qui est p̄dicari in quale.

Definitio qualitatis.

Queritur Quõ definit qualitas ab arestotele. Solutõ sic definit. Qꝫ qualitas est fm quam quales esse dicimur. Et debet illa definitio sic exponi (Qualitas ẽ) supple forma accidentalis (fm quã) supple accidentalem formam (nos) supple hoies (dicimur) id est quocunqꝫ modo denominamur vel simpliciter vel fm quid. (quales) Exemplum petri hyspani est. vt fm albedinẽ dicimur albi et fm colorem colorati.

Ar̃ Hic definiꝶ idē ꝑ seip̄m. ergo definitio nō est bona. Añs ꝓbaꝶ
qꝛ dꝛ qualitas est ƀm quā. quā eīn est relatiuū substātie idētitas
Solo ꝙ quā nō refert hic añs expres
eis. ꝛ ꝰ refert eandē rē cū suo añte.
sum qd est qualitatis sed añs subintellectuz qd est forma accñtalis. sicut
patuit ex expositōne definitōnis.

Ar̃ Ista definitio ꝯuenit forme substātiali. ergo nō est bona. Añs
pz qꝛ ƀm formā substantialē dicimur quales. vt ƀm rōnale di
Solo forma substātialis excludiꝶ ꝑ hoc qd subintellē
cimur ratōnales.
Etiā ƀm formā substātialē
gitur hic loco generis qd est forma accñtalis.
nō dicimur quales sed essentialiter sumus, quales dicente por. Sumus
eīn nos ratōnales ꝛ dij ꝛc.

Ar̃ Passiones de tertia spē sunt qualitates ꝛ tñ ƀm eas nō dicimur
quales. ergo definitio mala. scda ꝑs añtis pz. qꝛ rubedo causata
So
a verecundia est passio de tertia spē ꝛ nō denominat suū subiectū.
lutio ꝙ ƀm passiones etiā dicimur quales ƀm ꝙ dicimur accipiꝶ in ꝯposi
to qꝛ in ꝯposito dicimur. valet tñ sicut quocunqꝫ mō denominamur sim
pliciter vel ƀm qd. vñ eo mō qualitas aliqua denominat suum subiectum
quo modo inest sibi. Si inest ꝑfecte. ꝑfecte denominat si imperfecte deno
minat ipsum imperfecte.

Ar̃ Nos dicimur quales ƀm oīa nouem genera accidētiuz. ꝰ non
tantū ƀm qualitatē ꝛ ꝑ ꝯñs qualitas male definiꝶ ꝑ hoc ꝙ qua
litas est ƀm quā quales esse dicimur. Añs ꝓbaꝶ. qꝛ oē accñs p̄dicaꝶ in
quale. Solo ꝙ dupl'r dicimur quales. vno° simpl'r ꝛ sine addito ꝛ sic so
lum dicimur quales ƀm qualitatē. Alio mō cū addito alicuius alterius
modi p̄dicandi ꝛ sic dicimur bñ quales ƀm alia genera accidentiū. vnde
ƀm qͣtitatē dicimur quales quanti vel quoti ƀm adaliqd dicimur qua
les ad aliud nos habentes ꝛ sic de alijs.

Ar̃ Sunt multe qualitates ƀm quas nos nō dicimur quales. ergo
definitio nō est bona. Añs ꝓbaꝶ qꝛ ƀm albedinē parietis nos nō
dicimur albi nec ƀm hinnibilitatē nos dicimur hinnibiles. Ad hoc est di
cendū ƀm aliquos ꝙ nos nō demōstrat ibi hoīes sꝫ p̄mas substātias ꝛ sic
cessat argumētū. Sꝫ dñs albertus dꝛ ꝙ nos demōstrat ibi hoīes ꝛ ꝑ hoc
tñ nō excludunꝶ alie substātie sꝫ magis includunꝶ. qꝛ hō est magꝭ p̄ncipa
le subiectū qualitatꝭ in hoc ꝙ ē pluriū qualitatū susceptiu⁹ qͣ qcunqꝫ alia
substātia suscipit eīn qualitatꝭ spūales ꝛ corꝑales cū sit nexus dei ꝛ mūdi
et ꝑticipium omnis creature.

De speciebus qualitatis.

Queritur An qualitas posset diuidi in spēs Solutio ꝙ
sic. Quia est genus generalissimū decuius ratiōe
est vt diuidaꝶ oppositis differētijs in plures spēs de quibus possit esse ꝯs

cialiter ⁊ quid predicari.

Ar̄ Nullum multiplex hꝫ spēs sed qualitas est multiplex. ergo non hꝫ spēs ⁊ ꝑ ꝯn̄s nō p̄t diuidi in spēs. Minor ꝓbat̄ ꝑ phm in textu dicentē ꝙ qualitas est de numero eoꝝ q̄ multipliciter dicunt̄ Solutio aliq̄d dici multipl'r p̄t intelligi dupl'r. vno modo sicut equocū vel analogum. ⁊ hoc modo qualitas nō dr̄ multipl'r sicut bn̄ ꝓbat argumentum. Alio modo sicut vniuocum ⁊ genus qd̄ ꝑ diuersas drās diuiditur in ea q̄ sunt sub ip̄o ⁊ sic qualitas dr̄ multipliciter. Sed tunc nō seq̄tur ꝙ ergo non habeat spēs.

Querit̄ Quot sunt spēs qualitatis. Sol'o ꝙ quattuor Quarum p̄ma est habitus ⁊ disp̄ō. Scd̄a naturalis potentia vel impotētia. Tertia passio ⁊ passibilis qualitas. Et quarta forma ⁊ circa hoc aliq̄d ꝯstans figura Et rō illius diuisionis est. q2 om̄is modus inherendi ip̄ius qualitat̄. aut tenet se ex ꝑte forme aut ex ꝑte materie Si p̄mum hoc est dupl'r. q2 vel assimilatur forme ſm ꝙ est habitus materie ⁊ sic est p̄ma spēs vel ſm ꝙ est motor materie ⁊ sic est scd̄a spēs. Si scd̄m hoc est dupl'r. q2 vel tenet se ex ꝑte materie sensibilis. vt sensibilis est ⁊ sic ē tertia spēs vel vt sola q̄titate determinata est ⁊ est sic quarta spēs.

Ar̄ Vnū genus nō dꝫ diuidi nisi in duas spēs sꝫ qualitas est vnū genus. g̊ nō dꝫ diuidi nisi in duas spēs ⁊ ꝑ ꝯn̄s male ponuntur hic quattuor. Solutio ꝙ duplex est diuisio generis. vna est ꝑ drās oppositas essential'r ꝯstituētes spēs ⁊ talis diuisio nō dꝫ esse nisi in duas species Alia est ꝑ diuersas modos q̄bꝫ afficit̄ sub̄a. Et q2 tales modi sunt q̄nq3 multi. g̊ nō opꝫ talem diuisionē generis esse solū in duas spēs. Et sic ē in ꝓposito. q2 qn̄ dr̄ hic ꝙ qualitas diuidit̄ in quattuor spēs dꝫ spēs accipi cōmuniter ꝑ modo. vt sit sensus sunt quattuor spēs. id ē quattuor modi generales q̄bus omnes qualitates afficiunt substantiā. Verum tamen est ꝙ ista diuisio reducitur ad eam que est generis in spēs ⁊ hꝫ modū eius

Prima spēs qualitatis.

Queritur Que est prima species qualitatis. Solutio habitus ⁊ dispositio.

☞ Arguit̄ Habitus est vnū speciale p̄dicamentū. g̊ nō est spēs qualitatis Sol'o ꝙ habitus accipit̄ multipl'r. vno° vt ſcat aliqd̄ trāscendēs ſm ꝙ ab eo dr̄ habere denoīatiue ⁊ sic est postp̄dicamētū. Scd̄o° vt ſcat habitudinē mediā inter habentē ⁊ rem habitā ⁊ sic est distinctum p̄dicamentū. Tertio mō accipit̄. vt idē est qd̄ forma positiua ⁊ sic accipit̄ vt opponit̄ p̄uatōi. Quarto mō accipit̄ vt ſcat qualitatē firmiter radicatam in subiecto ⁊ illo vltimo mō solū accipit̄ hic in ꝓposito

Queritur Quō differunt habitus ⁊ dispositio. Solutō sic differunt ſm phm. quia habitus est permanētior ⁊ diuturnior in subiecto q̄3 dispositio. Et ꝙ hoc verum sit. probat

phs exemplariter p̄mo de habitu scđo de dispōne. De habitu ꝓbat sic
q̄ꝛ scie ⁊ ꝟtutes sunt habitus ⁊ difficulter mouent̄ a subiecto. de scientijs
ptꝫ qꝛ si q̄s sumat sciam mediocriter.i.paulatim ⁊ moꝛose tunc non separ̄
faciliter ab eo nisi forte grandis fiat trāsmutatio vel ab egritudine vel ab
aliq̄ hmōi de ꝟtutibꝫ etiā ptꝫ hoc idē qꝛ iusticia castitas ⁊ silr̄ia nō vident̄
faciliter posse ꝑmutari. De dispōne vero ꝙ scꝫ sit faciliter trāsmutabilis
a subiecto ptꝫ qꝛ caloꝛ frigiditas egritudo ⁊ sanitas cito mouētur a subie
cto. qꝛ hō cito ꝑmutat̄ a caloꝛe i frigiditatē a sanitate in egritudinē ⁊ ecō
uerso. Et hoc est verū nisi ꝯtingat tales dispōes ꝓpter longitudinē tp̄is
trāsferri quasi in habitum naturalē sicut est aliq̄ egritudo insanabilis vl̄
difficulter mobilis. qꝛ tunc tales dispōnes debēt dici habitus. Ptꝫ ḡ ꝙ ꝑ
hoc differt habitus a dispōne. qꝛ dispō est de facili mobilis sꝫ habitus est
diuturnioꝛ ⁊ difficile mobilis a subiecto

Querit̃ Quō ꝯueniūt habitus et dispō So° phi ꝙ sic ꝯueni
unt. qꝛ habitus sunt etiā dispōnes. sꝫ dispōnes non est
necesse esse habitus Et ꝙ habit⁹ sint dispōnes sic pꝛobat. qꝛ q̄ habitū ha
bent quodāmodo dispositi sunt ad ea q̄ habēt vel melius vel peius Sꝫ
qui dispositi sunt nō oīno retinēt habitum Et istud tantū est dictu ꝙ oīs
habitus est dispō. sꝫ non ecōtra non em̄ oīs dispō est habitus.

Queritur Utrū habitus ⁊ dispō nominēt vnā q̄litatē seu
formā ẜm essentiā Solutio ꝙ sic Et rō illius
est qꝛ vna ⁊ eadeꝫ qualitas ẜm spēm p̄t dici habitus ⁊ dispō. Sicut vna
et eadē scia si est firmiter radicata in subiecto vocatur habitus ⁊ si nō fue
rit firmiter radicata tunc vocatur dispō. Et si tunc querat̄. Si habit⁹ et
dispō sunt vna q̄litas ẜm spēm quare tunc nō noīat̄ vno noīe. Solutio
ꝙ hoc est pꝛopterea qꝛ licet dicāt vnā spēm seu foꝛmā ẜm essentiā tn̄ dicūt
eam sub diuersis ⁊ oppositis modis quos talis foꝛma habet in subiecto
in quo est. et qꝛ opposita nō possunt ꝑ vnū nomē ẜcari necesse fuit istā spe
ciem pluribꝫ noībꝫ ẜcari. Et qꝛ sic habitus et dispō ꝑtinēt ad vnā foꝛmā
et differūt solum penes diuersos modos ideo ꝯiunguntur adinuicē per
ꝯiunctōnem copulatiuā quia illa est nota minoꝛis diuersitatis q̄ꝫ coniun
ctio disiunctiua.

Querit̃ Que sunt qualitates que ꝯtinent̄ sub hac spē. So°
sub ista p̄ma spē qualitatis ꝯtinētur oēs habitus siue
coꝛꝑales siue spūales. Pꝛo cuius intellectu est Notādū ꝙ habitus sunt
p̄mo duplices qꝛ q̄daꝫ sunt coꝛꝑales qui scꝫ fundant̄ in subiecto coꝛꝑali
vt sanitas foꝛtitudo abilitas mēbꝛoꝛū causata ex frequenti vsu mēbꝛoꝛꝫ
Quidam vero sunt spirituales q̄ scꝫ in aīa subiectant̄ vel in potentijs aīe
Et illi sunt triplices qꝛ quidam sunt infusi vt sunt fides spes charitas ⁊
similes ꝟtutes suꝑnaturales. quidam concreati sicut sunt species intelle
ctuales ⁊ rōnes ꝯcreate mētibꝫ angeloꝛū. q̄dā vero sunt acquisiti Et illi
sunt duplices. qꝛ q̄dā sunt intellectuales ⁊ q̄dā moꝛales intellectuales sꝫ
duplices scꝫ Speculatiui sicut sūt sapientia intellectus scientia ⁊ pꝛactici
sicut sunt ars et pꝛudentia Moꝛales sunt etiam duplices qꝛ q̄dā sunt

in appetitu intellectiuo vt iusticia quidam vero in appetitu sensitiuo et illi sunt iterum duplices q2 q̄dā sunt in appetitu ꝯcupiscibili vt tꝑantia liberalitas amicitia ⁊ hmōi alij sunt in appetitu irascibili. vt fortitudo magnanimitas ⁊cetera. Et oēs isti habitus ⁊ oppositi his siue ꝑm supabūdātiā siue ꝑm defectū ponūtur in ista ꝑma spē qualitatis de his tn̄ habitib9 et quō ex dispōne fit habitus vide latius in cōmētarijs.

¶ Secunda species.

Queritur Que est secūda spēs qualitatis. Solutio naturalis potentia vel impotētia. Et vocat eā phs Aliud gen9 qualitatis. Et ponit exempla vt cursor pugillator. sanatiuus ⁊ egrotatiuus Cursor eñ ⁊ pugillator dicunt̃ de ista spē nō ꝓpter hoc q2 cursores ⁊ pugillatores sic dispositi sunt ad currendū vel pugillandū. Sz q2 habēt naturalem potentiā hoc facile faciendi. Silr sanatiui dicunt̃ ꝓpter hoc ꝙ habēt naturalē potentiā vt nihil patiant̃ a quibuslibet accn̄tib9 egritudinem inferentib9 Sz egrotatiui dicunt̃ q2 habēt naturalē impotentiā vt facile patiant̃ ⁊ nō possunt resistere accn̄tib9 egritudinē inferentib9 Et simili mō se habēt etiā durū ⁊ molle. durū eñ dicit̃ qd̄ habet naturalem potētiam resistendi sectōi vel diuisioni. Et molle dicitur quod habet naturalem īpotentiam vt cito secat̃ vel diuidatur.

Queritur Quid est naturalis potentia vel naturalis īpotētia So° ꝑm dn̄m albertū sic definit̃. Naturalis potentia vel īpotentia est quedā qualitas in substātialib9 ꝑncipijs rei radicata q̄ totum substātiale esse ꝯstitutū ꝯsequit̃ ꝑm quā quales. i. potētes dicimur ad facile agendū ⁊ nō patiendū vel ecōtra ad facile patiēdū et non agendū ea que sunt ꝑm naturam vel nature ꝯseruatōem Et si q̄ratur quare talis qualitas vocat̃ naturalis potētia vel naturalis īpotētia. Solo naturalis potētia vocat̃. q2 orit̃ ex victoria forme supra materiaz que formā termīat ⁊ terminatā tenet ita ꝙ resistit ꝯtrarijs alteratiōībus Vocat̃ eñ naturalis q2 in naturalib9 ꝑncipijs radicata Et potētia q2 est vigor ⁊ valor īpius forme sup materiā ad agendū ea q̄ sunt ꝑm naturam sine īpedimēto. Et ꝑ oppositū naturalis īpotētia vocat̃ q2 orit̃ ex victoria materie supra formā quā īpedit ꝯtraria dispō rōne ꝑuatōis. ita ꝙ nō pt materiā termīare ꝓpter hoc ꝙ est vigor diminutus Et sic dr̄ naturalis impotentia nō quasi natura sit ꝑncipiū huius defectus. Sed q2 natura ꝯtrarijs dispōnib9 īpedit̃ ne ad talē vigorem possit ꝑuenire.

Queritur Utrū naturalis potentia vel impotētia dicāt vnā q̄litatē vel formā ꝑm spēm So° ꝙ nō. et rō illius est q2 opposita nō possunt dicere vnā formā ꝑm spēm. Sz naturalis potētia et impotētia opponūtur nō solū q̄tū ad modū eēndi in subiecto sicut supius dictum fuit de habitu ⁊ dispōne. Sz etiā q̄tuz ad formā q2 ꝑ nullā vnā et eandē formā pt aliqd̄ subiectū esse naturaliter potēs vel īpotens. ergo nō dicūt vnā q̄litatē vel formā ꝑm spēm. Et ergo phs h in textu non vocat naturalē potentiā vel īpotētiā spēm sz genus dicens aliud vero gen9 q̄lit.

tatis. qꝛ ꝯueniētia in genere est minor ꝙ̄ ꝯueniētia in spē eā em̄ q̄ ꝯueniūt
in genere ꝯueniūt in potētia tm̄. ſ; illa q̄ ꝯueniūt in spē ꝯueniūt in actu ꝛ
in forma. Et ergo qꝛ naturalis potētia ꝛ īpotētia nō ꝯueniūt in actu ꝛ for
ma specifica ſ; solū in potētia materie iō non dicūtur spēs ſ; genus Et il
la etiā est ratio quare ꝯiūgunť ꝑ ꝯiūctōem disiunctiuā. qꝛ ꝯiūctio disiun
ctiua est nota minoris ꝯuenientie ꝙ̄ est ꝯiunctio copulatiua.

Ar̄ Ex illo seq̄reť ꝙ nō essent quatuor spēs qualitatis tm̄ qđ est cō
tra ꝑus dicta. Seq̄la ptz qꝛ naturalis potētia vel impotētia nō
sunt vna spēs So° licet naturalis potentia vel impotentia nō sint vna
spēs tn̄ ponūtur loco vnius spēi nō spēalissime ſ; subalterne. Pro quo
Notandū ꝙ naturalis potentia vel īpotētia pn̄t dupliciter considerari.
vno mō ſm ꝙ ꝯueniūt in vno supiori genere qđ circūloquimur ꝑ hoc ag
gregatū naturalis potentia vel impotentia eo ꝙ tale genus sit nobis ig
notum ꝛ hoc modo ponūtur loco vnius spēi non specialissime sed subalter
ne vt dictum fuit. Alio modo possunt considerari ſm suas ꝓprias natu
ras ꝛ essentias. ꝛ sic sunt diuerse spēs essentialiter distincte. qꝛ vt dictum
fuit ꝑ nihil idem subiectū est naturaliter potens ꝛ impotens

Arguitur Nulla priuatio videtur esse spēs qualitatis. sed
naturalis īpotētia est q̄dā ꝑuatio naturalis po
tentie. ergo non est spēs q̄litatis Sol° licet naturalis īpotētia dicat ꝑua
tionē ſm nomē nō tn̄ ſm rem Et ratio est. qꝛ ꝑuatio quā dicit est funda
ta in ꝯtrario habitu et ergo ꝯ̄trum ad id qđ ē ē positiua qualitas

Querit̄ Que sunt ille qualitates q̄ ponūtur in ista spē. So°
in hac spē ponūtur oēs aptitudines vel inclinationes
q̄bus suba potest faciliter in suas opatōes vel a q̄bꝫ in suis opatōibꝫ īpe
ditur. sicut sunt ꝓprie passiones Et oēs potentie anime pmo aīe vegeta
tiue que sunt nutritiua agumētatiua ꝛ generatiua. Scđo potētie aīe sen
sitiue tam apphensiue ꝙ̄ appetitiue apphensiue duplices. ſc; exteriores q̄
sunt visus auditus gustus olfactus ꝛ tactus. Et interiores q̄ sunt sen
sus cōis imaginatiua estimatiua phātasia ꝛ memoria. Appetitiue sicut
sunt appetitus ꝯcupiscibilis ꝛ irascibilis. Tercio poṫe aīe intellectiue vt
sunt intellectus ꝛ volūtas. Et oēs etiā ꝟtutes actiue reꝝ que sunt citra
deū ꝛ oēs ꝟtutes occulte herbarū ꝛ lapidū ꝛ naturales inclinatōes quibꝫ
aliq̄ dicunť naturaliter iusti vel pudici ⁊c. qꝛ ſc; ad illa sunt naturaliter in
clinati. oīa illa ponunť in ista secūda spē qualitatis

¶ Tertia species

Queritur Que est tertia spēs qualitatis So° est passio
et passibilis q̄litas Ex^m ē vt dulcedo amaritudo
austeritas ꝛ oīa his ꝯgnata ꝛ sil'r calor ꝛ frigiditas ꝛ albedo ꝛ nigredo Solutio h'
Querit̄. Q̄uo ꝓbat phs ꝙ illa iā noīata sint q̄litates
probat ex definitōne qualitatis superius posita qꝛ q̄litas est ſm quā q̄les
esse dicimur ſ; subiecta q̄ suscipiūt hmōi q̄litates ſm ipas dicunť qualia
vt mel dicitur dulce eo ꝙ suscipit dulcedinem ꝛ corpus dicitur album co
ꝙ suscipit albedinē ⁊c̄ꝫ. ergo sunt qualitates

Queritur Quare dicunt passibiles q̄litates Solutio phi ꝙ nō
dicunt qualitates passibiles quasi subiecta sua que eas
suscipiūt aliq̄d patiant. Sꝫ q̄dā earū dicunt q̄litates passibiles qꝛ inferūt
sensibus q̄sdā passiones vt dulcedo infert quādā passionē gustui ⁊ caloꝛ
tactui. Alie vero sicut albedo nigredo ⁊ alij coloꝛes non dicuntur ꝓpter
hoc qualitates passibiles. qꝛ non agunt in sensum ſm esse materiale Sed
dicunt ꝓpter hoc passibiles qualitates qꝛ causant in nobis a quibusdam
passionib9 ꝑuijs naturaliter vel ab extrinseco ꝯtingentib9. Et h̄ ptꝫ expe
rimētaliter qꝛ rubedo causatur in facie ab illa passione ꝑuia in nobis que
est verecūdia q̄ cōtingit in nobis ab extrinseco. Et palloꝛ ex timoꝛe ⁊c̄tijs
Ex quo infert phs correlarie. ꝙ sicut coloꝛ q̄ causat ab aliqua passione
extrinseca ⁊ artificiali vocatur passibilis qualitas ita etiā ille coloꝛ q̄ cātur
ex aliqua passione naturali. Et ratio est qꝛ coloꝛ qui naturaliter inest eo⸗
dem modo fit ex passione ꝑuia naturali sicut alius ex passione extrinseca
et artificiali licet forte illa passio in his que fiūt naturalr̄ sit nobis occulta

Queritur Q̄uō differūt passiones ⁊ passibiles qualitates So°
sic differunt qꝛ qualitates q̄ causant in subiecto ab aliq̄
bus passionib9 siue naturalib9 siue ab extrinseco ꝯtingentib9 difficile mo
bilib9 ⁊ diu ꝑmanētib9 dicuntur passibiles qualitates ⁊ denoīant sua sub
iecta qualia. Sꝫ ille q̄ causant ab aliq̄b9 passionib9 cito trāseuntib9 dicunt
passiones. q̄litates ꝓo minime eo ꝙ ſm eas nos nō dicimur q̄les Et istā
ↄ̄clōm declarat. p. exēplarit̄ p̄mo in q̄litatib9 corꝑis. scd̄o in q̄litatib9 aīe
in q̄litatib9 corꝑis sic. qꝛ albedo nigredo vl̄ palloꝛ si cānt a naturali ꝯple
xione vel ab egritudine diuturna vel ab estu vel ab aliqua alia causa diu
ꝑmanēte dicuntur passibiles qualitates Sed rubedo vel palloꝛ ⁊ silēs q̄
litates que causant a passionib9 cito trāseuntib9 puta a verecūdia vel ti⸗
more dicuntur passiones eo ꝙ subiectum dr̄ aliq̄d passum. Sed non di⸗
cunt qualitates qꝛ ſm eas non denoīamur quales. Silr̄ ptꝫ in q̄litatib9
aīe qꝛ ira dementia ⁊ similes qualitates aīe si causentur in subiecto a na⸗
tura vel ab aliqua alia cā diu ꝑmanēte dicuntur passibiles qualitates et
denoīant simpliciter sua subiecta. Sed si causentur ab aliqua passione ci
to transeunte dicuntur passiones ⁊ non qualitates. vnde si aliquis forte
cōtristatus ab aliquo inferente iniuriā iracūdioꝛ solito factus sit ꝓpter h̄
nō dicitur iracūdus sed magis ſm iram aliquid passus.

Queritur Utrū passio ⁊ passibilis qualitas sint vna spēs
qualitatis. Solutio ꝙ sic Et rō illius est q̄a
noīant vnam ⁊ eandem naturā seu essentiā qualitatis ⁊ nō differunt nisi
penes ꝑfectū ⁊ īꝑfectū magis vel minus radicatū in subiecto q̄ nō variāt
spēm. vn̄ eadē qualitas nūero q̄ est passio. qꝛ inest īꝑfecte p̄t fieri passibilis
q̄litas si acq̄rat eē ꝑfectū et magꝭ radicatū in suo subiecto. Et ꝫ etiā. p.
ꝯiūgit ista duo noīa passio et passibilis q̄litas per ꝯiunctionē copulatiuā

Arguitur Passio est speciale predicamentum. ergo nō est spēs
qualitatis Solutio passio accipitur equoce. vt est
spēale p̄dicamētum. ⁊ vt est spēs qualitatis. Pro q̄ ē notandū ꝙ passio

accipitur multipliciter. vno modo pro morbo vel egritudine ꝛ sic febris di
cit passio. Alio modo pro conceptu intellectus ꝛ sic accipit̃ pmo perihere
meniarũ vbi dicit̃ Sunt ergo ea que sunt in voce earũ que sunt in anima
passionũ note. Tertio mõ accipit̃ put est effectus illationqꝫ actõnis ꝛ sic ac
cipit̃ vt est distinctum p̄dicamẽtum. Quarto modo accipit̃ p qualitate
causata ex passione cito trãseũte ꝛ sic ponit̃ tertia spẽs qualitatis

Arĝ Nulla qualitas est passibilis. ergo male ponitur spẽs qualitatis
Añs pbat̃ qꝛ solum subiectum est passibile. Soº aliqd dicitur
passibile dupliciter. vno mõ qꝛ ipm met patit̃. ꝛ sic qualitas nõ dicit̃ passi
bilis. Alio modo qꝛ infert sensui passionẽ vel qꝛ causat̃ ab aliqua passione
Et sic qualitates alique bñ dicunt̃ passibiles

Querit̃ Qñõ debet hoc verbũ phi intelligi quo dr̃ quare pas
siones hmõi dicunt̃ qualitates vero minime. Soº
nõ debet sic intelligi quasi passiones non sint qualitates ẽm eẽntiã Pꝫ qꝛ
nõ sunt qualitates ẽm denoiatõem eo ꝙ non sufficiunt denoiare sua sub
iecta qualia vt dictum fuit.

Queritur Que sunt qualitates que ponũtur in ista spẽ.
Soº in ista spẽ ponuntur omnes qualitates q̃
inferũt sensibꝫ passionẽ sicut sunt obiecta sensuũ exterioꝝ vt coloꝛ sonꝰ ꝛc
Silr̃ oẽs q̃litates q̃ ex aliq̃bus preuijs passionibꝫ causant̃. sicut sunt rube
do que causat̃ ex verecũdia palloꝛ ex ira. Silr̃ accñtia aie que vocant̃ pas
siones appetitus sensitiui. vt sunt amoꝛ desideriũ gaudiũ tristicia spes de
speratio. ꝛcijs. oia eñ ista ꝯtinent̃ sub ista specie

¶Quarta species

Querit̃ Que est quarta spẽs q̃litatis Soº est forma ꝛ circa
hoc aliq̃d ꝯstans figura. ꝛ vocat eã phs q̃rtũ genus q̃li
tatis. Exm̃ est vt rectitudo ꝛ curuitas triãgulũ q̃drãgulũ ꝛ his silia oia
ei ista sunt q̃litates qꝛ subiectũ ista recipiẽs dicit̃ quale.

☞ Querit̃. vtꝝ forma ꝛ figura ẽcẽt vnã ꝛ eãdẽ q̃litatez in spẽ Soº
ꝙ sic. qꝛ vna ꝛ eadẽ res est. s. terminatio lineaꝝ ꝛ supꝑficieꝝ in coꝛpe q̃ dicit̃
forma ꝛ q̃ dr̃ figura dr̃ñs solũ vt dr̃ albertus penes diuersam relatõem qꝛ
modus termiatõis lineaꝝ ꝛ supꝑficierũ in coꝛpe p̃t referri ad intra ad foꝛ
maꝫ substãlem q̃ est cã talis terminatõis lineaꝝ ꝛ supꝑficierũ in coꝛpe ꝛ sic dr̃
forma vl̃ p̃t referri ad extra ad q̃ñtitatez sic vel sic termiatã ꝛ sic dr̃ figura
Et h̃ significãdũ ꝙ scꝫ sint idẽ. p. ꝯiũgit illa duo p̱ ꝯiũctõem copulatiuã q̃
est nota maioꝛis idẽptitatis q̃ꝫ disiunctiua.

Dr̃ Quare tũc phs vocat istã spẽm q̃rtũ genus q̃litatꝫ. Soº ꝙ nõ
vocat eã ꝓpterea genus q̃si forma ꝛ figura nõ dicãt vnã ꝛ eandez
qualitatẽ ẽm spẽm sicut scd̃a spẽs supꝑius dcã fuit genus Sed vocat istã
spẽm genus qꝛ valde multa ꝯphendit. hoc est qꝛ valde multa sunt q̃ pos
nunt̃ in ista specie qualitatis.

☞ Arguit̃. Figura est q̃ñtitas ẽ nõ debet poni spẽs q̃litatꝫ. Añs pbat̃
qꝛ figura est q̃ termio vel termis claudit̃ sꝫ hoc ꝯuenit q̃ñtitati Solo ꝙ

figura accipitur dupl'r. vno modo materialiter p supficie clausa vl' termi-
nata lineis. ꝛ sic figura est bñ q̃titas Alio modo formaliter p ipa clausio-
ne vel terminatõne supficiei ꝛ sic est spẽs qualitatis.
☞ Cõtra. Terminus est eiusdẽ generis cũ eo cuius est terminus sꝫ fi-
gura est terminus q̃titatis. g̃ debet esse in eodem genere cũ q̃titate ꝛ per
ꝯñs non erit species q̃litatis. Soº ꝙ maior hꝫ veritatẽ de termio intrĩ-
seco nõ aũt de termino extrinseco qualis est figura.

Queritꝰ Que sunt ille q̃litates q̃ ponũtur in ista quarta spẽ.
Soº in ista spẽ ponunꝰ oẽs figure corpales ꝛ supficia-
les tã naturales sicut sunt figura bipedalis in hoĩe quadrupedalis in eq̃
ꝛc̃ijs que causanꝰ a formis naturalibꝫ corporũ in q̇bꝫ sunt q̃ꝫ artificiales si-
cut sunt oẽs res artificialiter facte. vt domꝰ statua tunica ꝛc̃ijs. Itẽ oẽs
qualitates q̃ fiũt circa q̃titatẽ ꝯtinuã vel discretã. De discreta. vt pari-
tas imparitas finitũ infinitũ q̃ fiũt circa nũerꝫ. De ꝯtinua. vt rectitudo
curuitas circa lineã. ꝯcauũ ꝯuexũ planũ circa supficiẽ. ꝛ spiricũ piramida-
le. triangulare quadrãgulare que fiũt circa corpus

Queritur Utrũ rarũ ꝛ densum asperũ et lene sint etiã q̃lita-
tes de ista spẽ Solutio phi in textu ꝙ nõ. qꝛ q̃ꝫ-
uis videanꝰ forsitã apud aliq̃s p̃care qualitates de ista spẽ tñ non p̃cãt, sed
aliena sunt a qualitatis diuisione ꝛ magis p̃cant positõem quãdã ꝛ ordi-
nem ptiũ. ꝛ ita sunt in p̃dicamẽto situs. Et ꝙ hoc verũ sit pbat phs idu-
ctiue ex definitõibꝫ eorꝫ. Quia densuꝫ ẽ cuius ptes sibijnuicẽ ppinq̃ sunt
Et ex opposito rarũ est cuius ptes distãt a seinuicẽ in toto. Lene dꝛ cuiꝰ
ptes in eq̃li iacẽt supficie ita ꝙ vna sup̃ aliam non emineat. Et p oppo-
situm asperum dicitur cuius vna pars supeminet alteri.

Arguitur Gilbertus por. dt. ꝙ rarũ densum asperũ ꝛ lene
non dicũt positõnes sꝫ q̃litates circa positionez.
ergo male dt hic phs ꝙ sint aliena a q̃litatis diuisione Solutio dñi gil-
berti ꝙ p̃dicta noĩa pñt dupl'r ꝯsiderari. vnoº quo ad p̃catõem suã p̃ma-
riam ꝛ p̃ncipalẽ ꝛ sic sunt positõnes ꝛ nõ q̃litates sicut hic dt Arestote.
Alioº q̃ ad p̃catõem suã secũdariã. ꝛ sic sunt qualitates q̃ faciũt ad diuer-
sam imutatõem tactus Et sic loquiꝰ de eis gilbertus por.

Queritꝰ Quid facit phs post assignatõem istaꝝ spẽꝝ. Soꝰ
excusat se de vlteriori determiatõe q̃litatis Dicẽs ꝙ lꝫ
fortasse alij modi qualitatis apparebũt qꝛ quale vel qualitas multipliciꝰ
dꝛ de quali subali ꝛ accñtali tamẽ isti modi q̇ maxime dicunꝰ modi quali-
tatis iam dicti sunt

¶ De quali in concreto.

Queritꝰ Q̃ũo definiunꝰ qualia a pho Solutio q̃lia dicunꝰ que
p̃m hec denoĩatiue dicunꝰ vel q̃ũolibet aliter ab his. vñ
in plꝫibꝫ ꝛ pene in oibꝫ q̃lia denoĩatiue dicunꝰ Et x̃eplũ est vt a cãdore can-
didus a grãmatica grãmaticus. ꝛ a iusticia iustus ꝛ sil'r in alijs
☞ Ar. Definitio quanti nõ poniꝰ in p̃dicamẽto q̃titatꝫ. g̃ definitio q̃

lis etiā nō debet h poni in pdicamēto q̄litatis. ꝯn̄a pbat̄ a silī Soͦ ꝙ
nō est silr̄e de q̄litate ꝛ q̄titate. Et rō diuersitatis est. qꝛ q̄titas nō habet
vnū denoīatiuū siue ꝯcretū sꝫ duo vt ꝑus patuit ꝛ iō suū ꝯcretū seu deno
minatm̄ nō potuit definiri sicut ꝯcretū q̄litatis Uel pt dici ꝙ modus de
noīandi nō ita ꝓprie ꝯuenit q̄titati sicut q̄litati. qꝛ q̄titas vt dr̄ Albert⁹
est ꝓpinquissima sub̄e. ꝛ ergo potius ꝯstituit subiectū ꝑm esse q̄ substare
potest motui q̄ denoīet ꝓprie loq̄ndo Sꝫ q̄litas ꝯtinet termīos mot⁹ ꝑm
quos fit denoīatio substātie et ergo q̄litas pt bene describi ꝑ denoīatōēꝫ
factam ab ipa ꝛ non q̄titas.

Querit̄ Quare hic definiūtur qualia in plurali nūero Soluͦ
ꝓpter pluralitatē ꝛ multitudinē ipoꝝ qualium
Querit̄. Q̄ūo debet exponi ista definitio qualiū Solutio sic Qua
lia sunt q̄ ꝑm hec. i. ꝑm qualitates seu q̄tuor spēs qualitatis supradictas
denoīatiue dicunt̄ supᵉ denoīatōne tali qua subiectꝫ simplr̄ denoīat̄ vel
q̄ūolibet alit̄ ab his. i. aliq̄ alio mō q̄ vere ꝛ simplr̄ denoīatiue

Ar̄ Qualitas fuit supius definita ꝑ quale ergo male definit̄ h qua-
le iterū ꝑ qualitatē. ꝯn̄a tenet qꝛ alias esset circulus ꝛ vnū ꝛ idē
esset notius ꝛ ignotius respectu eiusdem Soͦ ꝙ nō est circulus ī istis
definitōnibꝫ qꝛ qn̄ q̄litas definit̄ ꝑ quale definitio datur ꝑ prius ꝛ notius
Qr̄ Utrū quādo sit p̄ncipium. Solutio q̄ sic. q̄r oīe vestigiū alicuius extrinseci adiacētis est p̄ncipium. sed quando est vestigiuz formale ipius temporis extrinsece rem tempalem mensurātis. ergo quādo est p̄ncipium. Et nō solum est p̄ncipium sed etiam p̄dicamentuz. Qz sic ostēditur. q̄r est genus generalissimū quod habz sub se genera subalterna species specialissimas ꝛ indiuidua. Subalterna eīm sunt fuisse esse fore seu quādo p̄teriti p̄sentis ꝛ futuri. Spēs specialissime sunt. tunc fuisse nunc eē hodie esse. Et indiuidua sunt. sortem fuisse hunc fore Et quia illa coordinatio generū ꝛ specierū ad nullam aliā potest reduci. ergo quando etiam est distinctum p̄dicamentum.

Ar̄ Nullum sincathegorema est p̄ncipium vel p̄dicamentū. sed quādo est sincathegorema. ergo nō est p̄ncipium vel p̄dicamentum Minor p̄tz. q̄r est interrogatiuū. Solo q̄ quādo accipit̄ dupl̄r. vno adverbial̄r ꝛ hoc duobus modis. vno modo interrogatiue. vt dum queritur quando veniet rex. ꝛ sic est interrogatiuuz istius p̄dicamenti. Alio modo accipitur relatiue vt dum d̄r. rex veniet quādo sibi videbitur. Et illis duobus modis est sincathegorema ꝛ nō ponitur p̄ncipium vel p̄dicamentum. Sc̄do modo accipitur nominaliter. ꝛ sic est cathegorema. Et sic accipit̄ dupl̄r. vno modo ꝯcretiue ꝛ material̄r. ꝛ sic idē est q̄d esse in tp̄e Alio modo abstractiue ꝛ formal̄r ꝛ sic idem est q̄d quādalitas seu id q̄ aliq̄d dicitur esse in tempore. ꝛ sic p̄prie accipitur hic. vt ponitur p̄ncipiuz

et predicamentum.

Ar Omẽ ꝑncipium dꝫ p̄dicari de ꝑma substãtia sꝫ qñ nõ pt p̄di
cari de ꝑma substãtia. ergo nõ est ꝑncipium siue p̄dicamentũ.
Minor ꝓbatur qꝛ ista est mala p̄dicatio, sortes est quãdo. Solutio lꝫ
quãdo nõ possit p̄dicari de ꝑma substãtia in abstracto. tñ bñ in cõcreto
vt dicimus sortẽ esse vel fuisse vel fore in tꝑe.

Definitio quando.

Querit Quõ definit qñ a gilberto. Solutio qñ est qd ex
adiacẽtia tꝑis in re tꝑali derelinqtur. Et in illa defini
tione ponit hoc infinitũ seu indeterminatũ qd loco generis ꝛ addit ꝑ mo
dum dr̃ñe ꝓpriũ subiectũ ꝛ ꝓpria cã. Causa q̇dẽ ꝑ hoc qd dꝛ ex adiacẽtia
tꝑis. Et subiectũ cũ dꝛ in re tꝑali qd ꝯmuniter addit definitõni. lꝫ textus
gilberti expresse nõ habeat. Et dꝛ notãter ex adiacẽtia tꝑis. ꝛ non ex tꝑe
ad denotandũ illum modũ infectiuũ tꝑis quẽ hꝫ tempus in hoc qd ve-
stigiando rẽ tꝑalem derelinquit in ea suã infectõem ꝛ suũ vestigiũ. qd nos
vocamus quando. Et dꝛ etiã magis ex adiacẽtia tꝑis q̄ꝫ ex inherẽtia ad
innuendum ꝙ tempus non est inherens rei tempali sed extrinsecus adia-
cens tanq̄ꝫ mensura extrinseca.

Ar Illud qd derelinqtur ex tꝑe in re tꝑali est seniũ ꝛ alia q̄ ꝑtinẽt ad
corruptõem, ergo si ista definitio eẽt bona tunc oĩa illa essent qñ.
Solutio ꝙ seniũ nõ est qñ nec alia q̄ ꝑtinent ad corruptõem. Et ratõ
illius est. qꝛ illa nõ relinquunt immediate ex adiacẽtia tꝑis sꝫ solũ media-
te nec sunt adequatus ꝛ ꝓprius effectus tꝑis. qꝛ celo adiacet tempus ꝛ tñ
nõ senescit nec corrumpit. vñ ista sunt potius effectus qualitatũ physica-
rum actiuaꝝ ꝛ passiuarum in tempore sua inquieta pugna substantiã tem
poralem corrodentium.

Ar Quãdo reꝑit in ĩgenerabilibꝫ ꝛ ꝑpetuis ꝛ tñ illis nõ adiacet tꝑs
ergo male dꝛ ꝙ qñ est qd ex adiacẽtia tꝑis in re tꝑali derelinqui
tur. Prima ꝑs añtis pꝫ. dicimus de celo ꝙ qñ celum est terra est celum ꝛ
terra sunt qñ intelligẽtia ẽ Solutio ꝙ in ĩgenerabilibꝫ ꝛ ꝑpetuis ꝛ in ge
nerabilibꝫ ꝛ corruptibilibꝫ reꝑitur qñ equoce. qꝛ aliud est qñ eternitatꝫ ali
ud euiternitatis. ꝛ aliud tꝑis ꝓprie dicti. veꝝ tñ est ꝙ ƀm modum logicũ
ꝑt ab oĩbꝫ istis trahi vnus ꝯmunis generalis ꝯceptus. Et sic solet cõ-
muniter dici ꝙ tempus in ista definitõne quãdo accipit ꝯmuniter vt extẽ
dit se ad omnem mensuram duratõnis scꝫ ad eternitatem euiternitatem
et tempus ꝓprie dictum.

Queritur Utrꝝ quando ꝛ tempus sint idem. Solutio
gilberti ꝙ nõ sed ratio vtriusq̄ꝫ est ꝯiuncta. ita ꝙ
vnũ definit ꝑ aliud ꝛ habent se vt causa ꝛ effectus. Et ꝙ quãdo et tem-
pus nõ sint idem formal'r ꝓbat sic inductiue. qꝛ tempus p̄teritũ nõ ẽ qñ
sed tꝑis p̄teriti effectus ꝛ inffectio ƀm quam aliqd dꝛ fuisse est quãdo Si
militer instans siue pñs tempus nõ est quãdo. sed effectus illius tempis

seu affectio ſm quã aliquid dicitur nunc vel in inſtanti eſſe eſt quãdo. Similiter tempus futurum non eſt quando. ſed tempis futuri effectus ſm quem aliquid dicitur futurum eſſe eſt quando. Et patz ſicut etiam gilbertus poſterius dicit ꝙ quando ⁊ tempus in hoc differunt. qꝛ ſm tempus eſt aliquid menſurabile. qꝛ quod eſt in tempore eſt in eo ſicut in numero numerante. ſed ſm quando nihil eſt menſurabile vel menſuratur ſꝫ ſimpliciter quando vel aliquando eſſe fuiſſe vel fore dicitur.

Ar̃ Illa ſunt eadem quoꝝ ſpẽs ꝯſtituunt eiſdem differẽtijs. ſed ſic eſt de quando ⁊ tempore. ergo ſunt idem. Minor patz. qꝛ ſicut pñs p̃teritum ⁊ futurum ponuntur differẽtie tp̃is ita etiam ipſius quando. vt patz ex textu Solutio ꝙ ille drñe equoce ſunt ipſius temporis et ipſius quando. qꝛ ſunt differẽtie temporis p̃ncipaliter ⁊ formaliter. ſꝫ ſunt differentie ipſius quando ſolum ꝑticipatiue ⁊ cauſaliter. In ſignum cuius tempus dicitur in recto p̃ſens p̃teritum ⁊ futurum. Sed quãdo dicitur ſolum in obliquo p̃ſentis p̃teriti ⁊ futuri. Et ſi aliquãdo dicatur quando p̃ſens vel p̃teritum in recto talis loquutio debet intelligi in obliquo vt ſit ſenſus quando p̃ſens. id eſt a p̃ſenti tempore cauſatum. quando p̃teritum id eſt a p̃terito tempore cauſatum ⁊ ſic de alijs.

De diuiſionibus quando.

Queritur Quot ſunt diuiſiones quãdo. Solutio ꝙ due. Prima eſt ꝙ triplex eſt quando. qꝛ quoddaꝫ eſt ex eo quod abijt. Et hoc vocatur quando p̃teriti. Aliud eſt ex eo quod inſtat ⁊ hoc vocatur quãdo p̃ſentis. Et tertium eſt ex eo quod neceſſarium eſt ꝯtingere. ⁊ hoc vocatur quando futuri. Et ſic ex textu facilit̃ poteſt ſumi ratio iſtius diuiſionis. quia om̃e quando cauſatur a tempore. ſed eſt triplex tempus ſcꝫ preteritum p̃ſens ⁊ futurum. ergo etiam eſt triplex quando ſcꝫ quãdo p̃teriti p̃ſentis ⁊ futuri.

Ar̃ Ab vna cauſa nõ ꝓcedit niſi vnus effectus. ſed tempus eſt vnuꝫ tantum. ergo nõ erit niſi vnum quando Minor ꝓbatur qꝛ nihil habemus de tempore niſi p̃ſens nunc. Solutio in tempore eſt duplex nunc quoddam eſt nunc nõ ſignatum. ⁊ hoc eſt vnum ſm ſubſtantiam in toto tempore. ⁊ ergo ab illo nõ cauſatur vt ſic diuiſio ipſius quãdo. Aliud eſt nunc ſignatum. Et illud nunc cauſat diuiſionem ⁊ interruptõnem in tempe. ergo ab illo ſic cauſatur diuiſio quando.

Queritur Utrꝫ futurum neceſſariũ ſit ꝯtingere ſicut dr̃ gilbertus. Et videt̃ ꝙ nõ. qꝛ tunc om̃e futurꝫ eueniret de neceſſitate qđ falſum eſt Solutio futurꝫ p̃t accipi dupl̃r. vno modo formal̃r inq̃ꝫtũm eſt futurꝫ ⁊ ſic futurꝫ neceſſariũ eſt ꝯtingere ꝓpter neceſſitatem motus p̃mi. Alio mõ material̃r ꝓ re que eſt futura ⁊ ſic nõ eſt neceſſarium futurum contingere ſicut ꝓbat argumentum.

Queritur Quod est dubium quod remouet gilbertus cir-
ca istam diuisionem. Solutio. quia dictum est
ꝙ est triplex quando scȝ p̄teriti p̄sentis ⁊ futuri possȝ aliquis dicere ꝙ pre-
teritum ⁊ futurum nō sunt. ergo ex illis nō potest relinqui quando. Ad
hoc ergo dubium remouendū dicit gilbertus ꝙ p̄teritum ⁊ futuruȝ sunt
aliquid. Et hoc ꝓbat phus duabus ratōnibus. ⁊ scdō duobus signis
Prima ratio est p̄teritum ⁊ futurum sunt q̄titates. vt dictum est in p̄di-
camentis. sed quātitas est aliquid in rerum natura. vt manifestum est. er-
go p̄teritum ⁊ futurum sunt aliquid. Scdā ratio est quecunqȝ copulā-
tur ad pn̄s sunt aliquid in rerum natura. sed p̄teritum ⁊ futurum co-
pulantur ad p̄sens. ergo sunt aliquid. Maior est nota. quia nō ens nō po-
test ad aliquid copulari. Minor est phi in p̄dicamētis. Sȝ quia possȝ forte
aliq̄s ex hoc putare ꝙ p̄teritum ⁊ futuꝝ essent aliq̄d in ꝑmanētia. dr gil-
bertus ꝙ hoc nō est sic intelligendū. Sed de p̄terito ideo dictū est. quia in ex-
cessu suo hoc est in vltimo in quo p̄senti ꝯtinuatur nō p̄teriit. quia licȝ quo ad
ꝑtem inicialem nō habeat esse tn̄ bene quo ad ꝑtem finalē ⁊ illa est p̄sens
tempus cui ꝯtinuatur. Et siꝉi mō dcm̄ est de futuro. quia hoc in ṗncipio suo
ꝯtinuatur p̄senti nunc. ⁊ ergo licȝ ipsum nondū sit ſm se tamē necessariū est
ipsum ꝯtingere. ⁊ ergo tantūdē valet ac si instaret. Et ꝑ ꝯn̄s nulla drā
est quo ad quando accipiendū in p̄senti p̄terito ⁊ futuro. Primum si-
gnum est. quia illud est aliquid de quo aliquid agitur. sed de p̄teritis ⁊ futu-
ris aliq̄d agitur. ergo sunt aliq̄d Scdm̄ signū ē illa sunt entia a q̄bꝰ aliq̄ de-
nominantur. sȝ a p̄terito ⁊ futuro aliq̄ denoiantur. ergo sūt aliq̄d. Minor probatur.
quia nos dicimꝰ sol cras orietur. cras erit nauale bellū. heri obiit sortes. cras
disputabit sortes referendo actōes nostras ad futuꝝ tēpus sicut ad pre-
sens eo ꝙ certi sumus de futuri successione.

Queritur Quō differt quando ab vbi. Solutio sic di-
fferunt. quia in quocunqȝ subiecto tempus est
fuit vel erit in eodem etiam est fuit ⁊ erit quando quod ſm illa tempora
dicitur. Sed vbi ⁊ locus a quo ipsum causatur nunq̄ȝ sunt in eodem sub-
iecto. quia vbi subiectiue est in corpore locato. sȝ locus est in corꝑe locante

Arguit Tempus est subiectiue in motu ṗmi mobilis. vt pȝ
quarto physicorum. sed quando est in re temporali.
ergo tempus ⁊ quando nō sunt in eodem. Solutio ꝙ tempus potest
accipi dupl'r. vno modo in ratōne mensure excedentis ⁊ tunc verum est ꝙ
quando ⁊ tempus nō sunt in eodem sicut ꝓbat argumentum. Alio mo-
do in ratōne passionis ⁊ sic quia tempus est passio motus primi mobilis
sunt simul in eodem scȝ in motu ṗmi mobilis. Alii dicunt ꝙ tempus et
quando non sunt in eodem sicut in subiecto. sed in quocunqȝ est tempus
virtualiter sicut mensura in mensurato in eodem est quando formaliter si-
cut accidens in subiecto.

Queritur Quō drn̄t ista quando a seinuicem. Sol'o sic
drn̄t. quia qn̄ p̄sentis simul est cū tpe p̄nti a quo cau-
satur. sȝ qn̄ p̄teriti ⁊ futuri nō sunt simul cum suis temporibꝰ a quibꝰ cau-

santur q2 q̄n q̄d ē ex p̄terito semꝑ est futuro posterius. sed q̄n quod est ex futuro est p̄terito ꝓus.

Ar̄ Qualis est ordo causaꝝ talis dꝫ esse ordo effectuū. sed tempus p̄teritū ꝓus est futuro. ergo q̄n p̄teriti etiā erit ꝓus quādo futuri So° ꝙ q̄n p̄teriti ⁊ q̄n futuri p̄nt ad duo ꝯpari. vno° ad idem siue ad eandē ꝑtē tp̄is. ⁊ sic ꝓus est q̄n futuri. deinde q̄n p̄ntis. ⁊ tertio q̄n p̄teriti q2 eadeꝫ ꝑs tp̄is sicut accipiaꝛ hora qua antichristus nascetur illa ꝓus est futura. deinde fiet p̄ns ⁊ tertio efficieꝛ p̄terita. ⁊ sic loq̄tur hic gilbertus in textu. Alio mō p̄nt ꝯpari ad diuersas ꝑtes tp̄is Et tūc sicut p̄teritū p̄cedit p̄ns ⁊ p̄ns futuꝝ. ita etiā q̄n p̄teriti p̄cedit q̄n p̄sentis ⁊ quando p̄sentis est ante quando futuri.

Querit̄ Que est scd̄a diuisio quādo. Sol̄o ꝙ q̄n aliud ē simplex aliud ꝯpositū. Et rō diuisionis est. q2 om̄e q̄n causatur a tp̄e sꝫ est duplex tempus scꝫ simplex ⁊ ꝯpositū. ergo etiā est duplex quādo scꝫ quando simplex ⁊ quando ꝯpositum

Qr̄ Quid est tempus simplex ⁊ q̄d temp⁹ ꝯpositū. Sol̄o gilberti ꝙ tempus simplex est. q̄d est simplicis actiōis mensura sicut ē nunc vel instās. Sed tempus ꝯpositū est q̄d est ꝯposite actōnis mēsura Et ergo possent sic definiri ista quando ꝙ quādo simplex est q̄d a simplici tp̄e causatum est. vt in momento esse vel nunc esse. Sed q̄n ꝯpositū est quod a tempore composito est causatum vt in hora esse vel in die eē ⁊c̄

Ar̄ Nullum est tempus simplex. ergo etiam nullum est quando simplex. Añs ꝓbatur. q2 om̄e tempus est continuum. sed om̄e continuum est diuisibile. Solutio ꝙ tempus accipiꝛ dupl'r. vno mō ꝫm suā substantiā ⁊ esse simul. ⁊ sic verum est ꝙ nullum est tempus simplex. Alio mō ꝫm substantiā tantū. ⁊ sic est aliquod tempus simplex scꝫ ip̄m nūc. nūc eīm est tempus ꝫm substantiā. lꝫ nō ꝫm esse. ⁊ a tali tēpore simplici quod est nunc vel momentū causatur quando simplex.

De ꝓprietatibus quando.

Queritur Quot sunt ꝓprietates quando. Solutio tres Quaꝝ p̄ma est ꝙ quando nō suscipit magis et minus. Et rō istius ꝓprietatis est. q2 quādo causatur a tempore. sed tempus nō suscipit magis neqꝫ minus. ergo nec quādo. Minorem ꝓbat gilbertus exemplariter. q2 vna dies nō dicitur magis vel minus dies q̄ꝫ alia nec vna hora q̄ꝫ alia.

Ar̄ Homo viginti annorum fuit magis in tempore q̄ꝫ homo decem annorum. ergo quando suscipit magis ⁊ minus. Solutio ꝙ vnus homo nō dicitur proprie magis fuisse in tempore q̄ꝫ alius. licꝫ posset dici fuisse in maiori tempore q̄ꝫ alter.

Secunda proprietas.

Querit̃ Que est secũda ꝓprietas quãdo Solũo ꝙ qñ nõ ha
bet ɔtrariũ. Et hoc probat gilber. duabꝫ rõnibꝫ Prima
est. Impossibile est duo ɔtraria p̄dicari de eodem indiuisibili ẜm substan
tiam Sz de eodẽ qñ ẜm substãtiam dicit̃ ꝙ est futuri p̄ñtis ꝛ p̄teriti. q2 il
lud idẽ qᷦ est futurũ efficitur p̄ñs ꝛ p̄teritũ ꝓpter nũc qᷦ est suba tp̄is idẽ
existens in toto tp̄e. ergo quando nõ potest habere ɔtrarium Scd̃a rõ est
q2 ɔtraria nunq̄ꝫ possunt simul esse in eodem sed oĩa quando possunt simul
esse in eodem. ergo quãdo nõ sunt ɔtraria. Minor ꝓbatur de eadem re si
mul dicimus ꝙ est fuit ꝛ erit

Tertia ꝓprietas

Querit̃ Que est tertia ꝓprietas quãdo Solutio ꝙ quãdo
est in om̃i eo qᷦ incipit esse. Et hoc ꝓbat gilbert9 pri
mo de corporibꝫ. ꝛ intendit in effectu talem rõnem. in illo est quãdo qᷦ ẽ
in tp̄e ꝛ suscipit alteratões ꝛ variatões ex tp̄e. sz om̃e corpus est hm̃oi. er
go in om̃i corp̄e est quando. Minor ptz. q2 corpus alterat̃ in estate vere
hieme ꝛ autumno.
¶ Scd̃o ꝓbat hoc idem de aĩa. q2 aĩa etiã suscipit alteratões ꝛ variatio
nes ex tp̄e. Qd̃ ptz ꝑ locum a maiori. q2 aĩa intellectiua videt̃ magis sepa
ta ꝛ minus posse pati ex tp̄e q̄ꝫ aliqua alia aĩa sz sic est ꝙ aĩa intellectiua
patit̃ ꝛ alterat̃ in tp̄e. ergo. Minorem ꝓbat q2 q̇dam acutius speculant̃
vno tp̄e q̄ꝫ alio. vt melancolici in vere flegmatici in estate. sanguinei in au
tumno ꝛ colerici in hieme. Et istud fit ẜm instrumẽti. id est corp̄is varia
tionem. q2 aĩa vtit̃ corp̄e in suis op̄atõnibꝫ. ꝛ ergo aĩa etiã seq̃tur corp̄is
ɔplexiones. Et sic q̇ aride ꝛ gelide. id est sicce ꝛ frigide sunt ɔplexionis.
sicut sunt melancolici sepe sunt demẽtiores seip̄is in autũno q̇bꝫ vero san
guis p̄ncipat̃ in vere. Et silr̃ est in alijs.

An Aĩa est supra tempus creata in vmbra intelligẽtiaꝝ ꝛ in orison
te eternitatis ꝛ tp̄is ẜm ysaac ph̄m ergo in aĩa nõ est qñ Solu
tio aĩa hz duplex esse scilꝫ esse superius ꝛ ẜm hoc esse est supra tempus exi
stens quasi quedam intelligẽtia. Et hz etiam esse inferius ꝛ ẜm hoc eẽ cõ
iungit̃ corp̄i ꝛ in suis op̄atõibꝫ ɔmunicat ɔmunicãti corp̄i. id est phanta
sie. quia intelligit cum continuo ꝛ tempore ꝛ hoc modo recipit quãdo.

Queritur Que dicunt̃ incip̄e eẽ. Solutio ꝙ ꝓprie loquẽ
do illa dicunt̃ incip̄e esse que generant̃ vel fiunt ꝑ
artem vel electõem vel voluntatẽ. q2 talia habẽt ꝓ p̄ncipijs sue inceptio
nis materiã cũ p̄uatõne q̄ semꝑ machinat̃ in maleficiuꝫ forme habite. et
ergo talibꝫ inest quando. Sed illa q̄ nõ habẽt talia p̄ncipia sue inceptio
nis nõ dicuntur incipere esse nec eis inest quando derelictũ ex tp̄e proprie
dicto lꝫ possit eis ɔuenire quãdo eternitatis vel euiternitatis. Et talia sũt
intelligẽtie ꝛ substãtie corpoꝝ celestium.

Quartum capitulum.

Ubi vero est circumscriptio corporis. a loci circũscriptõe

In isto quarto capitulo Gilbertus determinat de quarto principio scȝ de vbi. Et diuiditur in duas ptes. q2 in pmo determinat de eo q̄tuȝ ad eius essentialia. Scdo quo ad accidentalia. Prima in duas. quia primo determinat de eo definitiue. scdo diuisiue.

Querit̃ Vtꝝ vbi sit pncipiũ. Solutio ꝙ sic. q2 est vestigium extrinseci adiacentis. scȝ loci vt patebit ex eius definitione. ergo est pncipium. Et est etiam p̄dicamentũ. q2 est genus generalissimum habẽs sub se spẽs subalternas spẽs specialissimas ⁊ indiuidua. Species subalterne sunt. vbi simplex ⁊ vbi cõpositum vbi sursum ⁊ vbi deorsum spẽs specialissime sunt in domo esse in ecclesia esse ⁊ indiuidua sunt in hac domo esse in ista ecclesia esse.

Ar̃ Vbi est sincathegorema. ergo non est pncipium. Solutio ꝙ vbi nõ accipit̃ hic aduerbialr̃ vt est interrogatiuum loci sed nominaliter prout idem est quod in loco esse ⁊ hoc si accipiat̃ ꝯcretiue. Si aũt accipiatur abstractiue tunc idem est quod vbiatio seu id quo aliq̃d dicitur esse in loco. sicut superius dictum fuit etiam de quando.

Definitio vbi.

Queritur Quõ vbi definitur a gilberto. Solutio vbi ẽ circumscriptio corporis a loci circumscriptõne procedens vt esse in domo esse in foro.

Ar̃ Circumscriptio est actio sed vbi non est actio. ergo nõ est circumscriptio. Solutio ꝙ est triplex circumscriptio vna est que ẽ circumscribentis siue locantis corporis ⁊ illa est actio. Alia est corporis circumscripti siue locati ⁊ illa vocatur passio. Tertia est procedens ab vtrasq3 scȝ a circũscriptõne actiua locantis ⁊ passiua locati ⁊ illa nominat istd̃ p̄dicamentum. Et nõ est aliud q̄ ꝯmensuratio loci ad locatum ꝫm quã loco in ꝯmuni vel huic loco corpus locatum compatur.

Querit̃ Vtrum vbi ⁊ locus sint idem. Solutio gilberti ꝙ nõ. Et ratio illius est. q2 locus est subiectiue in corpore locante ⁊ circũscribente. sed vbi est in corpore locato ⁊ circũscripto.

Queritur Quod est correlariuȝ qd̃ infert gilbertus ex hoc Solutio ꝙ vbi non videt̃ omnibꝫ adesse. Et sic probat q2 aĩa nusq̄ est. id est in nullo loco.

Querit̃ Quõ pbat gilbertus ꝙ anima nõ sit in loco. Solutio tali ratõne. q2 q̇cq̇d est in loco hoc locũ occupat Sȝ aĩa nõ occupat aliquem locum. ergo aĩa nõ est in loco. Minorẽ pbat. q2 alias adueniẽte aĩa opteretz corp⁹ cedere vel opteret corpus capere maiorẽ locum Et hoc sic pbat q2 granum miliȷ quod est valde puum nõ p̄t aduenire modio vel vasi aere quo replebatur quiescente. quia duo corpa nõ possunt esse in eodem loco nec idem corpus etiam in diuersis quare sequitur ꝙ anima nõ est in aliquo loco.

Arḡ Uidetˀ ꝙ aīa sit in loco. ꝓbatur qꝛ q̇cq̇d est sic hic qꝺ nō p̄t eē ali
bi hoc est in loco. ſʒ aīa est hmōi. ḡ est in loco Minoꝛ pʒ. qꝛ est in
vno corpe ꝛ nō p̄t esse in alio. Solˀo ad maiorē q̇cq̇d ē sic hic ꝑ se qꝺ nō
p̄t esse alibi hoc est in loco. Sʒ qꝺ est hic ꝑ accn̄s ꝛ nō alibi nō opʒ ꝙ sit in
loco nisi ꝑ accn̄s. et sic etiam dicimus ꝙ aīa est bn̄ in loco ꝑ accn̄s scʒ grā
corꝑis sʒ nō est in loco ꝑ se quasi ip̄a circūscribatˀ loco.

Queritˀ Que est rō ꝙ duo corꝑa nō pn̄t esse in eodem loco nec
idem corpus in diuersis locis So° ꝙ rō p̄mi est. q̇a
si duo corꝑa essent in eodē loco tunc seq̄rentˀ multa inconuenientia. p̄mo
ꝙ esset penetratio dimensionū. scd̄o ꝙ dimēsiones diuersoꝝ corpoꝝ fierēt
essentialiter eedem. Et tertio duo corꝑa essent vnū corpus q̄ oīa sunt im
possibilia. Rō scd̄i est. qꝛ quando corpus est in aliquo loco tunc p̄ncipium
medium ꝛ finis illius corꝑis ꝯmēsurantˀ tali loco ꝛ termini corꝑis ꝯtēti
sunt intra terminos loci. Si ḡ idē corpꝰ poneretˀ silˀ in alio loco. tūc termiꝭ
ni illius corꝑis essent extra locū p̄mū. Et sic seq̄retˀ ꝙ iȷ̄dē termini eiusdeʒ
corꝑis essent intra ꝛ extra qꝺ iplicat. Thomas de argentina in suo quar
to infert multa alia incōueniētia q̄ ex hoc sequerentˀ. Seq̄retˀ eīn ꝙ vnuʒ ꝛ
idem corpus posset esse simul sanum ꝛ egrum. sanum si esset in loco saluꝭ
bri ꝛ egrum si esset in loco pestilenti. Seq̄retur etiam ꝙ idem corpus poꝭ
set esse simul summe calidū ꝛ summe frigidum. qꝛ posset esse in vno loco in
igne ꝛ in alio loco in aqua. Seq̄retur etiam ꝙ idem hō posset simlˀ come
dere in loco vbi esset cibꝰ ꝛ nō ꝯmedere in alio vbi nullus cibus essʒ. Seꝭ
q̄retˀ etiā ꝙ vnus homo posset facere vnā choreā a parisius vsq̈ ad romā
Seq̄retˀ etiā ꝙ vnū ꝛ idem pomū posset comedi rome ꝛ pisius ꝛ rome con
uerti in substantiam romani ꝛ parisius in substantiam franci que omnia
sunt manifeste impossibilia ꝛ videntur implicantia. ergo idem corpus nō
potest esse in diuersis locis.

Dr̄ Quē est instātia quā facit gilber. ꝯtra hoc qꝺ dictū est scʒ ꝙ idē
corpus nō p̄t esse in diuersis locis. Solutio instātia est de voꝭ
ce. qꝛ vna ꝛ eadē vox ē silˀ ꝛ semel in auribꝰ diuersoꝝ. ḡ idē corpus p̄t esse in
diuersis locis. ꝯn̄a tenʒ. qꝛ vox lʒ nō sit aer nō tn̄ est sine aere. ꝛ ḡ eadē pti
cula aeris erit in auribꝰ diuersis. ꝛ ꝑ ꝯn̄s idē corpꝰ silˀ in diuersis locis.

Queritur Quō soluit gilbertus istam instantiā Solutō
dr ꝙ ex duobꝰ opʒ vnum eligere. scʒ vel ꝙ illa que
sentiuntˀ in auribꝰ diuersoꝝ ab vno vocante sint diuersa vel ꝙ vnū ꝛ idem
simul possit repiri in diuersis locis. Sed a quolibet vero philosophante
eligitur ꝙ diuersa sint que in auribꝰ diuersoꝝ sentiūtur. Species eīn hoc
est figura qua vox ꝓfertˀ est bn̄ eadē in diuersis vocibꝰ sese imaginabilˀr ge
nerantibus. sed sensus est diuersorum

Arḡ Unum ꝛ idem visibile venit ad visus diuersoꝝ. ergo etiā vnum
et idē audibile venit ad auditū diuersoꝝ ꝛ ꝑ ꝯn̄s erit eadeʒ vox
que est in auribus diuersorum. Solutio ꝙ non est simile de visibili ꝛ

[a]udibili. q2 visibile quod est color nō est in aere nisi ꝺm esse spiritnale Sed [a]udibile quod est sonus vel vox est in aere ⁊ defertur per aerem ꝺm esse materiale. Vox eñ generaẗ in aere ꝑ circulos ad modū generatōis circulorum in aqua. quādo eñ ꝓijciẗ lapillus in aqua tunc videmus ꝙ centrū ꝓiectōnis illius lapidis generat circulum ⁊ ille vlterius alium maiorem ⁊ ꝯñr alium adhuc maiorē donec cessauerit virtus ꝓmi ꝓijciētis. Sic simi[liter] nō imaginandū est de generatōe vocis. nā quādo vox ꝓmo recipiẗ in aere sub determinata figura ⁊ sub determinato accidēte tunc illa vox circulariter generat aliam sibi silem in aere sibi vicino ⁊ illa aliā ⁊ sic ꝯñr quousq̄ cessauerit virtus ꝓmi vocantis. id est animalis ꝓmo vocem in aere formātis. Et ita sicut nō est idē circulus in aqua ad ꝓiectōem lapidis sꝫ fiunt plures ⁊ diuersi ita etiā nō est vna vox numero q̄ venit ad aures diuersoꝝ sed solum vna spē inq̄ꝫtum oēs posteriores formate sunt ad imaginem ⁊ similitudinē ⁊ ad figuram ꝓme.

Ar̃ Ex isto seq̄retur ꝙ aliqua esset vox que non esset vox aīalis sed hoc est falsum ⁊ ꝯtra definitōem vocis. ergo illud ex quo seq̄tur. Seq̄la ꝓbatur. q2 illa vox q̄ fit circulariter in aere ad siliťudinem ꝓme nō est vox aīalis. Ad hoc respondet gilbertus ꝙ oīs vox est aīalis originaliter ⁊ tanq̄ꝫ ꝓmi vocātis vel efficientis. lꝫ immediate possit vna vox in aere generari ab alia. Et ꝙ oīs vox originaliter sit aīalis ꝓbat gilbertus. q2 nullus ab initio audiuit vnq̄ꝫ vocē cū oīa aīalia silerent.

Diuisio vbi.

Queritur Quō diuiditur vbi. Solutio vbi diuidiẗ in vbi simplex ⁊ in vbi ꝯpositum. Et rō istius diuisionis est. q2 vbi causatur a loco. sed duplex est locus scꝫ simplex ⁊ ꝯpositus. ergo etiam est duplex vbi. scꝫ vbi simplex ⁊ vbi ꝯpositum.

Queritur Quid est vbi simplex ⁊ quid ꝯpositū. Solutio gilberti vbi simplex est qđ a simplici loco procedit. Et vbi ꝯpositū est qđ a ꝯposito loco ꝓcedit.

Queriẗ Quis vocaẗ locus simplex ⁊ q̄s cōpositus. Solutio gilberti ꝙ locus simplex est origo ⁊ ꝯstitutio ei⁹ qđ de numero ꝯtinuoꝝ est. vt pūctum. vñ locus simplex est locus puncti Sꝫ locus cōpositus est. cuius ꝑticule copulanẗ ad eundem terminū ꝯmunem ad quē corꝑis locati ꝑticule. vñ ꝑticule corꝑis locati copulanẗ ad punctū Et sic ꝑticule loci claudunt ꝑticulas corꝑis. sed loca simplicia minimum corporis occupant. q2 locus simplex est punctum loci occupans vel locās punctum locati.

Ar̃ Punctum nō est in loco. ergo locus simplex nō est locus puncti Añs ꝓbatur. q2 si punctum esset in loco tunc locus puncti non differret a puncto. vt dꝫ phūs quarto physicoꝝ. Solutio ꝙ punctum nō dꝫ esse in loco ꝑ se vt ꝯtentum. sed dicitur esse in loco. q2 ad ipm copulātur ꝑtes loci. Et ꝭ nō seq̄tur hoc incōueniēs. s. ꝙ idē eēt pūct⁹ ⁊ loc⁹ pūcti

Ar A loco puncti nõ pt aliqđ vbi causari. ergo nõ est aliqđ vbi simplex. Añs ꝓbatur. qꝛ om̄e vbi est circũscriptio. sed a loco simplici nõ pt circũscribi cum sit indiuisibilis. Solꝰo lꝫ a loco simplici (qui est punctus) nihil circũscribatur. tamẽ sicut totum locatum refertur ad totũ locum ꝛ per hoc dꝛ esse in loco. ita indiuisibile locati refertur ad indiuisibile loci ꝛ ꝑ hoc dicitur habere vbi.

Queritur Quod est correlariũ quod infert gilbertus. ex dictis. Solutio ꝙ nec locus potest eẽ sine corpe nec corpus sine loco continente. Et circa hoc mouet dubitatõnem de vltima spera.

Queritur Utrũ vltima spera sit in loco. Solutio ꝙ dupliciter aliquid dꝛ eẽ in loco. vno mõ sicut in generante ꝛ saluãte quõ hec inferiora generabilia ꝛ corruptibilia sunt in loco ꝛ sic vltima spera nõ est in loco. Scđo mõ aliqđ dꝛ esse in loco vt locꝰ ẽ vas ꝯtinens ꝛ saluans oĩa q̃ sunt ꝯtenta in eo ꝑ virtutem saluantis ꝓmi. ꝛ sic vltima spera est in loco qꝛ est ꝯtinens ꝛ saluãs om̄ia alia. Et ideo etiã mouetur circa locum. de hoc tamẽ latius vide in cõmẽtarijs ꝛ quarto phisicorum qꝛ diuersi hic diuersimode dicunt

De ꝓprietatibus vbi.

Queritur Quot sunt ꝓprietates vbi. Solutio ꝙ due. Prima est ꝙ vbi nõ suscipit magis ꝛ minus. qꝛ vnumquodque corpus nõ dꝛ magis esse in loco vel minus q̃ aliud lꝫ occupet bñ maiorẽ vel minorem locum. Et posset rõ istius ꝓprietatis sic assignari. qꝛ vbi causatur a loco. sꝫ locus cum sit q̃titas nõ suscipit magis neq̃ minus. ergo nec vbi

Ar Superius ꝛ inferius altũ ꝛ bassum sunt vbi ꝛ tñ dicuntur ꝫm magis ꝛ minus. ergo ista ꝓprietas est falsa. Solutio ꝙ superius ꝛ inferius altũ ꝛ bassum nõ sunt vbi. qꝛ nõ important circũscriptõem Sed esse supius vel eẽ inferius eẽ altũ ꝛ eẽ bassum dicunt bñ vbi. sed nõ dicuntur ꝫm magis ꝛ minus. qꝛ lꝫ vnum corpus sit in loco altiori vel supiori q̃ aliud. tamen non dicitur essentialiter ꝛ intensiue esse plus in alto vel minus q̃ aliud ꝛc.

Secunda proprietas

Queritur Que est scđa ꝓprietas vbi. Solꝰo ꝙ vbi nihil est ꝯtrarium. Et hoc sic ꝓbat gilbertus. qꝛ vbi causatur a loco sed loco nihil est ꝯtrarium. ergo vbi etiã nihil est ꝯtrarium Minor ꝓbatur. qꝛ si loco esset aliqđ ꝯtrarium tunc maxime locus sursum et locus deorsum essent ꝯtraria. sicut videbatur antiq̃s. qꝛ sursum ꝛ deorsum maxime distant. Sꝫ hoc nõ. ergo loco nihil est ꝯtrarium.

Queritur Quõ ꝓbat gilbertus ꝙ sursum ꝛ deorsum non sunt ꝯtraria Solutio ꝓbat duabꝫ ratõnibus Quarũ ꝓma est. qꝛ si essent ꝯtraria tunc seq̃retur ꝙ ꝯtraria essent in eodẽ

sed hoc est falsuz ⁊ ĩpossibile. ergo illud ex quo seq̃tur. Seq̃la patz qꝛ vn
et idē locus ad diuersa ꝯꝑatus ꝑt eē sursuz ⁊ deorsuz. sicut altitudo tur
est sursum qñ ꝯꝑatur ad nos. sʒ qñ ꝯꝑatur ad spere celestis altitudine
tūc est deorsum. Scda rō est. qꝛ si sursum ⁊ deorsum essent ꝯtraria tūc se
retur ꝙ idem eēt sibiipi ꝯtrarium. sed hoc est impossibile. ergo. Seque
ꝓbat̃ qꝛ vnus ⁊ idem locus ꝑt eē sursum ⁊ deorsum. si ergo sursum ⁊ de
sum essent ꝯtraria tunc idem eēt sibiipi ꝯtrarium.

Ar Om̄is motus est de ꝯtrario in ꝯtrarium. sed ad vbi est motu
ergo vbi est aliquid ꝯtrarium Solutio ꝙ vbi potest accipi d
pliciter. vno mō s̃m suum esse substantiale ⁊ logicum. ⁊ sic nō habʒ ꝯtr
rium nec ad ip̄m est motus. Sed alio mō accipit̃ s̃m esse suum accidēta
et physicum ⁊ sic ad ip̄m est motus ⁊ bñ hʒ ꝯtrarium.

Queritur Quare gilbertus nō assignat aliquam ꝓprieta
ꝓprie ꝓpriam vbi sicut facit in aliis. Solut
ꝙ hoc facit ideo. qꝛ ꝓprietas ꝓprie ꝓpria ip̄ius vbi satis dat̃ intelligi ex d
ctis scʒ ꝙ ꝯuenit vbi equale esse ad id in quo est.

Quintum capitulū De positōne

Positio vero est q̃dam ꝑtium situs ⁊ generatiōis ordinati

In hoc q̃nto capitulo gilbertus ꝯñr determinat de q̃nto p̃ncipio. s
de positōe. Et diuidit̃ in duas ꝑtes. In quaꝝ p̃ma determinat de posit
ne q̃ ad sua essentialia. Et in scda q̃ ad accidētalia. p̃ma diuidit̃ in duas
qꝛ p̃mo ponit definitōem quando. scdo mouet quedā dubia.

Querit̃ Quot modis accipit̃ positio. Solutio septem mo
dis. Primo° accipit̃ positio ꝓut est quedam spēs ob
gatōnis qua scʒ q̃s tenet̃ aliq̃d sustinere vt verum. Scdo° accipitur ꝑ a
tiua locatiōe quō dicimus. ego posui hoc supra scamnū. Tertio° ꝑ dig
tate p̄suppositā in demōstratōe. ⁊ sic diuidit̃ in suppōem ⁊ definitōem p
mo posterioꝝ. Quarto° ꝑ opinione ⁊ sic dicimus illa est positio platon
illa arestotelis. Quinto° ꝑ dissituatōe ꝑtiū alicu⁹ q̃ti ꝑmanētis. Et s
in p̄dicamētis dt phs ꝙ aliq̃ q̃titates hñt positōnem in ꝯtinuo aliq̃ no
Sexto° ꝑ respectu relatōis q̃ positio refert̃ ad id cuius ē positio. Et s
in capitulo de adaliq̃d dixit phs ꝙ positio est ꝑtiū positaꝝ positio. Sep
timo ꝑ ordinatōne ꝑtium corꝑis naturalis in ordine ad locum. Et sic a
cipitur positio in ꝓposito.

Queritur Utrum positio illo modo accepta sit p̃ncipiu
ab aliis distinctum. Solutio ꝙ sic. Et rati
illius est. qꝛ est generalissimum habens sub se species subalternas specia
lissimas ⁊ indiuidua. Species subalterne sunt eque poni vel nō eque po
ni vel positio recta vel circumflexa. Species spēalissime sunt sessio statio
Et indiuidua sunt sessio sortis statio platonis. ⁊ ergo est principium. E
qꝛ ista nō possunt reduci ad aliquod aliud genus. ergo etiam est distinctū
principium vel p̄dicamentum.

Sex principioꝝ Gilberti

Definitio positionis.

Querit̃ Quō definit̃ positio a gilberto. Sol'o positio est q̇dam ꝑtiū situs ꝛ generatōis ordinatio ſm quā alia di cunt̃ stantia alia sedētia alia aspa alia lenia vel quōlibet aliter disposita Et in illa definitōe ponit̃ (situs) loco generis. q2 situs est ꝯmunioꝛ posi tione. ꝛ dr (ꝑtium) ad innuendū ꝓximū subiectū positōis. q2 positio dr or dinatōem q̄ ꝓprie inest ꝑtib9 ꝑ ꝯpositōem quā hn̄t in generatōe toti⁹. Et ergo addit̃ (ꝛ generatōis ordinatio) tanq̄ ꝓpria cā. Et nō dz ibi capi illa ꝯiunctio (et) copulatiue quasi denotet copulatōem pluriū diuersoꝝ sz ex ꝯpositiue. vt sit sensus positio est q̇dam situs ꝑtiū ꝛ id est generatōis ordi natio. q2 positio est talis situs q̇ est causatus a generatōne q̄ ordinat ꝑtes adinuicē ꝛ ad totū vt stent sub forma totius debito mō.

Ar Si ista definitio esset bona. tunc sequeret̃ ꝙ positio non esset ge nus generalissimū. Seq̄la ꝓbat̃. q2 haberet aliq̇d supra se scz si tum ex quo definitio dr ꝙ positio est q̇dam situs. Solutio ꝙ in defini tione positōnis nō ponitur situs tanq̄ verum genus. sed tanq̄ cōmune analogum. Pro quo est notandū ꝙ situs analogice dicitur de situ qui repitur in naturalib9 ꝛ de situ qui repitur in mathematicis. ad denotādū ergo ꝙ positio nō est qualiscunq̄ situs sed solum situs qui repitur in natu ralibus. ergo dr in definitōne ꝙ positio est q̇dā situs ꝑtiū ꝛ generatōis or dinatio. Pro quo est notandū ꝙ ad positōem req̇rit̃ triplex ordo ꝑtiū ꝑmo scz req̇ritur ordo ꝑtiū inter se. scdo ordo ꝑtium in toto. ꝛ tertio ordo partium ad locum.

Arguitur Positio repitur etiam in corporib9 celestib9 ꝛ in reb9 artificialib9. ꝛ tn̄ in illis nō est generatio. er go male dr in definitōne ꝛ generatōis ordinatio. Sol'o ꝙ generatio ac cipit̃ in definitōe positōnis ꝯmuniter vt extendit se ad quācunq̄ ꝓductō nem siue talis sit generatio ꝓprie dicta siue creatio siue factio artificialis

Querit̃ Quotuplex est totū. Sol'o duplex. q2 qdā est totū homogeniū qd nō hz ꝑtes diuersimode figuratas vel dispositas sicut terra ignis aqua ꝛ ergo tale nō hz aliquē certū ordinē ꝑti um. Aliud est totū etrogeniū qd hz ꝑtes diuersimode figuratas ꝛ ordi natas. Et hoc est duplex. q2 qdā est qd hz illā ordinatōem ꝑtiū ab arti fice. sicut statua herculis domus nauis. Aliud est qd hz illā ordinatōem ꝑtiū ex natura. Et hoc dupl'r. q2 vel talis ordinatio ꝑtiū est ꝑ innascentiā et ex generatōe sicut est ordinatio ꝑtiū in hoīe vel ē ex ꝯsueto motu natu re sicut est in ordinatōe ꝑtiū corꝑis in sessione vel accubitu.

Queritur Utrum in oīb9 istis totis equaliter repitur po sitio. Solutio ꝙ nō sed in totis etrogenijs na turalibus reperitur positio ꝑncipaliter ꝛ potissime. secūdario vero in arti ficialib9 ꝛ in totis omogenijs. Et rō istius est. q2 in etrogenijs naturalib9 repitur maioꝛ distinctio ꝑtium q̄ in alijs.

Querit̃ Quot dubia mouet gilbertus circa dicta. Solutio ꝙ duo. Primũ est exquo dictũ est ꝙ ſm poſitõem aliq̃ dicunt̃ ſedẽtia ⁊ aliqua ſtantia ſic dubiũ eſt. An ſedere ⁊ ſtare etiam ſint poſitões. Et reſpõdet gilbertus ad hoc dubium ꝙ ſedere ⁊ ſtare nõ ſunt poſitões ſed denominatiue a poſitõib⁹ dicta. Et de hoc ſuperius dictum eſt in p̃dicamento ad aliq̃d.

Queritur Quod eſt ſcõm dubium Solutio ſcõm dubiũ eſt vtꝝ rectuz ⁊ curuum aſpum lene triangulus quadrangulus ⁊ alia noĩa ſilr̃ ſe habẽtia in p̃dicamẽto poſitonis ſint collocanda. Et arguit gilbertus ꝙ ſic. q̃ iſta noĩa videnẗ ſcare ordinatõez ptium. ergo ſunt in p̃dicamento poſitõnis collocanda. Añs patz q̃ aſpũ eſt cuius vna pars ſupeminet alteri. lene vero dicit̃ cuius partes in directum ſunt porrecte ⁊ ſic de aliĩs.

Queritur Qũo ſoluit gilbertus hoc dubiũ. Solutio de ꝙ p̃dicta noĩa nõ dicunt poſitões ſed dicũt q̃litates circa poſitõem exñtes. Et hoc ſic pbat. q̃ ex h̃ ꝙ ptes ſic vł ſic ſũt poſite taliter vel taliter immutant ſenſum. ſed nõ econtra. q̃ non in eo ꝙ qualia ſunt aſpa vel lenia bicubita vel tricubita poſitões ſunt.

Ar Ariſtoteles dt̃ in p̃dicamẽtꝭ ꝙ aſpuz lene ⁊ ſimilia ſunt aliena a diuiſione qualitatis. ergo male dr̃ hic ꝙ ſunt in p̃dicamẽto qualitatis. Solutio alberti ꝙ aſpeꝝ lene raꝝ ⁊ denſum ⁊ ſilia pñt triplr̃ cõſiderari. vno mõ vt dicũt ordinẽ quẽ facit generatõ totius ex ptib⁹. ⁊ ſic ſũt in iſto p̃dicamento vt dt̃ pħus. Alio mõ ſm ꝙ p acutũ ⁊ ebes vel nõ angulosum agunt in ſenſum. ⁊ ſic ſunt paſſibiles qualitates de tertia ſpẽ ſic loq̃tur de eis hic gilbertus. Tertio mõ ſm ꝙ cõponũt figurã toti⁹. ⁊ claudunt in angulis ⁊ terminatõe lineaꝝ. ⁊ ſic ſunt qualitates quarte ſpẽi.

De proprietatibus poſitõnis.

Querit̃ Quot ſunt ꝓprietates poſitõnis Solutõ tres Prima eſt Qꝫ poſitio videt̃ habere cõtrarium ſm apparentiam. Et hoc declarat p exempla. q̃ ſedere videt̃ eſſe cõtrarium ad ſtare. qđ ſic pbatur. q̃ cõtraria ſunt que in vno ⁊ eodẽ indiuiduo ſimul ⁊ ſemel non poſſunt reperiri. ſed bene viciſſim. Sed ſic eſt de ſedere ⁊ ſtare. ergo ſunt contraria.

Queritur Vtꝝ hoc veꝝ ſit ꝙ ſedere ⁊ ſtare ſint contraria. Solutio gilberti ꝙ nõ. Et hoc pbat duab⁹ rationib⁹. Prima eſt. q̃ ſi ſedere ⁊ ſtare eſſent cõtraria tunc ſeq̃ret̃ ꝙ vnum ⁊ idem eſſet plurib⁹ cõtrarium. ſed hoc eſt incõueniens. ergo illud exquo ſeq̃tur. Seq̃la patꝫ. q̃ ſi attẽdamus ad ratõnem cõtrarioꝝ tunc inuenim⁹ ꝙ ſtare nõ eſt magis cõtrariũ ad ſedere q̃ȝ ad iacere vel accũbere. q̃a ſicut ſtare ⁊ ſedere nunq̃ȝ pñt eſſe ſimul in eodem. ita nec ſtare ⁊ iacere. vel ſtare

et accũbere. Et si dicatur ꝙ hoc nõ sit incõueniẽs ꝙ idem sit pluribꝫ cõ-
trarium. qꝛ pallidum ꝯtrarium est albo ⁊ nigro. Respondet Gilber-
tus ꝙ pallidum non est contrarium ad album ⁊ nigrum sc̃dm perfectam
ratõnem contrariorum. quia perfecta ratio contrariorum consistit in hoc
ꝙ contraria debent maxime a seinuicem distare. Sed pallidum non ma-
xime distat ab albo vel nigro. imo ex eis constituitur. ⁊ ergo illa instantia
de pallido nõ habet hic locum.
¶ Secunda ratio est. quia cõtraria habent fieri circa idem. sed sedere et
stare nõ habent fieri circa idem. ergo nõ sunt ꝯtraria. Minor patꝫ. quia
sedere solum ꝯuenit ratõnalibus. sed stare iacere ⁊ accũbere ꝯueniunt eti-
am irratõnalibus. quia equus dicitur stare iacere vel accumbere. sed non
dicitur sedere.

Secunda proprietas.

Queritur Que est sc̃da ꝓprietas positõnis. Solutio ꝙ
positio nõ suscipit magis neqꝫ minus. Et hoc
probat exemplariter. quia sedere non dicitur magis vel minus positio q̃z
accũbere vel stare nec vnus sedens dicitur magis sedens q̃z alius vnus
stans magis q̃z alius stans ⁊ sic de alijs. Ratio autem istius proprietatis
potest esse. quia susceptio magis ⁊ minus causatur a depuratõne cõtrarij
a contrario ⁊ ꝑmixtõe contrarij cum cõtrario sed positio nõ hꝫ ꝯtrarium
ergo etiam nõ suscipit magis neqꝫ minus.

Ar̃ Rectum ⁊ curuum sunt positões. ⁊ tamen suscipiunt magis ⁊
minus. quia cõparantur. vt rectum rectius rectissimum. Solu-
tio ꝙ comparatio grammaticalis nõ cõuenit illis ratõne susceptõnis ma-
gis ⁊ minus. sed gratia alterius. nam curuo conuenit ratõne eleuatõnis
medij ab extremis. recto autem nõ conuenit nisi ꝫm modum loquẽdi vul-
garium qui rectum vocant hoc quod nõ multum distat a recto q̃uis sim-
pliciter sit curuum.

Tertia proprietas.

Queritur Que est tertia ꝓprietas positõnis. Solutio ꝙ
proprie ꝓprium est positiõi substantie proximius
assistere. Et hoc probat Gilbertus per definitõnem positõnis. quia posi-
tio nihil aliud est q̃z naturalis ipsius substantie ordinatio. sed illa natura-
lis ordinatio vel inest substantie a ꝑncipio sue cõpositõnis. sicut in aspero
et leni ⁊ sic de alijs. Aut a consueto motu nature. vt flexura membrorum
sicut est sessio statio ⁊ alia huiusmodi. ergo proxime inter omnes formas
assistit substantie.

Ar̃ Quantitas adest proximius substantie q̃z positio. ergo ista pro-
prietas non est vera. Antecedens probatur. quia quãtitas in-
est substantie a principio intrinseco. quod non conuenit positõni. Solu-
tio ꝙ Gilbertus nõ dicit hic ꝙ positio absolute sit ꝓpinquior substantie
inter omnia accidentia. sed ꝙ inter ꝑncipia assistentia proximius assistit

substantie. quantitas autem non enumeratur inter assistentia. sed inter simpliciter inherentia.

Sextum capitulum. De habitu

Habitus aũt est corpoꝝ ⁊ eoꝝ q̃ circa corp⁹ sunt adiacẽtia

In isto sexto ⁊ vltimo capitulo istius scdi tractatus determinat gilbertus de sexto ṗncipio quod est habitus. Et diuidit in duas ptes. In quarum ṗma determinat de habitu quo ad sua essentialia. In secunda quo ad sua accidentalia.

Querit Utꝝ habitus sit ṗncipium ab aliis distinctũ. Solutio ꝙ sic. qꝛ habet genera subalterna spẽs ⁊ indiuidua que ad nullum alioꝝ generum reduci possunt. genera eñ subalterna sunt vestitum esse armatum esse siue vestitio ⁊ armatio. Spẽs specialissime sunt tunicatio loricatio capitiatio Et indiuidua sunt. vt tunicatõ sortis loricatio platonis Et si dicatur habitus est qualitas de ṗma spẽ qualitatis. ergo nõ est distinctum ṗncipium vel p̃dicamentum. Ad hoc superius responsum est in capitulo de qualitate.

Definitio habitus.

Querit Quõ definitur habitus a gilberto in textu Solutio habitus est corpoꝝ ⁊ eorum que circa corpus sunt adiacentia ſm quem hec quidẽ dicuntur habere illa vero haberi. In illa eñ definitõne (adiacentia) ponit loco generis. Et dr (corpoꝝ) ad innuendũ subiectũ habitus ⁊ etiã cãm finalẽ. qꝛ oĩs habitus est ꝓpter opimentũ vel defensionẽ corpis. Et addit (⁊ eoꝝ que circa corpus sunt) ad explicandũ causam efficientem ⁊ quodãmodo materialẽ. Et additur ꝯsequẽter (ſm quem hec dicunt habere illa vero haberi) ad explicandũ specificatõnem habitudinis inter habens ⁊ habitũ. Illud eñ qđ dat figurã est habẽs Et illud qđ est figuram recipiens est habitum.

Ar Tunica est habitus ⁊ tamẽ nõ est adiacẽtia corporum ⁊ eoruꝫ q̃ circa corpus sunt. Solutio licꝫ tunica sit habitus materialiter seu fundamentaliter nõ tamẽ formaliter.

Querit Quotuplex est habitus. Solutio duplex. qꝛ q̇dã ẽ habitus totalis ⁊ q̇dã ꝑtialis. Et vterq꜃ est duplex. qꝛ vel est habitus cõis vel bellicus. Exemplũ de habitu totali cõi. vt vestitum esse tunicatũ esse. Exemplũ de habitu totali bellico. vt armatum esse loricatum esse. Exemplũ de habitu ꝑtiali cõi. vt capitiatũ eẽ calciatũ eẽ Exemplum de habitu ꝑtiali bellico. vt galeatum esse. Et dr gilbert⁹ ꝙ istis habitibꝫ nõ sunt simplicia nomina. id est ṗmitiua imposita q̇bus vocentur. sed eis fiunt nomina supple ab aliis deriuata. Et dicunt armatio ab armis calciatio a calcio ⁊ sic de aliis. Et ratio istius est. quia natura istius p̃dicamenti semꝑ consistit in pluribus scꝫ in habente ⁊ habito. ⁊ ergo nõ potuit speb̃us istius p̃dicamẽti simplex nomẽ ⁊ ṗuatiuum imponi sed nominantur nominibus deriuatiuis.

De ꝓprietatibus habitus.

Queritur Quot sunt ꝓprietates habitus. Solō ꝙ tres. Prima est ꝙ habitus suscipit magis ⁊ minꝰ ꝫm aliquem modum. Exempli grā armatū esse est habitus ⁊ tamen suscipit magis ⁊ minus. vt eques dicitur armatior pedite. ⁊ calciatior dicitur q̇ caligis ⁊ calcijs indutus est q̄ȝ ille q̇ est indutus calcijs tantum.

Arḡ Susceptio magis ⁊ minus causatur ex depuratōe ↄtrarij a cōtrario ⁊ ꝑmixtōne ↄtrarij cum ↄtrario. sed habitus nō habȝ cōtrarium vt patebit. ergo nō suscipit magis neqȝ minus. Solutio ꝙ habitus nō suscipit magis ⁊ minus ꝫm se ⁊ in esse suo substantiali. sed solum per accidens in ↄꝑatōne ad suum actum qui est defendere corpus a nocumentis extrinsecis.

Queritur Utrum ista proprietas conueniat omni habitui. Solutio ꝙ nō. quia vestitum esse est habitꝰ. et tamen nō suscipit magis neqȝ minus.

Queritur Quibus habitibꝫ ↄuenit ista ꝓprietas ⁊ q̇bus nō. Solutio ↄuenit illis habitibꝫ q̇ disponunt sua subiecta difformiter ad finem bn̄ essendi quales sunt habitus bellici totales ⁊ ꝑtiales. ⁊ habitus etiā cōes ꝑtiales. de habitibꝫ bellicis patȝ. qꝛ habitus bellici disponunt subiectū ad finem bene se habendi in fortitudine ⁊ resistentia inuasionum hostilium. sed hoc possunt facere ꝫm magis ⁊ minus. sicut eques armatior est pedite. de habitibus ↄmunibꝫ ꝑtialibus etiam patȝ. qꝛ illi disponunt ꝑtes organicas corꝑis inquātum sunt instrumenta exequendi aliquos actus speciales ipius anime. Et illi possunt melius ⁊ peius fieri. ergo illi habitus suscipiunt magis ⁊ minus. sicut magis calciatus est qui caligis ⁊ calcijs indutus est q̄ȝ ille qui vtitur calcijs tantum. Sed habitus totales vt uestitum esse tunicatum esse ⁊ similia nō suscipiunt magis ⁊ minus. quia nō disponunt difformiter subiectum suum ad finem bene essendi sed vniformiter ⁊ eodem modo.

Arḡ Ille qui mollibus vestitus est ⁊ foderatis videtur vestitior paupere taliter nō vestito. ergo habitus totalis suscipit magis ⁊ minus In signum cuius pħus scđo elenchoꝝ dt ꝙ boreas ledit pauperem et nō diuitem. Solutio ꝙ duplex est actus habitus totalis scȝ pm̄us ⁊ scđus. Actus primus eius est totum corpus tegere ⁊ operire ⁊ in illo actu nō cadit intensio ⁊ remissio. quia ita bene tegit corpus vestis detrita et vilis sicut mollis ⁊ foderata. Actus vero scđus est defendere corpus et protegere a nocumentis ↄmunibꝫ extrinsecis. sicut sunt frigus ⁊ estus et in scđo actu bene cadit intensio ⁊ remissio. ⁊ sic dicit pħs ꝙ boreas magis ledit pauperem q̄ȝ diuitem.

Contra Ex illo seq̄retur ꝙ habitus ꝑtiales etiam nō susciperent magis ⁊ minus. Seq̄la probatur. quia actus te

gendi cõuenit eis equaliter. Solutio neganda est ꝯsequentia. Et ratõ est. quia tegere conuenit differenter habitibus totalibꝫ ⁊ ptialibus. quia habitibus totalibus conuenit tanq̃ actus primus ⁊ principalis. sed habitibus ptialibus conuenit tanq̃ actus scđarius ⁊ minus pncipalis. Et ratio illius est. quia habitus ptiales pncipaliter sunt ordinati non vt tegant sicut habitus totales sed vt disponant sua subiecta ad ꝓprias suas actões. quia sicut ptibus debetur spẽalis figura. ita etiam eis debet̃ specialis opatio. ⁊ ad illam disponendum ⁊ habilitandũ ordinati sunt principaliter habitus partiales.

Secunda proprietas:

Queritur Que est scđa ꝓprietas habitus. Solutio ꝙ habitui nihil est ꝯtrarium. Et hoc probatur exemplariter. quia armatio nõ est contraria vestitõni vel calciatõni. quia si eẽnt contraria nõ possent esse simul in eodem quod tamen est falsum. q2 vnus et idem potest sil' esse vestitus armatus ⁊ calciatus ⁊ sic de alijs habitibꝫ.

Ar Uestitum esse ⁊ nudum esse videntur esse contraria. ergo habitui est aliquid contrarium. Solutio ꝙ illa nõ sunt ꝓprie contrarie opposita sed magis ꝓuatiue.

Tertia ꝓprietas

Querit̃ Que est tertia ꝓprietas habitus. Solutio ꝙ proprie proprium est habitui in pluribus existere scz in habente ⁊ habito.

Ar Impossibile est vnum ⁊ idem accidens esse in diuersis subiectꝫ ergo nõ est proprium habitui in pluribus existere. Solutio ꝙ habitus nõ est in illis pluribus vt in subiectis. sed est in vno vt in subiecto scz in habente ⁊ in alio vt in causa a qua trahitur habitus scz in habito.

Ar Existere in pluribus nõ conuenit soli habitui. ergo nõ est sibi proprie ꝓprium. Añcedens ꝓbatur. quia conuenit etiam relatõnibꝫ et q̇busdam q̃titatibus vt numero ⁊c̃. Solutio licz existere in pluribus ꝯueniat q̇busdam alijs tamen nõ ꝯuenit alijs eo modo quo ꝯuenit habitui. q2 habitus cõsistit in pluribus ꝓpter adiacentiã que est corpoꝝ ⁊ eorum que sunt circa corpus.

De modis habendi.

Querit̃ Quot sunt modi habẽdi quos ponit gilbertus. Solutio ꝙ quattuor. Primus sumit̃ ẜm alteratõnem vt habere qualitatẽ sicut albedinẽ vel nigredinẽ. Et dicit̃ etiã isto mõ habere ẜm q̃titatem. vt habere lõgitudinẽ. Et ẜm ꝯiunctõem hoꝝ duoꝝ vt habere albedinẽ in longitudine. Et si querat̃ quid sit habere albedinẽ in longitudine. dicit gilbertus ꝙ nihil aliud est q̃ albũ eẽ ⁊ longũ esse.

Sex principiorum gilberti.

¶ Scđus modus est quo aliquid dicitur habere sicut vas ⁊ modius dz
habere triticum. Et sic habere nihil aliud est q̄ꝫ ꝯstituere.
¶ Tertius modus est quo aliquid dicitur habere ſm partem vt habere
in mēbro sicut in digito habere anulum in aure, inaurē
¶ Quartus modus est quo aliquis dicitur habere vxorem. Et iste ē in-
solitus modus habendi. qꝛ isto modo habere nihil aliud est q̄ꝫ cohabita-
re. Et sic si p̄mus modus in duo subdiuidatur tunc modi habendi q̄ cō-
munius ꝯsueuerunt dici sunt quinqꝫ. Et fortassesunt aliqui alij modi ha
bendi, p̄ter istos. sed illi relinquunt diligēti inq̄sitori

Queritur Quare gilbertus nō enumerat hic om̄es modos quos posuit ph̄us in post p̄dicamentis. Solu
tio gilbert⁹ nō voluit hic om̄es enumerare. sed solum illos qui ꝯueniunt
magis sex p̄ncipijs. ⁊ tales sunt isti ergo ⁊c.

Tertius tractatus

Dicitur autem magis ⁊ minus suscipere tripliciter. Aiunt
enim quidam.

Iste est tertius ⁊ vltimus tractatus istius libri in quo Gilbertus de-
terminat de quodam ꝯsequente naturā sex p̄ncipiorum quod est suscep-
tio magis ⁊ minus. Et diuiditur in tres partes. In quarum p̄ma nomi
nat opiniones antiquorum. In scđa ponit opinionem ꝓpriam Et in tertia
mouet aliquas dubitatōnes. p̄ma in duas. qꝛ p̄mo nominat illas opinio
nes. ⁊ scđo improbat.

Queritur Quare gilbertus finaliter in isto libro determi nat de susceptōne magis ⁊ minus. Solutio
qꝛ superius in libro p̄dicamentorum ⁊ etiam in isto libro sepe dictum est
q̄ꝛ aliqua accidentia suscipiunt magis ⁊ minus ⁊ aliqua nō ⁊ q̄ꝛ nulla sub-
stantia suscipit magis ⁊ minus. Et ergo quia nullibi adhuc dictum est
quō fit susceptio magis ⁊ minus. ergo gilbertus pro ꝯplemento doctri-
ne ostendit hic quō causatur susceptio magis ⁊ minus ⁊ que accidētia su
scipiunt magis ⁊ minus ⁊ que non.

Queritur Quot fuerunt opiniones antiquorum de suscep tione magis ⁊ minus. Solutio q̄ꝛ tres. Pri-
ma opinio fuit q̄ꝛ susceptio magꝫ ⁊ min⁹ causaret ex cremēto vel decremē
to subiecti. ita scꝫ q̄ꝛ illud accidens dicitur suscipere magis ⁊ minus cuius
subiectum potest maiorari vel minorari. Sed illam opinionem repro-
bat gilbertus tribus ratōnibus. Prima est. quia si sic causaretur suscep-
tio magis ⁊ minus tunc sequeretur q̄ꝛ substantie possent suscipere magis
⁊ minus. quod tamē falsum est ⁊ ꝯtra ph̄m in p̄dicamentis. Scđa pro-

batur. q2 substātie suscipiunt crementū ꝛ decrementū.

¶ Secunda ratio est. quia susceptio magis ꝛ minus conuenit illis que nō sumunt crementum vel decrementum. sed hoc non fieret si susceptio magis ꝛ minus causaretur ex cremento vel decremento subiecti. ergo seq̄tur ꝙ nō sic causatur. Maior patz. quia lapis nō suscipit augmentum vel decrementum. quia nihil augetur nisi viuum. ꝛ tamen lapis ꝯpatur equo dicendo equus est maior vel minor lapide. Etiam vnus mons dicitur maior vł minor alio monte ꝛ tñ neuter crescit vł decrescit. ḡ ꝯparatio ſm magis et minus nō est penes crementum vel decrementum subiecti.

¶ Tertia ratio margarita dicitur albior equo ꝛ tamen margarita nō est maior equo imo equus habet vnum pedem album maiorem tota margarita. ergo sequitur ꝙ susceptio magis ꝛ minus nō causatur ex magnitudine vel paruitate subiecti.

Queritur Que fuit secunda opinio. Solutio secunda opinio fuit ꝙ susceptio magis ꝛ minꝰ causaretur ex magnitudine vel ꝑuitate forme. vnde volebant isti ꝙ forma accidentalis in subiecto posset crescere ꝛ decrescere. Sed illam opinionem reprobat gilbertus ꝛ dicit ꝙ hoc nō potest etiam dici. Et ratio illius est. quia si sic tunc sequeretur ꝙ homo vel equus vel quodcunq̄ aliud album magnuz diceretur magis albuz q̄ȝ margarita. quia maior quantitas albedinis accidit equo q̄ȝ margarite. Etiam seq̄retur ꝙ albedine crescente ꝛ nō subiecto posset albedo ꝓtendi vltra suum subiectū qđ est impossibile.

Querit̃ Que fuit tertia opinio. Solutio tertia opinio que ꝯplectebatur ambas p̄cedentes. fuit ꝙ susceptio magis ꝛ minus causaretur ꝓpter vtrāq̄ causam scȝ ꝓpter crementum ꝛ decrementum subiecti ꝛ etiam forme Et illam opinionem relinquit gilbertus satis reprobatam ex duabus alijs.

Querit̃ Que est vera ꝛ propria opinio gilberti de susceptōe magis ꝛ minus. Solutio vult ꝙ forme accidentales q̄ substantie adueniunt designantur proprijs nominibus. ꝛ ergo magis et minus suscipiunt ſm maiorem vel minorem accessum ad veraȝ nominis impositōeȝ. Et hoc sic ostendit. quia oīs impositio nominis est a forma et ergo nomē significat puram formam seu formam in sua puritate. sicut album significat coloratum pura albedine. Et ergo illa que prime impositōi nōis sunt ꝓpinquiora magis attingunt simplicitatem ꝛ puritatem illius forme ꝛ dicuntur cum magis de illis ꝛ illa que a prima impositōne sunt magis remota minus attingunt puritatem talis forme ꝛ cum minꝰ de illis etiam dicuntur. Exempli gratia albius dicitur ꝙ nature ꝑcate ꝑ per album in similitudine est ꝓpinquius ꝛ minus album quod tali nature est dissimilius. album vero simpliciter dicitur in quo est pura albedo Et istud habet veritatem in omnibus formis que cum magis ꝛ minus predicantur.

Queritur Quot dubitatōnes mouet Gilbertus. Solutio duas. Prima est quare substantie non cō

pantur fm magis ⁊ minus. ita bene sicut quedam accidentia vt qualita-
tes actio ⁊ passio ⁊ quidam habitus. Solutio gilberti ꝙ hoc propte-
rea contingit. quia nomina substantiarum sunt imposita in termino vltra
quem impossibile est progredi.

¶ Secunda dubitatio Quare est ꝙ quedam accidentia etiam non sus-
cipiunt magis ⁊ minus. sicut triangulus quadrangulus ⁊ similia So-
lutio gilberti est ꝙ eadem causa est etiam in illis. quia scꝫ impositio nomi-
nis in illis etiam est facta in termino vltra quem progredi est impossibile
Et probat Gilbertus a signo. quia in his que compantur ⁊ suscipiunt
magis ⁊ minus. si aliquid notat compatōnem in termino hoc non potest
amplius compari. Sicut manifeste videmus in superlatiuis. quia albissi-
mus non potest amplius compari fm magis ⁊ minus nec nigerrimus qꝛ
omnia illa per superabundantiam dicuntur ⁊ vni soli conueniunt. nã im-
positio superlatiuorum facta est in termino terminus autem est indiuisi-
bilis ⁊ vlterius porrigi non potest. Qꝫ autem terminus non potest vlte-
rius porrigi. quia est indiuisibilis hoc sic ostendit. quia si omnes puncti cō-
iungerentur nullam facerent magnitudinem. eo ꝙ punctus puncto com-
positus nihil auget. Consequenter Gilbertus in fine narrat quasdaꝫ
falsas opiniones de generatōne quomodo fiat ⁊ quid sit eius subiectum
et quomodo distinguitur ab aliis mutatōnibus. sed quia late materia il-
la discutitur in primo libro de generatōne ⁊ corruptōne arestotelis. ibi
videatur. Et tantum de libro sex principiorum gilberti sententialiter et
repatiue dictum sufficiat.

Expliciunt repationes sex principiorũ Gil-
berti Porritani. Sequuntur reparationes
libri Peribermeniarum Arestotelis

Q[uestiones]reparationes

Circa initiũ libri perihermenias arestotelis.

¶ Queritᷣ pͥmo. Que est ratio ordinis istius libri ad pcedẽtes ⁊ sequẽtes. Solutio rõ ordinis sumitᷣ ex opatõibꝫ nostri intellectus. qꝛ prima opatio intellectus pcedit scd̃am. ⁊ scd̃a terciam. ergo liber p̄dicabiliũ ⁊ p̄dicamẽtoꝝ pcedunt hunc libꝝ perihermenias. ⁊ iste liber ꝯñr omes alios libros noue logice. ꝯña tenet qꝛ in libris p̄dicabiliũ ⁊ p̄dicamẽtorum determinatᷣ de simplicibꝫ q̄ dirigunt intellectũ nostruꝫ in pͥma sua opatõne. Et in isto libro de simpliciũ ꝯpõne ⁊ diuisione q̄ dirigunt intellectum nostꝝ in scd̃a opatõne. In libris vero noue logice de discursu seu de totali argumẽtatõne q̄ regulat intellectũ nostrũ in tertia opatõe.

Ar[guitur] Tractatus Pe. hys. correspõdẽs isti libri est pͥmus in ordine tractatuũ. ergo etiam iste liber deberet eẽ pͥmus oĩm libroꝝ logice. Solutio negãda est ꝯña. qꝛ arestoteles in ordine libroꝝ obseruat ordinem nature quo simpliciora sunt pͥora. sed petrus hyspanus obseruat ordinem discipline ⁊ quo ad nos quẽ sciuit iuuenibus primo in logica imbuendis magis congruere.

Queritᷣ Quis est titulus istius libri. Solutio incipit liber perihermenias arestotelis. i. liber de interp̄tatõe. Naz perihermenias dr̃ a peri qđ est de ⁊ herimenias interp̄tatiõis. quasi liber de interp̄tatõnis. more greco q̄ carẽtes ablatio vtuntᷣ gtõ loco ablatiui

Queritᷣ Quod est subiectũ istius libri Solutio alberti Q[uod] interp̄tatio. Et rõ illius est. qꝛ illud est subiectũ. ꝯmune alicuius scie quod sub se ꝯtinet oĩa ꝯsiderata in tali scia. Sed interp̄tatio in ista scia est hmõi. ergo est hic subiectum. Minor patz. qꝛ q̄libet vox ꝑ se s̄catiua siue sit cõplexa siue incõplexa est interp̄tatio sicut patz ex definitõe interp̄tatõnis. definitᷣ em̄ sic a boetio ꝙ interp̄tatio est vox ꝑ se s̄cans aliq̇d siue sit nomẽ siue verbum siue oratio siue enũciatio. Et dñs albertus definit eam sic. Interp̄tatio est expositio rei ꝑ oẽm modũ quo exponi p̄t siue in ꝑte siue in toto siue vl'r siue ꝑticulariter siue finite siue infinite siue vna oratõe siue nõ vna.

Arguitᷣ Enũciatio est hic subiectũ. ergo nõ interp̄tatio Añs patz. qꝛ oĩa q̄ hic ꝯsideranᷣ attribuunᷣ enũciatõni. Solutio ꝙ nõ oĩa q̄ in hoc libro determinanᷣ ꝯueniunt enũciatiõi s̄m ꝙ enũciatio est. ⁊ ergo lꝫ enũciatio sit bñ subiectũ pͥncipalitatis istius scie seu id de quo potissime est ista scia. tñ melius inscribitur iste liber de interp̄tatõne tanq̃ꝫ de subiecto q̃ꝫ de enũciatõne

Queritᷣ Quõ diuiditᷣ iste liber. Solutio pͥma sui diuisione diuiditur in duos libros ꝑtiales. In quoꝝ pͥmo determinatur de enũciatõne s̄m se ⁊ ꝑtibꝫ suis ⁊ vna ꝯtrarietate q̄ est oppositio.

In secũdo vero determinatur de alijs proprietatibus eius. Primus liber subdi-
uiditur in tres tractatus. In primo determinatur de partibus enũciatõis. In se-
cũdo de ipsa enũciatõe. Et in tercio de passione enũciatõis que est opposi-
tio. Primus tractatus hz quatuor capitula. In quorum primo determinat de
partibus remotis enũciatiõis. Et diuiditur in duas partes. quia primo ponit or-
dinem dicendorum siue moduz procedendi. In secũda prosequitur intentum
Unde primo ponit istã propõnem prohemialem.

¶ Propositio prohemialis

¶ Primũ oportet constituere quid sit nomẽ et quid verbũ. post-
ea quid negatio et affirmatio. et enũciatio. et oratio

¶ Et dz sic exponi (oportz). i. neccãrium vel expediens est (primuz) id est
in principio istius sciẽ (constituere). i. definire seu declarare (quid sit nomẽ et quid
verbũ) supple que sunt partes integrales enũciationis (postea quid negatio et af-
firmatio) que sunt partes subiectiue siue spẽs eius. Et suppe deinde opor-
tet constituere (quid sit enũciatio) de qua hic principaliter intenditur (et quid
oratio) supple que est genus enũciationis

Arguitur Nomẽ et verbũ sunt constituta a grãmatico. ergo nõ oportz ea hic cõ-
stituere. sicut dicit ista propositio Solutio. licet nomen et verbũ sint bene
instituta a grãmatico ad construendum. nõ tamen sunt constituta logica constitutione
per quã efficiũtur partes enũciatiõis.
¶ Et si dicatur nomen et verbũ sunt incõplexa. ergo de eis nõ debet hic determi-
nari. quia hic agitur de his que regulant intellectũ nostrũ in secũda eius operati-
one. Solutio. licet in hoc libro principaliter determinetur de his que regulant in-
tellectũ nostrũ in secũda eius operatione. potest tamen de alijs bene determinari mi-
nus principaliter. inquantũ ad principale consideratũ reducũtur. et sic est de noĩe et
verbo. quia reducũtur ad enũciatõem sicut partes integrales ad suũ totũ

Queritur Quare in ista propõne prohemiali preponitur negatio affir-
mationi Solutio alber. quod rõ illius est. quia philosophus intendit
hic determinare de enũciatõe cuius principalis passio est oppositio. sed nega-
tio est complementũ oppositionis. quia licet oppositio sit inter affirmatiõem et
negationem equaliter. tamen nõ completur nisi in negatõe. et ergo negatio prepo-
nitur hic affirmationi

Arguitur Sicut enũciatio diuiditur in affirmatõez et negatiõem. ita diuiditur in
cathegoricã et hypotheticã. ergo illa mẽbra fuissent hic enumera-
ta sicut affirmatio et negatio Solutio. quod enũciatio cathegorica satis innuitur
per affirmatõem et negatõem. sed enũciatio hypotetica non debuit hic enu-
merari. Et rõ est. quia illa nõ hz neccitatem absolutã sed necessitatẽ dependẽ-
tem ex neccitate suaruz partium. Et ergo quia iste liber finaliter ordinatur ad
demonstrationẽ ad quam requiritur absoluta necessitas. ideo hic nõ fit ser-
mo de enũciatione hypotetica

Queritur Quare enũciatio preponitur oratõi in propositiõe ista pro-
hemiali. cũ tamen orõ sit genus enũciatiõis Solutio. licz enũ

oratio sit genus enũciationis. et ꝑ ꝯñs ꝑor ea ẜm ordinē nature ⁊ simplici-ter. tñ enũciatio hic preponitur ẜm ordinē intentionis ad innuendũ ꝙ enũciatio sit hic ꝑncipal'r intēta existens subiectuꝫ ꝑncipallitatis cuiꝰ principia et passiones in hoc libro determinãtur

¶ Pars executiua

¶ Sũt ergo ea que sunt in voce earũ q̄ sunt in aĩa passionuꝫ note. et ea que scribũtur eorũ que sunt in voce

Querit Q̃ꝰo docet phs in ꝑte executiua ꝑmo constituere seu definire nomen ⁊ ꝟbuꝫ ẜm ordinē iam ꝓmissum in ꝓhemio Solo. anteq̃ꝫ assignet definitiões ꝑus inuestigat membra ponēda in definitõib; eoꝝ. Unde inuestigat tria mēbra. Primum est vox ẜcatiua. Secũdũ est vox ẜcatiua ad placitũ. Et terciũ vox incõplexa.

Querit Q̃ꝰo inuestigat ꝑmũ mēbꝝ. Solo. ꝑ istã ꝓpõnem Sũt ẜ ea ⁊c̃. q̄ dꝫ sic exponi (ea q̄ sunt in voce). i. voces ẜcatiue que sunt in voce sicut spẽs in genere (sunt note). i. signa (eaꝝ passionũ). i. ꝯceptuũ (q̄ sunt in aĩa. et ea que scribũtur). i. scripta sunt note (eoruꝫ que sunt in voce). i. vocũ ẜcatiuarũ.

Querit Quot tangũtur in ista ꝓpositõne Solo. quatuor. ꝑ ordinē. scꝫ res que hic subintelliguntur passiones aĩe seu ꝯceptus. voces. ⁊ scripta. Que sic dr̃ñt. q: res sunt signata tm̃. q: ẜcant ꝑ ꝯceptus ⁊ nihil aliud ẜcant. et scripta sunt signa tm̃. q: ẜcant voces. sed ꝑ nihil aliud ẜcant. ꝯceptus vero ⁊ voces sunt signa ⁊ signata simul respectu diuersoꝝ. ꝯceptus eñ sunt signa rerũ ⁊ signata vocũ. et voces sunt signa ꝯceptuũ ⁊ signata scriptoꝝ. Ibi eñ notandũ est ꝙ inter ista quatuor ꝑe esse duplex ordo. vnus in ẜcando. ⁊ sic scriptũ est ꝑmuꝫ. deinde vox. tercio ꝯceptus. ⁊ quarto res ad extra. Alius est ordo in essendo. ⁊ sic econtra res ad extra est ꝑma. deinde ꝯceptus. tercio vox. ⁊ vltimo scriptũ.

Ar̃ Voces ẜcant res. ergo male dr̃ in ista ꝓpõne ꝙ ẜcãt passiones aĩe vel ꝯceptus. Añs ꝓbatur. q: illud ẜcatur ꝑ vocem cuius intellectus ꝯstituitur. sed ꝑ vocem ꝓlatã nõ ꝯstituit̃ intellectus passionis aĩe sed rei. ergo. Et hoc ꝯfirmat̃ ꝑ Aresto. ꝑmo elenchoꝝ. vbi dicit ꝙ res ad disputationē ferre nõ possumus. ideo noĩb; ꝓ reb; vtimur. ⁊ nõ dicit ꝓ ꝯceptib; Solo. ꝙ dupl'r aliq̃d ẜcatur per vocem. Uno mõ imediate ⁊ tanq̃ꝫ ẜcatum minus ꝑncipale ⁊ quo. et sic ꝑ vocē ẜcatur ꝯceptus. Alio mõ mediate ⁊ tanq̃ꝫ ẜcatum ꝑncipale ⁊ quod. ⁊ sic ꝑ vocem ẜcatur res ad extra. ꝑmo mõ de voce loq̃tur hic phus in ista ꝓpõne. sed secundo mõ loquit̃ de ea secũdo elenchoꝝ ⁊ alibi. vt ꝓtendit argumentũ.

¶ Contra. ex isto sequeret̃ ꝙ oĩs vox ẜcatiua esset equiuoca. sed hoc est falsum. ergo illud ex quo sequitur. Sequela ꝓbat̃. q: ẜcaret plura. scꝫ rem et ꝯceptum que in nullo vno ꝯueniunt Solo. ad hoc ꝙ aliqua vox vel dictio dicat̃ equoca nõ sufficit ꝙ plura ẜcet. sed ꝙ plura ẜcet equaliter ⁊ diuersis actib; ẜcandi. sed sic nõ est in ꝓposito. q: vox ẜcatiua vno ⁊ eodē ac-

tu ſcandi ⁊ etiā vnica impōne ſcat rem ⁊ ꝯceptuꝫ.rem tanq̄ ſcatum ꝑn
cipale ⁊ quod.et ꝯceptum tanq̄ ſcatum minus ꝑncipale ⁊ quo.vel poſſet
dici ꝙ vox pꝛopꝛie non ſignificat rem ⁊ conceptum ſed rem ſub conceptu
vel rem conceptam

Querit̄ Quō phus inueſtigat ſecūdū membꝝ ponendū in de-
finitōe nois ⁊ verbi Solꝰ dt ſic.ꝙ quēadmodū litte
re nō eedē ſunt apud oēs hoies .ita nec voces eedem ſunt apud omnes
Sed quia poſſet aliq̄s dubitare quō tūc habent ſe cōceptus ſeu paſſiones
anime ⁊ res. Ad hoc rūdet phus ⁊ dt ꝙ ꝯceptus quoꝝ voces ſunt ſig-
na ſunt idem apud oēs homines ⁊ res etiam que ſcant per ꝯceptus ſeu
paſſiones anime eedem ſunt. Et quia poſſet aliq̄s querere cōſequēter q̄d
eſt cōceptus. Dicit phs ꝙ de illis dictum eſt in his que ſunt de aīa.id eſt
ꝓpoſitū ſuū eſt ꝙ de illis velit determinare in libꝛo de aīa. qꝛ de illis deter-
minare nō eſt pꝛeſentis negotij.ſed altioꝛis. Ex iſtis ergo pꝫ quō aliq̄ ſtꝫ
voces ſcatiue ad placitū q̄ nō ſcant idem apud oēs hoies.

Querit̄ Que eſt rō diuerſitatis quare ꝯceptus ſunt ij dē apud
oēs hoies ⁊ nō voces nec littere Solꝰ.rō eſt iſta.qꝛ
ꝯceptus ſunt ſimilitudines naturales ipſarum rerū. qꝛ ſunt impꝛeſſiones
facte in anima ꝯfoꝛmiter a reb ad extra.ſed natura eſt ad vnū determina
ta.ergo ꝯceptus ſunt idem apud oēs.ſed voces ⁊ littere non ſunt ſimi-
litudines naturales.nec ſcant ipſas res vel conceptus ratione alicuiꝰ cō-
foꝛmitatis.ſed ratione humane inſtitutionis.et quia illa non eſt eadē apud
omnes ſed alia ⁊ alia apud diuerſos.ergo etiam voces ⁊ littere non ſunt
eedem vnde alias voces ⁊ litteras habet grecus.alias habet latinus. ⁊ ali
as habet hebꝛeus

Ar̄. Iſta vox homo eſt eadem a quocūq̄ pꝛoferatur.ergo male dici-
tur ꝙ voces non ſunt eedem apud omnes Solꝰ. illa vox ho
mo poteſt dupliciter ꝯſiderari. Uno modo vt res quedam eſt. ⁊ ſic bene
eſt eadē apud omnes. Alio mō in rōne ſigni. ⁊ ſic nō eſt eadeꝫ apud oēs
qꝛ homo nō idem apud oēs ſignificat.

Ar̄ Diuerſi habent de eiſdem reb diuerſas ſcientias ⁊ iudicia.ſed
ſcientie ⁊ iudicia de reb ſunt per ꝯceptus.ergo videtur ꝙ conce
ptus non ſunt ij dem apud omnes Solꝰ.ꝙ licet ſcientie ⁊ iudicia ꝯple-
xa poſſint eſſe diuerſa de eiſdem rebus.tamen conceptus ſimplices et in-
complexi ſunt ſemper idem apud omnes.vnde per conceptus intelligun-
tur in pꝛopoſito ſimplices conceptus ⁊ non conceptus complexi vel com-
plexa iudicia

Querit̄ Quomodo inueſtigat phus terciū membꝛū ponendū
in definitione nominis et verbi Solꝰ. dicit ꝙ quem
admodū in aīa eſt duplex intellectus ,quidam ſcꝫ ſine vero ⁊ falſo qui vo-
catur incomplexus .et quidam cum vero ⁊ falſo qui vocatur conceptus
complexus.ita etiam duplex eſt vox ſignificans talem conceptum.ſcꝫ incō
plexa ⁊ complexa.

Querit͂ Quod est correlariũ qȝ infert phus ex hoc. Solo. infert ꝙ noĩa ꝛ ꝟba sunt intellectui simplici qui est sine vero ꝛ falso ꝓportionata. i. noĩa ꝛ verba sunt voces incõplexe ꝛ ſcant simplices ꝯceptus intellectus sine vero ꝛ falso. Et hoc probat ꝑ locum a maiori quia si nomen ſm se sumptũ esset ꝓportionatuȝ intellectui ꝯponenti ꝛ diuidenti qui significat cum vero ꝛ falso. hoc maxime esset verũ de noĩe ꝯposite figure. sed hoc non. quia hircoceruus est nomen ꝯposite figure. ꝛ tñ non significat verum vel falsum nisi addatur esse vel non esse simplr̃ vel ſm tẽpus. ergo seq̃tur ꝙ multo minus nomẽ simplicis figure dȝ ſcare cum vero vel falso. et ꝑ ꝯsequens omne nomen ꝛ verbum est ꝓportionatum intellectui simplici qui est sine vero ꝛ falso

Querit͂ Quare dicit͂ ibi nisi addatur esse vel nõ esse simplr̃ vel ſm tempus Solo. qꝛ dictũ est ꝙ in simplici ꝛ incomplexa voce nõ p̃t verũ vel falsum ſcari. ergo necessariũ est ꝙ nomini addatur aliquod p̃dicatũ ꝛ hoc ſcat esse vel nõ esse simplr̃ vel ſm tẽpus. Simpliciter quidẽ quãdo inest subiecto ſm seipsum ꝛ semper. sicut patȝ dicendo. homo est animal. Et ſm tempus quãdo subiecto addit͂ predicatuȝ qȝ non ꝯuenit subiecto semꝑ sed ꝯtingẽter pro aliquo tp̃e ꝛ aliquo nõ. vt ptȝ dicendo. hõ currit. et sic exponit dñs Albertus illa verba Arestote. ꝛ dr̃ ꝙ ille sit melior intellectus textus

Querit͂ Quot diuisiones vocis possunt elici ex dictis Solo ꝙ tres. Prima est diuisio vocis in ſcatiuã ꝛ nõ ſcatiuam Et illa elicitur ex p̃ma parte textus in qua dr̃. Sunt ergo ea que sunt in voce earum que sunt in anima passionũ note. ¶ Secũda est ꝙ vocũ significatiuaꝝ alia est significatiua ad placitum. alia naturaliter. et illa trahit͂ ex alia parte quãdo dr̃. Et quẽadmodũ nec littere omnibꝫ eedem sunt sic nec eedem voces. ¶ Tercia est diuisio vocis ſcatiue ad placitũ in ꝯplexã et in incõplexam. que trahitur ex textu postea vbi dr̃. Est aũt quemadmoduȝ in anima ꝛc. Et de istis diuisionibꝫ et definitionibꝫ membrorum multa plane satis habentur apud Petrũ hyspanũ

¶ Secũdũ capitulum.

¶ Nomen ergo est vox significatiua ad placitum sine tp̃e ꝛc.

¶ In hoc secũdo caplo determinat phus de p̃ma parte enũciationis scilȝ de noĩe. qȝ fit subiectũ in enũciatione. Et diuiditur in tres partes. In prima pte ponit definitõem noĩs In secũda determinat eã Et in tercia remouet quedã a ꝯsideratõe dyalectici

Querit͂ Quare phus p̃us determinat de noĩe q̃ȝ de verbo. Solo. rõ illius est. qꝛ id de quo aliquid enũciat͂ p̃us est eo qȝ enũciatur de alio. sed nomen est illud de quo aliquid enũciatur et verbum id quod enũciatur de alio. ergo nomen est ante verbum. et ꝑ ꝯsequens phus etiam p̃us determinat de nomine q̃ȝ de verbo. Preterea ens est ante esse. sed nomen habet se vt ens. qꝛ ſcat ꝑ modum substantie a qua

greditur actus ꝛ verbū habet se vt esse. quia verbū significat per modum
actus qui a substantia egreditur. ergo.

Arḡ Forma est ante materiā. sed verbū in enūciatione hꝫ se ꝑ modū
forme ꝛ nomē ꝑ modū materie. ergo verbū deberet p̄cedere no-
men Solō. licet forma sit ante materiā ſm viam ꝑfectionis. tn̄ ſm viā
generatōis ecōtra materia est ante formam. ꝛ illum ordinem obseruat hic
philosophus.

¶Definitio nominis

Querit Quid est nomen Solō. nomen est vox ſcatiua ſm
placitum sine tpe cuius nulla pars est ſcatiua separata
Et in illa definitōe ponitur vox loco generis. Et ſcatiua dicit ad differen
tiam vocis nō ſcatiue. qꝛ talis non est nomen. eo ꝙ per eam non potest ali-
quid interpretari vel enūciari. vt bu ba baff biltrix. Ad placitū dicitur. ad
differentiā vocis ſcantis naturaliter. sicut sunt voces brutoꝝ animalium
qꝛ ille etiam nō sunt nomina ꝓpter eandem causam iam dictā. Sine tem
pore dꝛ ad differentiā verbi quod significat cum tempore. Et finaliter ad
ditur. cuius nulla pars separata aliquid significat. ad differentiā oratōnis
cuius partes separatim aliquid ſcant.

Arḡ Nulla materia p̄t predicari de suo materiato. sed vox est mate-
ria nois. ergo nō p̄t p̄dicari de noie Solō. ꝙ vox in definitōe
nois nō ponitur vt materia sed vt genus. Unde dicit albertus. Si q̄s di
cat ꝙ in definitione nois vox ponat vt genus non errat. Uel p̄t dici ꝙ est
duplex materia. scꝫ naturalis ꝛ artificialis. iam licet materia naturalis nō
possit p̄dicari de suo materiato. qꝛ illa est altera pars ꝯpositi. tamē bn̄ ma
teria artificialis. qꝛ illa est tota substātia sui materiati. ꝛ sic est in ꝯposito. qꝛ
vox est materia artificialis nois. ¶ Et si dicat. vox formatur naturalibꝫ in-
strumentis. ergo est naturalis. Solō. licet vox sit bene ens naturale. qꝛ est
ens quod fit naturalibꝫ instrumentis, tn̄ non est materia naturalis sed ar
tificialis ipsius nominis. A simili licet lignū sit ens naturale. nō tn̄ est ma-
teria naturalis sed artificialis ipsius scamni

Arḡ Nomē nō est vox ſcatiua. Probat assumptū. qꝛ ex nō ſcatiuis nō
fit significatiuū. sed nomen ꝯponit ex non ſcatiuis. ergo nomē nō
est significatiuū. Minor patet. quia nomen componit ex litteris ꝛ syllabis
Solō. ꝙ ex nō ſcatiuis simpl'r actu ꝛ aptitudine non fit ſcatiuū. sed tn̄
ex non ſcatiuis actu. ſcatiuis tamen potentia bene fit ſcatiuū. ꝛ sic est in ꝓ
posito. qꝛ licet littere ꝛ syllabe actu nihil ſcant. ſcent tamen aptitudine in-
cꝫtum ꝯpōne earū adinuicē fit ſcatiuū

Arḡ Uox nō ſcatiua p̄t esse nomen apud dyalecticuꝫ. ḡ male excludit
ab ista definitōe. Añs ꝓbatur. qꝛ bu est vox nō ſcatiua ꝛ tn̄ p̄t eē
nomen. qꝛ p̄t esse subiectū enūciatiōis. vt patꝫ dicendo bu est vox dissylla-
ba Solō. nō oportet subiecta enūciationū semꝑ esse noia. qꝛ ꝟba p̄nt eē
subiecta enūciationū. vt pꝫ dicendo seruire deo est regnare. sꝫ satis ē ꝙ sup-
pleant vicē nominū. Uel p̄t dici ꝙ vox non ſcatiua sicut bu vel ba p̄t bene

esse subiectũ ꝓpõnis. sed nõ pt esse subiectũ enũciatõis

Ar In ista definitione ponit particula negatiua. g nõ est bona. Añs pbat. q2 d2 sine tpe Solo. q p illã particulã negatiuã datur intelligi vna affirmatio vel vna pticula affirmatiua que est q nomen fcat rẽ suã p modũ habitus 7 qetis. 7 nõ p modũ fluxus 7 fieri sicut ꝟbũ

Ar Nomen fcat cũ tpe. g male ponit in illa definitõe sine tpe. Añs pbat. q2 annus dies mensis sunt noĩa 7 fcant cũ tempore. Solo q nomen fcat bene tẽpus sed non fcat cũ tpe. Vñ drña est inter fcare tẽp9 et fcare cũ tpe. Nam fcare tẽpus est ex pncipali fcato importare tẽpus vt annus dies 7c. Sed fcare cũ tpe est pter pncipale fcatũ ↄnotare aliquam certam drñam tpis. vt amo lego 7c. Amo em̃ preter pncipale significatum quod est actus amandi ↄnotat presens tempus. quia significat actũ amãdi fieri in presenti tempore

Querit Circa secũdam partẽ capli. quõ phus in textu declarat pdictam definitionem nominis Solo. declarat eam pcipue quo ad duas pticulas. pmo quo ad vltimã pticulaz. que dicit q ptes noĩs separate nihil fcant. Secũdo quo ad illaz particulã qua d2 q nomen est vox fcatiua ad placitũ

Querit Quõ ostendit phus q ptes noĩs separate nihil fcant. Solo p locũ a maiori. q2 si partes alicuius noĩs separate aliqd fcarent maxime esset hoc verum in noĩe cõposite figure. sed hoc nõ. ergo partes noĩs nihil fcant separate. Minorem probat exemplariter de illo nomine ↄposite figure equiferus. q2 hec pars ferus per se nihil fcat queadmodũ fcabat in toto 7 queadmodũ fcat quando est pars hui9 orationis que est equus ferus. ¶ Sed quia posset aliquis dubitare an tũc eodem modo dicendũ est de partib9 nominis composite figure 7 simplicis figure. Ad hoc respondet phus et dicit q non. q2 in nominib9 simplicis figure partes nullo mõ sunt fcatiue. necq̃ fm veritatem necq̃ fm apparẽtiã Sed in noĩb9 ↄposite figure q̃uis partes nihil fcent volũt tñ aliqd fcare. fm apparentiã. quia sunt dictiones.

Querit Quare dt q ptes noĩs ↄposite figure sepate nihil significant quemadmodũ fcabant in toto Solo. q2 licz partes taliuz nominũ separate a suis totis fcent aliquid vt sunt quedam dictiones per se. nõ tamen fcant aliquid vt partes. Et rõ illius est. q2 significatio nõ est data partib9 sed toti nomini. licet em̃ aliquãdo nomen imponat a plurib9 tñ omne nomen est impositum ad fcandũ vnũ simplicem ↄceptũ vnius rei. Et ergo in noĩe ↄposite figure vna pars nomĩs non fcat vnã partẽ ↄceptionis. 7 alia pars aliã partem. sed om̃es partes simul iũcte fcant vnũ ↄceptum vnius rei ad quam fcandam totum nomen est impositum. Et simile huius dat Albertus de volatu. quia sicut volatus nõ ↄuenit aui gratia vnius ale tm̃. nec gratia alterius tm̃. sed cõuenit toti aui gratia vtriusq̃ simul. ita etiã prima pars fcationis non conuenit pme pti noĩs ↄposite figure 7 secũda pars secũde. sed toti nomini ↄuenit totũ fca-

tum. Exempli gratia hoc nomē equiferus nō est impositū ad hoc vt vna pars eius sſcet equū et alia feritatem. sed totū nomen impositū est equo a qualitate feritatis immixte nature equine. et quia illa pars ferus separata nō sſcat feritatē vt īmixtam. ideo pꝫ hoc qd̄ dictū fuit. scꝫ ꝙ partes separate nihil sſcant sicut sſcabant in toto

Querit Quō ostendit phus ꝙ nomen sſcat ad placitū Solō qꝛ nomen nō sſcat naturaliter. ergo sſcat ad placituꝫ. Et ꝙ nomen non sſcet naturaliter. hoc pbat phus duplr̄. Primo qꝛ tūc soluꝫ nomen sſcat quando est nota alicuius ꝯceptus. sed non est nota alicuiꝰ cō ceptus nisi ad placitum instituentis. ergo nomē sſcat ad placitum. Secūdo qꝛ soni illitterati ferarū sſcant passiones taliū ferarū. scꝫ iram vel gaudium. ꝛ tñ nō sunt noīa. et hoc ꝓpterea. qꝛ sſcant illas passiones naturaliter. g̃ sequitur ꝙ nomen non sſcat naturaliter

Ar Si nomen sſcaret ad placitū sequeret̄ ꝙ sſcatio noīs posset variari. et hoc videtur incōueniens. ergo. Sequela patꝫ. qꝛ placituꝫ hominis est variabile Solō. ꝙ nomen nō sſcat ad placitum cuiuscūqꝫ. sed ad placitum pͥmi instituentis. ꝛ hoc placitū non variat̄. sed manet eius autoritas apud oīes posteriores suo placito se ꝯformantes

Querit Quare nomē magis dꝛ significare ad placitū pͥmi instituentis q̄ȝ ad volūtatem Solō. dꝛña est inter placitum ꝛ volūtatem. volūtas eñ incipit ab intra ꝛ terminat̄ ad extra. sed placitum hoc econtra incipit ab extra ꝛ terminat̄ ad intra. qꝛ ergo pͥmus instituens instituit nomen ad sſcanduꝫ motus aliqua ꝓprietate rei ad extra ideo dꝛ nomē magis sſcare ad placitum q̄ȝ ad volūtatem

Querit Circa terciā partem capituli. que sunt illa que remouet phus a definitione nominis Solō. primo remouet nomina infinita. secūdo noīa obliqua

Querit Quō remouet nomina infinita Solō. dicit illud nomen nonhomo non est nomen apud dyalecticum nec ei impositum est nomen apud logicum quo possit nominari. Et quia propter negationem ibi positam posset aliquis putare ꝙ tale nomen esset oratio negatiua. dicit phus ꝙ nec est oratio nec negatio. sed potest vocari nomen infinitum

Querit Quid est nomen infinitum. Solutio. nomē infinitū est cuiꝰ q̄litas determinata est ablata ꝛ derelicta est substantia infinita. Pro cuius intellectu est notandum. ꝙ in quolibet nomine sunt duo. scꝫ substantia cui nomen imponitur. ꝛ qualitas a qua nominis est impositio. Exemplum. vt hoc nomen homo valet tantum sicut ens humanum. vel ens habens humanitatem. ibi ens significat substantiam. et illa est indeterminata et infinita. et humanum denotat qualitatem distinguentem illam substantiam seu ens quod est homo ab omnibꝫ alijs. quando ergo additur tali nomini negatio infinitās p ꝯpositōem dicendo nōhō

illa negatio aufert qualitatem determinatam a suba ꝛ derelinquit subam indeterminatam ꝛ infinitã. vñ nõhomo tm̃ valet sicut ens nõ humanuz vel ens nõ habens humanitatem

Querit̃ Quotuplex est negatio Soł̓o. triplex. scꝫ negatio negans. priuans. et infinitans. Negatio negans est malignantis nature quicquid post se inuenit hoc totũ destruit ꝛ oppositũ eius inducit. et ista negatio cadit supra copulam totius ꝓpõnis ꝛ diuidit p̄dicatũ a subiecto. Et vocatur negatio ꝯtradictiõis que nihil ponit vel relinquit. sed dicit̃ tam de ente q̃ de nõ ente. et ergo inter affirmatiõem ꝛ istam negationem nõ est aliqđ mediũ. nec intrat etiã ista negatio ꝯpõnem cum eo cui additur. sed manet libera. Negatio vero priuans est que tollit habitum ꝛ derelinquit subiectũ cum aptitudine. Et qꝛ ista negatio ponit affirmationem subiecti ꝛ eam includit. ergo nõ potest dici de nõ ente sed tm̃ de ente. Unde inter istam negatõem ꝛ suam affirmatõem cadit medium ꝑ abnegationẽ. sicut em̃ dꝛ de lapide ꝙ nec est videns nec cecus. ita etiaꝫ dꝛ ꝙ lapis nec est iustus nec iniustus. ꝛ ita negatio intrat ꝯpositionem cum dictione cui adiũgitur. ¶ Sed negatio infinitans est que negat hoc quod est determinatum ꝛ relinquit hoc qđ est infinitũ ꝛ indeterminatũ. et sic ista negatio non cadit supra copulam diuidendo predicatum a subiecto. sed intrat ꝯpositõem cum dictione cui adiũgitur. et in illa virtus sue maliuole nature sistit. et sicut dicit arestoteles. dicitur tam de ente q̃ de nõ ente. ꝛ sic dicit̃ negare nõis qualitatem. id est ꝓpriam eius ẜcat õem. que est sicut differentia qualificans ipsum ꝛ relinquere substantiã infinitam. id est ens indeterminate ꝛ transcendenter acceptum quod presupponit̃ intellectui omnium alioꝝ. qꝛ p̄mũ qđ cadit in intellectu est ens. vt dꝛ Auicenna.

Querit̃ Utrum nomen infinitum aliquid ponat vel relinquat Soł̓o. ꝙ duplicia sunt nõia infinita. quedaꝫ sunt substantiua et quedam sunt adiectiua In nõibꝫ substãtiuis negatio infinitãs nihil ponit vel relinquit Et rõ illius est. quia in nõibꝫ substãtiuis qualitas non est a substantia realiter distincta. et ergo ablata ibi qualitate etiam aufertur ẜm rem substantia. et ita nihil manet de tali nomine in rerum natura. Sed adiectiua sunt duplicia. quedam sunt substantialia. vt rationale. sensibile. animatum. et de illis idem est iuditium sicut de substãtiuis Alia sunt accidentalia vt album nigrum ꝛc̃. et in illis negatio infinitans aliq̃d relinquit in reruꝫ natura. Et ratio est. quia in illis nominibꝫ qualitas est realiter distincta a substantia ꝛ ei superaddita. et ergo ablata qualitate non necessario negatur vel aufertur substantia. vt cum dicitur non album. valet tm̃ sicut ens non habens albedinem. ibi em̃ ens ponit̃ in rerũ natura

Ar̃ Omne nomẽ infinitũ aliq̃d relinq̃t. g̃ istud dictũ est falsum. Antecedens probatur probatur ex definitõe eius in qua dicit̃. ꝛ derelicta est substantia infinita Soł̓o. ꝙ in omni nomine infinito relinquit̃ substantia infinita. sed non in rerum natura. quia in nominibꝫ substantiuis nõ manet substantia nisi in apprehensione. In adiectiuis autẽ manet aliquid existens in rerũ natura. ꝛ hoc est qđ quesiuit dubium

Querit̄ An omne nomen possit infinitari Solutio q̄ non sꝫ
solū illud q̄d habet qualitatem finitā ꝛ determiatā qua
potest priuari. vn̄ due conditōnes requirūtur ad hoc q̄ aliq̄d nomē posset
infinitari. Prima est q̄ in tali nomie significet̄ qualitas determiata ꝛ fini
ta. Et ꝓpter defectū istius conditōnis transcendentia sicut ens vnū ver
bonū non possunt infinitari nec signa vl̄ia vel particularia.
Secunda conditio est q̄ tale nomen non sit negatiuū vel sel̄ infinitatū

Querit̄ Quō remouet ph̄s noīa obliqua a definitōne nominis
Solutio dicit q̄ cathonis cathoni ꝛ quecunq̄ sunt
similia non sunt noīa ƀm dyalecticū sed sunt casus noim. id est sunt noīa
obliqua quia obliqui cadunt a rectitudine q̄ est in alijs noibus.

Ar̄ Noīa infinita ꝛ noīa obliqua possunt esse subiecta enuntiatōnuꝫ
ergo male remouet ea ph̄s a definitōne nois ꝛ cōsideratōe dya-
lectici. Solutio q̄ enuntiatio capit̄ dupliciter. Uno modo cōiter ꝓ om-
ni orōne in qua enuntiat̄ aliq̄d de aliquo siue hoc sit determiate siue inde-
termiate ꝛ sic noīa infinita ꝛ obliqua possunt bene esse subiecta enuntiatio
nū. Et sic accipit̄ etiā enūtiatio a ph̄o scd̄o hui⁹ vbi dicit q̄ oīs enūtiatio
debet constare ex noīe ꝛ ꝟbo vel ex inomiabili id est ex noīe infinito. Alio
modo accipit̄ enuntiatio ꝓprie ꝓ orōne in qua determiate enuntiat̄ ver vl̄
falsum. ꝛ hoc modo accipit̄ enuntiatio hic ꝛ sic excludūtur a definitōne no-
minis noīa infinita ꝛ obliqua quia de illis nō potest determinate aliq̄d enū
tiari vere vel false.

Querit̄ Quō compat ph̄s noīa obliqua ꝛ recta ad inuicem pe
nes cōuenientiā et dr̄am. Solutio dicit q̄ in hoc con
ueniunt noīa obliqua et recta q̄ eor est eadem rō vel definitio scꝫ q̄ iam su
perius fuit posita qn̄ dictū fuit. Nomē est vox significatiua ad placitū ꝛc.
Sed in hoc differūt q̄ si noī recto addat̄ est fuit vel erit fit orō vera vel fal
sa. Sed si nomini obliquo addatur est fuit vel erit nō erit oratio vera vel
falsa vt si sic dicat̄ cathonis est vel non est non est oratio vera vel falsa. Et
ex isto passu textus ph̄i trahitur illa cōmunis autoritas verum ꝛ falsum
presuppomunt sibi congruū ꝛ incongruū.

Capitulū terciū de verbo

Uerbum autem est q̄d consignificat tempus cuius pars nihil extra significat

In hoc tercio capitulo determinat ph̄s de secūda parte integrali enun
tiatōnis scꝫ de verbo. Et diuiditur in tres partes principales. In quarū
prima definit verbū. In secunda declarat definitōnem verbi. Et in tercia
remouet quedam a definitōne verbi.

Definitio verbi

Querit̄ Quid est verbū. Solutio verbū est q̄d consignificat
tempus cui⁹ pars nihil extra significat ꝛ est semꝑ nota
eor que de altero dicūtur.

Querit̃ Quõ declarat pħus illã definitõnem. Solo primo declarat eam quo ad primã particulam qua dicit ꝙ verbum consignificat tempus. scdo quo ad terciã q̃ dicit ꝙ est semper nota eorum que de altero dicũtur.

Querit̃ Quõ ostendit pħs ꝙ verbũ consignificat tempus. Solo hoc ostendit exemplariter quia cursus est nomen ꝛ currit verbum ꝛ non differunt in significato sed solum in consignificato quia scꝫ currit consignificat tempus eo ꝙ significat nũc esse. cursus vero non consignificat tempus. g̃ v̾bum cõsignificat tempus.

Querit̃ Quõ oñdit pħs ꝙ verbũ semper est nota eoꝝ que de altero dicũtur. Solutio tali rõne. quia illud qđ est nota eoꝝ que dicũtur de subiecto ꝛ eoꝝ que sunt in subiecto hoc semper ẽ nota eoꝝ que de altero dicũtur. sed verbum est hmõi. g̃. Minor patet exemplariter. Primo quo ad primũ dicendo homo est aĩal. Secũdo quo ad secundũ homo est albus.

Querit̃ Quõ debet hoc intelligi ꝙ verbũ est semꝑ nota eoꝝ que de altero dicũtur. Solo hoc debet sic intelligi. ꝙ verbum est signũ illius ꝙ p̄dicatũ dicit de subiecto. qꝛ verbũ ꝑcat compositionem qua qđlibet p̄dicatũ tam sub̃ale q̃ꝫ accñtale ad subiectũ retorquet ĩ signum cuius verbũ semꝑ ponit a pte p̄dicati nisi transiret in vim nomis. sicut fit in verbis infinitiui modi. vt patet de hoc legere est bonũ.

Ar̃ Nomen est sepe p̄dicatũ. g̃ male dicit ꝙ verbũ semꝑ ponit a parte p̄dicati. Añs patet dicendo homo est aĩal homo non est asinus. Solo ꝙ duplex est p̄dicatũ scꝫ formale ꝛ materiale. Iam nomen est bene predicatũ materiale qñꝗꝫ. sed verbũ semper est predicatũ formale. quia solum verbum includit compositõnem qua p̄dicatuꝫ materiale retorquet ad subiectũ cui inest ꝛ de quo dicit.

Querit̃ Quare pħus in definitõne verbi non ponit illas particulas vox significatiua ad placitũ sicut in definitõe nominis. Solo Alberti ꝙ illas particulas supponit pħus notas ex definitione nomĩs. quia nomen ꝛ verbũ generaliter in illis particulis conueniũt Sed alias particulas in quibus verbũ a noĩe distinguit illas ponit. Et si querat quare tunc ponit illã particulam cuius pars extra nihil significat cum tamen in illa etiam nomẽ ꝛ verbũ ꝯueniant. Solutio ꝙ illã particulam posuit pħus ad remouendũ dubiũ. Quia ex quo dixit ꝙ verbum est nota eoꝝ que de altero dicũtur ꝛ includit in se quandam compositõneꝫ possit videri alicui ꝙ partes eius sepate possent aliquid significare sicut partes oratõnis. ꝛ ergo ad hoc remouendum dicit cuius pars extra nihil significat.

Querit̃ Que sunt illa que remouet pħus a definitõe verbi ꝛ a consideratõne dyalectici. Solutio primo remouet v̾ba infinita. secũdo verba obliqua.

Primi perihermenias

Querit̃ Quõ remouet phus verba infinita Solutio dicit ꝙ non currit non laborat ⁊ similia non sunt verba ſm dia lecticũ. quia licet consignificẽt tempus ⁊ sint note eoꝝ que de altero dicunt tamen non sunt verba specialiter dicta quia eis non est nomen impositum sed dicuntur infinita. quia equaliter dicũt de ente ⁊ nõ ente.

Querit̃ Quid est verbum infinitũ. Solutio verbum infini- tum est cuius actus specialis est ablatus ⁊ derelictus ẽ actus generalis infinitus. Pro cuius intellectu est notandũ ꝙ sicut in no mine reperiuntur duo scȝ substantia cui nomen imponit̃ ⁊ qualitas a qua fit nominis impositio. Ita in quolibet verbo etiã duo reperiũtur scȝ actus generalis ⁊ actus specialis. Actus generalis ẽ qui significat̃ ꝑ verbũ sub- stantiuũ est. Specialis qui significat̃ ꝑ participiũ vel ꝑ rẽ verbi. Sicut er- go in nomine negatio infinitans aufert qualitatem derelinquendo substã- tiam infinitam. Ita ⁊ in verbo aufert actũ specialem ⁊ actum generalẽ de- relinquit infinitũ. Exemplũ vt currit valet tm̃ sicut est currẽs qñ ergo ad ditur sibi negatio infinitans ⁊ dicit̃ non currit tunc valet tm̃ sicut est non currens.

Querit̃ An omne verbũ possit infinitari. Solutio ꝙ nõ vñ ad hoc ꝙ aliqđ uerbũ infinitet̃ requirũtur tres cõditões Prima est ꝙ tale verbum non sit transcendens. Et ergo verbum substã tiuũ in sua transcendentia acceptum non potest infinitari.

Secunda est ꝙ tale verbũ non sit semel infinitatum.

Tercia est ꝙ non includat etiam certum suppositũ. Et ergo verba pri me ⁊ secũde personaꝝ ⁊ verba excepte actionis non possunt infinitari

Querit̃ Utrũ verbum in enuntiatõne positũ possit infinitari Solutio Alberti ꝙ non. Et ratõ illius est. quia ad h ꝙ aliqđ verbum possit infinitari requiritur ꝙ habeat actum generalem in- finitum ⁊ actum specialem finitum. ita ꝙ possit actus specialis ab actu ge nerali separari. Sed verbum in enuntiatõne positũ habet vtrũq; actum fi nitum actum em̃ specialem habet finitum de se vt satis manifestum est. et actus generalis finitatur per etreã. ergo sequitur ꝙ verbũ in enuntiatõne positum non possit infinitari.

Ar̃ Uerbũ põt infinitari extra ꝓpositõnem. ergo etiã in ꝓpositõne. cõ- sequentia ꝓbatur. quia si verbo extra ꝓpõnem infinitato prepona tur subiectum tunc fit enuntiatio. Solutio non valet cõsequentia ⁊ ad ꝓbatõnem dĩm est ꝙ si verbo infinitato addatur subiectum tunc eo ipo quo sibi additur amittit formã sue infinitatõnis ⁊ fit negatum eo ꝙ ne- gatio infinitans inclusa quodãmõ inter partes talis verbi ⁊ ibi ligata re silit ad actum negatõnis. Et ergo tales ꝓpões sub forma sue enuntiatio nis non sunt infinite sed negatiue. quia alias omnes propositiones in qui bus verbo preponeret̃ negatio essent dubie ⁊ semꝑ oporteret eas disting uere. quia vel in eis negatio esset negans vel infinitans qđ tamen non ad mittit vsus logicoꝝ.

Querit̃ Quõ remouet phs verba obliqua a definitõne verbi. Solutio dicit ꝙ currit currebat nõ sunt verba sʒ casus verbi. Et rõ illius est qꝛ illa verba non consignificant tempus p̄sens. sed solum tempus p̄teritũ vel aliud qđ copulatur ad presens nunc.

Querit̃ Que dicũtur verba obliqua. Solutio verba oblĩq dicũtur oĩa verba que sũt alterius temporis a p̄nti ⁊ alterius modi ab indicatiuo modo. Ex quo patet ꝙ est duplex obliquitas in verbo scʒ tp̄is ⁊ modi. obliquitas tp̄is est in omnibꝫ illis verbis que sũt alterius tp̄is a p̄nti. Obliquitas vero modi est in omnibꝫ illis que sunt alterius modi ab indicatiuo. Et ista obliquitas scʒ modi est maiorꝗ̄ est obliquitas alia scʒ tp̄is. Et ergo infert pe. hys. ꝙ solũ verbũ p̄ntis tp̄is indicatiui modi est verbũ apud dyalecticũ. Et rõ illius est quia per solũ verbum p̄ntis temporis potest enuntiari conceptus qui est determinate verꝰ et falsus

Ar̃ Per verba preteriti ⁊ futuri tp̄is sepe enuntiat̃ cõceptus verus vł falsus. ergo hoc dictũ est falsum. Solutio ꝙ ꝑ verba preteriti ⁊ futuri futuri temporis enuntiat̃ aliqñ verum ⁊ falsum hoc nõ habêt a se sʒ inq̃ntum resoluũt̃ in verbũ presentis tp̄is. vñ ista nõ est vera Adam fuit nisi in virtute istius ad quã resoluit̃ scʒ adam est nisi ẽm semel verum fuisset dicere in presenti adam est hec non esset modo vera adam fuit.

Querit̃ Quod est illud dubiũ qđ remouet phs circa p̄dicta. Solutio quia dictum est ꝙ semper est nota eoꝝ que de altero dicũtur qđ solum conuenit sibi in enuntiatõne possʒ aliquis dubitare an verba ꝰm se sumpta nihil significarent. Ad hoc dubium rñdet phus ꝙ verba ꝰm se dicta non significant nihil. quia ip̄a ꝰm se dicta sunt nomĩa et aliq̃d significant. Et hoc sic ꝓbat quia qui dicit vel ꝓfert verbũ ꝰm se cõstituit in seipso conceptum siue intellectũ simplicem de aliqua re ⁊ qui audit tale verbum quiescit in prima apprehensione intellectus. g̃ verbuʒ ꝰm se dictum significat aliquid scʒ illud de quo audiens quiescit ⁊ proferens sibi constituit intellectum. Et quia circa hoc possʒ aliquis putare ꝙ verba ꝰm se dicta significarent aliquid esse vel non esse per affirmatõnem ⁊ negationem hoc dubiũ remouendo dicit phus ꝙ hoc non ẽ verum. Et rõ illiꝰ est quia ad hoc ꝙ verbũ significet esse vel non esse oportet ꝙ actu cõponat̃ cum re cuius est esse ⁊ tunc ꝓprie est verbum quia tunc concipit compositionem determinatam ad id cuius est. sed verbum ꝰm se dictum nihil hʒ de significatõne verbi. ergo verbum ꝰm se dictum non significat esse vł nõ esse. Et ꝙ verbum ꝰm se dictum nihil habeat de significatõne verbi probat phus per locum a maiori. quia si aliquod verbum per se aliquid significaret qđ est de intentõne verbi tunc maxime videtur de illo verbo est sʒ hoc non. quia si hoc verbum est puruʒ ⁊ simplex dixeris ipsum quidẽ nihil est ⁊ nihil finitũ significat. sed significat infinite quandam compositõnem quã sine extremis non est intelligere.

Querit̃ Quõ debet hoc intelligi ꝙ verba ꝰm se dicta sunt nomina. Solutio nõ debet sic intelligi quasi verba for-

maliter sint noīa. qꝛ hoc falsum est. sed verba ꝑ se accepta ⁊ extra orōnem
posita ſm modū ⁊ officiū ſcandi sunt noīa. qꝛ ſcant simplicem mentis cō
ceptū quod est officium ipsius noīs. sicut patz ex vocabulo. dicit̄ eñ nomē
quasi notamen vel nota mentis. ⁊ nō habent ꝯpletū officiū verbi siue actū
verbalē qui est ſcare ꝯpōnem ꝑdicati cum subiecto

¶Quartū caplm De oratione

¶Oratio aūt est vox significatiua cuius partium aliquid ⁊c̄

¶In hoc quarto caplo phs determinat ꝯsequēter de genere enūciatōnis
quod est oratio. Et diuiditur in duas partes ꝑncipales. In quarum pri-
ma ponit definitionem oratōis. In secūda vero declarando illam definiti
onem remouet quedā dubia

¶Definitio orationis

Querit̄ Quid est oratio. Solō. oratio est vox significatiua cuius partiū aliquid est ſcatiuū separatim vt dictio. nō aūt vt affirmatio

Ar̄ Oratio est voces. ergo nō est vox. qꝛ idem est vox ⁊ vna vox.
Solō. licet oratio nō sit vna vox simplex ⁊ incomplexa. est ta-
men vna vox complexa

Ar̄ Oratio nō est vox ſcatiua. qꝛ illud non est ſcatiuū quod nō est in
stitutū ad ſcandū. sed oratio nō est instituta ad ſcanduz. ergo ⁊c̄.
Solō. licet oratio non sit instituta ad ſcandū ꝑmo ⁊ ꝑ se. tñ bene ex con
sequenti ⁊ gratia suarū partium

Querit̄ Quō ostendit phs ꝙ partiuz oratiōis aliq̄d est ſcatiuū, separatim vt dictio ⁊ nō vt affirmatio Solō. hoc sic
ostendit. qꝛ partes orōnis ſcant aliquid separate. vt homo aliquid ſcat. sz
homo nō ſcat vt affirmatio vel negatio. qꝛ nō ſcat esse vel nō esse nisi sibi
aliquid addatur. ergo sequitur ꝙ partes orōnis nō ſcant aliquid separa-
tim vt affirmatio vel negatio. sed vt simplex dictio.

Querit̄ De quibꝫ partibꝫ intelligit̄ hoc ꝙ separate aliquid sig nificant vt dictio. Solō phi. ꝙ hoc nō intelligit̄ de q-
busdam partibꝫ orōnis. qꝛ nō intelligit̄ de partibꝫ remotis. quales sunt lit
tere ⁊ syllabe. sed intelligit̄ de partibꝫ ꝓpinquis. Et ꝙ partes remote vt sūt
littere syllabe nihil ſcent separatim ꝓbat phus ꝑ locum a maiori in illis syl
labis q̄ qñqꝫ possunt esse dictōes ꝑ se. sicut h̄ ꝙ dico rex qñqꝫ est vna dic-
tio per se significans ⁊ tñ inq̄ztū accipit̄ vt syllaba istius noīs sorex nō sig-
nificat aliq̄d ꝑ se sed est sola vox id est vox sine significatōne. Et qꝛ circa h̄
posset aliquis putare ꝙ idem iudiciū esset de partibꝫ nomīs composite fi-
gure ⁊ simplicis. hoc dubiū remouendo dicit phs ꝙ non qꝛ in noībus cō-
posite figure pars sepata aliq̄d significat sed non ſm se sed quēadmoduz
dictū est supple superius in caplo de nomīe.

Querit̃ Q̃uõ ſ̄cat oratio vtrũ naturaliter vel ad placitũ. Solucio phi ꝙ oratio eſt vox ſ̄catiua ad placitũ ⁊ nõ naturaliter vt voluit plato. Uolebat em̄ plato ꝙ oratio eſſet inſtrumentũ virtutis naturalis. ſcʒ virtutis interpretatiue ſeu expreſſiue que eſt in homĩe. ſicut a ſimili. manus brachia pedes ſunt inſtrumenta virtutis naturalis. q̄ eſt virtus motiua. et ergo quia omne inſtrumentum virtutis naturalis videt̃ eſſe naturale. ideo dixit ipſe ꝙ oratio eſſet ſ̄catiua naturaliter. Sed illũ errorem remouendo dicit phus ꝙ omnis oratio ꝓ certo eſt ſ̄catiua nõ ſicut inſtrumentũ. i. naturaliter. ſed ad placitũ. quemadmodũ dictum eſt phus de nomine ⁊ ṽbo que ſunt partes ex quibꝫ cõſtituitur ipſa oratio. Et ergo ad argumentũ ⁊ motiuũ platonis debet dici ꝙ eſt duplex inſtrumentum virtutis naturalis. quoddã em̄ eſt ĩmediatuʒ. ⁊ tale inſtrumentũ virtutis naturalis eſt bene naturale. ſicut ſunt pulmo guttur lingua ⁊ ſimilia Aliud eſt inſtrumentũ mediatum. ⁊ tale inſtrumentũ non oportet eſſe naturale. iam oratio non eſt inſtrumentum immediatum virtutis interpretatiue in homine. ſicut erronee intẽdebat plato. ſed mediatũ. ⁊ ergo nõ oportet ꝙ ſ̄cet naturaliter ſed ad placitum

Querit̃ Utrũ iſta definitio orõnis etiã ꝯueniat orõni hypotetice. Et videtur ꝙ non. q2 partes orõnis hypotetice ſignificant aliquid vt affirmatio vel negatio. vt patʒ dicendo ſi ſol lucet dies eſt Solõ. iſta definitio etiam ꝯuenit orationi hypotetice. quia ꝗuis aliqua pars orõnis hypotetice ſ̄cet aliquid vt affirmatio vel negatio. tamẽ aliqua pars eius etiam ſ̄cat vt ſimplex dictio. q2 oratio hypotetica ꝯponitur ex duabꝫ cathegoricis. ⁊ ille ꝯſequẽter ꝯponũtur ex ſimplicibꝫ dictionibus. ſed quicquid eſt pars partis eſt etiã pars totius. ⁊ ſic alique eius partes ſ̄cant vt dictio. ⁊ hoc ſufficit. Et ergo ad hoc innuenduʒ dixit phus partitiue cuius partium aliquid eſt ſ̄catiuum ſeparatim. ⁊ nõ dixit cuius partes ſm̄ Boetium ⁊ Albertum. quaſi velit phus dicere ꝙ non eſt neceſſariũ ꝙ nullius orõnis pars ſit ſ̄catiua vt affirmatio. q2 iſtius oratiõis ſi ſol lucet dies eſt ptes ſ̄cant vt affirmatio. ſed vult ꝙ partium orõnis aliqua ſ̄catiua ẽ vt dictio. ſed nõ vt affirmatio. Alij vero breuiter tamen minus ſubtiliter ſe abſoluentes dicunt ꝙ hic ſolum definit phus orõnem ſimplicem cuius partes tm̄ ſ̄cant vt dictio

Querit̃ Quare phus in definitione orõnis hic non ponit illas particulas ſine tp̃e vel cum tp̃e Solõ. q2 neutra earũ conuenit omni enũtiationi. nam ſignificare cum tempore nõ conuenit orationi imperfecte. cui tamen aliquo modo ꝯuenit iſta definitio. Et ſ̄care ſine tp̃e nõ ꝯuenit orõni ꝑfecte

Querit̃ Q̃uõ diuidit̃ oratio. Solõ. ꝗuis phus in textu nõ ponat aliquã diuiſionẽ orõnis expreſſe. tamẽ ſolent due elici quas etiam ponit Petrus hyſ. Prima eſt. ꝙ orationuʒ alia eſt ꝑfecta alia imperfecta. Oratio perfecta dr̃ que perfectum ſenſum generat in animo auditoris. vt homo currit. Oratio vero imperfecta eſt que imꝑfectuʒ ſenſum generat in animo auditoris. vt homo albꝫ. ¶ Secũda diuiſio eſt ꝙ

Oratio

orõnum pfectarum alia indicatiua vt homo currit Alia imperatiua. vt pe
tre fac ignem. Alia optatiua. vt vtinam essem bonus clericus. Alia est cõ
iunctiua. vt cuz veneris ad me dabo tibi equũ. Et alia est deprecatiua. vt
miserere mei deus

Querit Utrũ om̃is oratio perfecta sit enũciatiua vel enunciatio
Solo. ꝙ nõ. Unde sic dicit phs. Enũciatiua vero
nõ om̃is. sed in qua verum vel falsum est. Quod sic probat. qꝛ oratio dep̃
catiua est oratio. tamen in ea nõ est verum vel falsum. Et ergo infert phs
ꝙ cetere orationes seu spẽs orõnis perfecte sunt in ꝓposito relinquende. qꝛ
earum consideratio magis spectat ad rethoricam vel poeticam scientiam
q̃ȝ logicam. Enũciatiua vero oratio. id est oratio indicatiua est solum pre-
sentis speculationis.

Definitio enũciationis

Querit Quid est enũciatio Solo. enũciatio est oratio in q̃
verum vel falsum est. et ista definitio enũciatiõis trahit
ex verbo phi quo dicit. enũciatiua vero nõ omnis sed in qua verũ vel fal-
sum est. vt iam patuit.

Querit Utrũ illa definitio enũciationis sit bona Solo. ꝙ sic
quia datur per genus ꝛ p drñam. genus em̃ est oratio et
in qua verũ vel falum est ponitur loco drñe. qꝛ p hoc differt enunciatio ab
om̃ibꝫ aliȷs orõnibꝫ in quibꝫ nõ est verũ vel falsum

Ar. Petrus hyspanus in suo primo tractatu qui correspondet isti li-
bro definit propositionem. ergo Arestoteles male definit hic enũ
ciationem. Consequentia probatur. quia non videntur esse idem proposi
tio ꝛ enũciatio Solo. Petrus hyspanus definit enũciationem sub nomi
ne propositionis. quia illo noĩe ꝯmuniter vtũtur logici Et hoc nõ est incõ
ueniens. quia ꝓpositio ꝛ enũciatio in re ꝛ materialiter sunt vnum ꝛ idem. ꝛ
sic vnũ bene potest poni loco alterius. Solet tamen poni differentia forma
lis inter enũciationẽ ꝛ ꝓpõnem. qꝛ dr enũciatio inq̃ȝtum refert ad ꝯceptum
verũ vel falsum intellectus ꝯponentis ꝛ diuidentis. sed ꝓpositio dicitur in
q̃ȝtum ponit in forma syllogistica ad inferendũ ꝯclusionẽ

Ar. Nulla bona definitio debet dari per opposita. sed ista est huius
modi. ergo non est bona. Minor patet. quia veruz ꝛ falsuz op
ponũtur Solo. ꝙ verum ꝛ falsum non ponuntur hic vt opposita sunt.
sed inquantum per ea circũloquimur differentiam ipsius enũciationis cui
non est vnũ nomen impositum

Ar. Veruz ꝛ falsum sunt in aĩa. vt dr sexto metaphi. g̃ male dr hic ꝙ
sunt in enũciatõe Solo. verum ꝛ falsum sunt tripl'r in aliquo
Uno mõ sicut in subiecto. ꝛ sic sunt in anima. Alio mõ sicut in cã. ꝛ sic sꝫ
in rebꝫ. Et tercio mõ sicut in signo. ꝛ sic sunt in enũciatõe. vt hic dr

Ar̃ Petrus hys. addit illã particulã indicando. ⁊ illa non ponit̃ hic Solutio licet phs nõ ponat illã particulã exp̃sse tamẽ satis innuit eã p̲ hoc q̃ enũtiatiuã orõnẽ distinguit ab alijs scz deprecatiua imp̲atiua optatiua ⁊c̃.

Tractatus secundus

De diuisionibus enuntiatõnis.

Est autem vna prima oratio enuntiatiua affirmatio

Iste est secũdus tractatus hui⁹ libri in quo phs determĩat de enũtiatõne s̃m se. Et non habet nisi vnicũ capitulũ in quo phs innuit aliquas diuisiones enuntiatõnis.

Querit̃ Quot sunt diuisiones enuntiatõnis quas innuit phs Solutio q̃ tres. Quarũ prima est q̃ enuntiatõnum alia est vna. alia plures. Et istius diuisionis ponit tm̃ vnũ membrũ dicẽs Est aũt vna prima oratio enuntiatiua ⁊ sub illo membro intelligitur reliquũ. Secũda diuisio est q̃ enũtiationũ vnarũ alia est affirmatiua alia negatiua. Et illius ambo membra ponũtur in textu.

Tercia est q̃ Enũtiatõnũ vnarũ. alia est vna simpliciter. alia est vna cõunctõne. Et istius diuisionis ponit tm̃ vnũ membrũ.

Querit̃ Quõ differunt ille tres diuisiones enuntiatõnis. Solutio sic differunt quia p̃ma sumpta est ex parte vocis. et est s̃m aliquos equiuoci in sua equiuocata Secũda vero sumpta est penes qualitatẽ enuntiatõnis. Et tercia penes subam enuntiatõnis q̃ sunt materia ⁊ forma. q2 enuntiatio vna simpliciter (que alio noĩe dicit̃ cathegorica) habet subiectũ ⁊ p̃dicatũ p̲ materia ⁊ copulã verbalẽ p̲ forma. Sz enuntiatio cõiunctõne que a petro hys. vocat̃ hypothetica habet p̲ materia duas cahegoricas ⁊ p̲ forma copulã coniunctõnalem.

Ar̃ Prima diuisio enuntiatõnis est penes eius substantiam scz in cathegoricã ⁊ hypotheticam. ergo male dicitur hic q̃ prima diuisio est in plures ⁊ vnam. Solutio q̃ petrus hys. non diuidit enuntiatõnẽ in tota eius latitudine. sed solum diuidit enuntiatõnem vnã reseruãs aliã vsq3 ad sextũ tractatũ vbi magis sibi deseruit ad p̲positũ.

Querit̃ Quomodo aliqua enuntiatio potest dici vna simplicit̃ vel enuntiatio simplex. Solutio q̃ enuntiatio non dicitur esse simplex per exclusionem omnis compositõnis. sed dicit̃ simplex. quia constituitur ex vno simplici subiecto ⁊ simplici predicato. Ita q̃ nec a parte subiecti nec a parte predicati ponantur plura nec coniunctim nec sine coniunctõne.

Querit̃ Quomodo p̲bat phylosophus q̃ enuntiatio non dicit̃ simplex vl̃ vna simpliciter p̲ exclusionẽ oĩs cõpositõnis

Solutio hoc sic ꝓbat quia oportet omnē enuntiatōem seu orōnem enūtiatiuam esse compositā ex verbo vel casu verbi.i.ex verbo obliquo. Et h̄ ꝓbat ꝑ locū a maiori. Quia si aliqua oratio sine verbo esset enuntiatiua h̄ maxime videref de definitōne q̄2 illa inter omnes orōnes sine verbo sumptas videf magis ꝑfecta.sed hoc non q̄2 si definitōni nō addaf est aut erit aut fuit aut aliqd h̄moi nō est orō enuntiatiua. q̄2 ſcat tm̄ vnū esse vnius rei Et circa h̄ excusat se de determiatōne cuiusdā questionis quare scʒ definitio est quid vnū ꝛ nō multa. Et dicit ꝙ de hoc determiare est alterius negocij spectat eīm ad metaphysicū. Excludit tamē vnā falsam cām vnitatis dicensꝙ definitio nō est ideo quid vnū q̄2 partes sue ponūf sibijnuicez ꝓpinque sine aliqua interpositōne ꝯiunctōnis vel alicuꝰ more ꝓlatōis q̄2 illā nō interpositōem ꝯiūctōnis vel more cōtingit obseruare etiā in h̄is q̄ non sunt q̄d vnū vt si dicaf sine mora hō albus musicus.

Ar Superiꝰ dictū est quō verba obliqua excludūtur a definitōe verbi.ḡ male dicif hic ꝙ oīs enuntiatio constituif ex verbo vel casu verbi. Solutio ꝙ enūtiatio accipif dupliciter. Uno mō ꝓprie ꝛ in potissimo suo statu.ꝛ sic nō pōt cōstitui ex verbo obliquo.ꝛ ḡ superius pħs exclusit verba obliqua a definitōne verbi. Alio mō generaliter ꝛ cōiter ꝛ sic potest bene constitui ex verbo obliquo ꝛ hoc ē qd pħs dicit hic.

Querif Quare dicit pħs ꝙ oportet omnē enūtiatōnem esse cōpositam ex verbo vel casu verbi ꝛ nihil loq̄tur de noīe.
Solutio q̄2 non est intentio pħi hic oñdere ꝙ nomē ꝛ ṽbum sufficiant vel requiranf ad complendā enūtiatōnem quia hoc superius satis patuit Sed vult solū remouere dubiū quia ex quo dixerat quedā enuntiatio ē vna simpliciter posset aliquis dubitare an illa que est vna simpliciter careat omni compositōne. Ergo pħus hoc dubiū remouendo dicit ꝙ oportet in omni enuntiatōne esse verbū qd importat compositōnem nomen autē non importat compositōnem.ꝛ ergo de illo nihil loquif sed supponit ipm requiri ex dictis.

Querif Quid est enuntiatio vna simpliciter. Solutio Enūtiatio vna simpliciter est que vnū de vno significat sine coniunctōne.sicut cum dicif homo est aīal.

Ar Hic dicif vnū de vno sine cōiūctōne canis ē corpus et tn̄ nō est enuntiatio vna simpliciter.ḡ illa definitio est falsa. Solutio licʒ ibi vnū dicaf de vno ſm vocē nō tn̄ ſm ſcatōem. Pro quo ē notandum ſm dñm Albertū ꝙ tripliciter enuntiatio dicif vna.scʒ voce tm̄.significatōne tm̄.ꝛ voce ꝛ significatōe simul. Enuntiatio vna voce tm̄ est quādo subiectum vel predicatū est terminus equiuocus ꝛ hoc modo ista est vna canis est corpus. Enuntiatio vna ſcatōne tm̄ est qñ a ꝑte subiecti vel ꝑdicati ponūtur plures voces ex quibꝫ tamē resultat aliqd vnū.sicut cū dicif hō est aīal rōnale mortale. Sed enuntiatio vna voce ꝛ ſcatōe simul est quādo vnū ꝑdicatū dicif de vno subiecto.ꝛ neutrum est multiplex vel equiuocum.sicut cum dicif homo currit fortes disputat.

Querit̃ Quid est enuntiatio vna cõiunctõne. Solũo est q̃ plura fcat de vno vel vnũ de pluribꝫ vl' plura de pluribus mediante cõiunctõne. Exemplũ p̃mi vt sortes currit ⁊ disputat. secundi vt sortes albus ⁊ musicus currit. tercij vt sortes albus ⁊ musicus currit et disputat.

Ar̃ Omnis coniunctio est nota diuersitatis. g̃ non potest esse aliqua enuntiatio vna coniunctõne. Jmo videtur esse oppositio in adiecto quando dicitur vna coniunctione. Solutio argumentuȝ ꝓbat bene q̃ non est tanta vnitas in enuntiatõne vna cõiunctõne sicut in vna simpliciter sed non improbat q̇n sit aliqua vnitas ad minus illa quã facit coniũctio diuersa ad se inuicem coniungendo.

Querit̃ Quid ẽ enuntiatio plures. Solutio Enuntiatio plures est in qua plura dicũtur de vno vel vnũ de pluribꝫ vel plura de pluribus incõiuncte id est sine coniunctõne. Exemplũ primi est vt sortes est albus musicus citharedus. secũdi vt sortes albus music⁹ citharedus currit. tercij vt sortes albus musicus citharedus currit legit disputat.

Querit̃ Utrũ simplici vel nomĩe vel verbo potest fieri enuntiatio: Solutio p̃hi q̃ licet enuntiatio non est sine nomine vel verbo tamen simplici noĩe vel verbo nunq̃ȝ fit enuntiatio. Et ratõ illius est quia in omni enuntiatõne debet aliquid enuntiari sed per simplex nomen vel verbũ non enuntiat̃ aliq̇d ⁊ hoc siue aliq̇s ꝓferat hoc ab aliquo interrogat⁹ siue ꝓferat h̃ apd̃ seip̃m nõ ĩterrogat⁹ Exẽpli gr̃a siue aliq̇s dicat aput seip̃m currit siue interrogat⁹ ab aliq̃ currit ne sortes rñdeat currit h̃ qd̃ sic dicit̃ nõ ẽ enũtiatio. g̃ simplici noĩe vl' v̱bo nõ p̃t fieri enũtiatõ

Ar̃ Quando querit̃ quis est in scolis ⁊ rñdet̃ magister. vel quid facit magister. ⁊ rñdetur scribit ibi videt̃ aliq̇d enuntiari ꝑ simplex nomen vel verbũ quia audita tali rñsione querens quiescit. Solũo q̃ ꝑ solum nomen vel verbuȝ ꝑ se ꝓlatum nihil enuntiat̃ de rigore sermonis licet bene aliq̃n de bonitate intelligentis inq̃ȝtum scȝ posito vno nomine subintelligitur verbum. vel posito verbo subintelligit̃ nomen. Sed sic tamẽ nõ accipitur nomen vel verbum s̃m se licet videatur s̃m se capi. sed accipitur ꝓ vna tota enuntiatõne

Tercius tractatus.

de oppositione enuntiatõnum

Qm̃ aũt enuntiare et qd̃ est esse et qd̃ est non esse ⁊ c̃

Jste est tercius tractatus istius libri in quo determinat p̃hus de principali passione enuntiatõnis que est oppositio. Et diuidit̃ in tria capitula Jn quoꝝ primo determinat de oppositõne s̃m se. Et diuidit̃ in duas p̃tes quia primo ostendit quid sit oppositio. scd̃o determinat de speciebus eius. Prima in duas quia primo ostendit oppositõnem inesse ꝓpositõnibus ex modis enuntiandi. secũdo ponit definitõnem.

Querit quot modis contingit enuntiare. Solo quattuor modis. Nam

Primo modo cõtingit enuntiare eẽ qđ ẽ vt patz dicendo deus est.

Secundo modo contingit enuntiare non esse qđ est vt deus nõ est.

Tercio ꝯtigit enũtiare eẽ qđ nõ ẽ vt chimera ẽ.

Quarto modo cõtingit enuntiare nõ esse qđ nõ est vt chimera non est.

Et dicit phs ꝙ sicut istud ꝯtingit circa tps pñs. ita etiã ꝯtingit circa ea q̃ sunt extra tps pñs .i. circa p̄teritũ ⁊ futurũ. Ita ꝙ ſm omnẽ drãm tpis ꝯtingit id negare qđ q̇s affirmauerit ⁊ affirmare ecõtra qđ negauerit. Ex quo infert correlarie qđ oppositio inest ꝓpositõnibꝫ. q⁊ manifestũ est ꝙ oĩ affirmationi est negatio opposita ⁊ oĩ negatõni affirmatio.

Querit Que est rõ istoꝝ quatuor modoꝝ enuntiandi. Solutio ꝙ rõ ẽ ista q⁊ oĩe enuntiabile subordinat intellectui in scđa eius opatõne. vel ergo subordinat intellectui cõponenti qui enuntiat esse vel diuidenti qui enuntiat nõ esse. Si primũ hoc est dupliciter. q̇a vel enuntiat esse vere ſm ꝙ est a parte rei ⁊ sic est primus modus. vel false et sic ẽ tercius modꝰ. Si secũdũ hoc etiã est dupliciter quia vꝉ enuntiat nõ esse vere ⁊ sic est quartus modus. vel false. ⁊ sic est secũdus. Ex quo patet ꝙ primus modus semper contingit in ꝓpõne affirmatiua vera. secũdus in propositõne negatiua falsa. tercius in propositõne affirmatiua falsa seu fictã. Et quartus in ꝓpositõne negatiua vera.

Definitio oppositionis

Querit Quomodo phs definit oppositõnem. Solutio definit eam sub noĩe contradictõnis. Et dicit sic. Contradictio est affirmatio ⁊ negatio opposite. Et declarando illã definitionem dicit ꝙ talis affirmatio ⁊ negatio dñt esse eiusdem predicati de eodem subiecto non equiuoce accepto. quia ad oppositõnem ꝓpositionũ non sufficit ꝙ sit idem subiectum ⁊ idem p̄dicatũ in vtroq; ſm vocẽ. sed oportet ꝙ etiaz sit idem ſm rem significatam. ⁊ requirũtur etiam alie conditõnes que ponuntur in libro elenchoꝝ circa definitõnem elenchi que sunt ad idem ſm idem similiter ⁊ sic de aliis.

Ar. Illa est definitio contradictõnis. ergo non est definitio oppositionis. Solutio ꝙ phus definit hic oppositõnem que est genꝰ sub nomine contradictõnis tanq̃ sub nomine sue potissime speciei. Et ꝙ contradictio sit potissima species oppositõnis patet quia formale oppositionis est repugnantia sed in contradictõne est maxima repugnantia.

☞ Contra si definit hic oppositio sub nomine contradictõnis tunc definitur hic idem per seipsum quia in definitõne ponitur postea opposite qđ est concretũ ab oppositõne. Solo non est inconueniens abstractum definiri p concretum. quia concretum est notius quo ad nos q̃ abstractum et sic in predicamentis qualitas etiam fuit definita p quale.

Ar̃ Affirmatio est enuntiatio affirmatiua. ⁊ negatio est enuntiatõ negatiua. sed oppositio non est enuntiatio. sed passio enũtiatõnis. ğ illa definitio non valet. Solõ ꝙ ista ꝑdicatio qua dicit̃ cõtradictio est affirmatio ⁊ negatio opposite nõ est formalis vniuoca ⁊ ordinata ꝫ est ꝑdicatio materialis ⁊ inordinata. quia enũtiatio est materia in qua ⁊ subiectum oppositõnis sicut in simili si diceret̃ risibile est homo.

De speciebus oppositionis

Querit̃ Quõ inuestigat pħs spẽs oppositõnis Solõ ex vna diuisione rex̃ que talis ẽ. Oꝫ rex̃ hec quidẽ sunt vniuersalia illa vero singularia.

Ar̃ Logicus non est artifex realis. ğ male ponit̃ hic diuisio rex̃. Solutio ꝙ res põt accipi dupliciter. Uno mõ ꝓ re ad extra. ⁊ sic non accipit̃ hic a pħo. Alio mõ accipit̃ ꝓ re subiicibili vel ꝓ subiecto enũtiatõis et sic accipit̃ in ꝓposito. vñ sensus diuisionis est rex̃ spẽ subiicibiliũ vel subiectox̃ enũtiatõnis hec sunt vniuersalia alia vero sũt particularia. Et hoc innuit pħs manifeste in textu qñ declarans diuisionẽ definit vl'e ⁊ particulare non ꝑ esse sed ꝑ ꝑdicari.

Querit̃ Quid est vniuersale ⁊ q̃d particulare. Solõ vniuersale est qd̃ aptũ natũ est ꝑdicari de pluribꝫ. Sed singulare est qd̃ nõ. i. qd̃ nõ est aptũ natũ ꝑdicari de pluribꝫ sed de vno solo. Exemplũ est vt homo est vl'e sed plato est de numero eox̃ q̃ sũt singularia.

Querit̃ Quod est illud correlariũ qd̃ infert pħs ex ista diuisione rex̃. Solõ ꝙ necesse est enũtiare qm̃ ẽ vel nõ est aliqñ in his q̃ sunt vniuersalia ⁊ aliqñ in his q̃ sunt singularia. Et ita innuit h̃ pħs diuisionẽ enũtiatõnis penes eius q̃titatẽ q̃ est ꝙ Enuntiatõnũ alia ẽ vniuersalis alia singularis

Querit̃ Utx̃ ex diuisione rerum cõuenienter innuat phylosophus diuisionem enuntiatõnis penes eius quãtitatem Solutio ꝙ sic. Et ratio illius est quia quantitas ut hic accipit̃. est quedam ꝓprietas subiecti enuntiatõnis qua mensuratur acceptio eius ꝓ vnico vel pro pluribus suppositis. sed subiectum enuntiatõnis est nomen significans simplicem conceptum rei. sicut ergo res diuiditur in vniuersalem et singularem. Ita similiter subiectum enuntiatõnis. Et ita conueniẽter enuntiatio ex parte sui subiecti diuiditur in vniuersalem ⁊ singularem. Circa hoc tamen est aduertendum ꝙ illud primũ membrum subdiuidit̃ quia vel illud subiectum vniuersale sumit̃ vl'r vel nõ vl'r. si sic sic est enuntiatio vniuersalis simpliciter. si secũdũ hoc est dupliciter. quia vel accipit̃ cum signo ⁊ sic est enuntiatio particularis vel sine signo ⁊ sic est indefinita. Et in toto fiunt quatuor membra diuisionis enuntiatõnis penes eius quantitatem sicut expresse patet ex primo tractatu pe. hys.

Querit Quot sunt species oppositionis Solo phi q tres scz
oppositio cōtraria subcōtraria ꝛ contradictoria. Et rō
istius diuisionis est q2 oppositio nō est aliud q̄ quedā repugnantia duaꝝ
ꝓpositionū vtroqꝫ termino participantiū ꝯm eundem ordinē. Vel ergo re
pugnant in qualitate tm̄ vel in qualitate ꝛ quātitate sil'. Si secūdū sic ē op
positio ꝯtradictoria. Si primū hoc est dupliciter. q2 vl' sunt ambe vl'es ꝛ
sic est oppositio cōtraria vel ambe particulares ꝛ sic ē oppō subcōtraria.

Ar Est aliqua oppositio subalterna ꝛ illa nō ponit' hic. g͛ sunt plures
species oppositōnis q̄ tres. Aňs ꝓ p̄ma parte patet ꝑ pe. hys. in
primo tractatu. Solutio q phus nō ponit hic nisi species oppositōnis
formalis. Sed oppositio subalterna nō est oppositio formalis sed solū ma
terialis ꝛ g͛ nō ponit' hic. Qz aūt oppō subalterna non sit formalis sꝫ ma-
terialis; patet q2 ꝓpōnes subalterne in forma id est in qualitate conueniunt
et differunt solū in quantitate que tenet se ex parte materie. Et si querat'
quare tunc pe. hys. posuit eam dōm est q pe. hys. magis cōiter loq̄tur de op
positōne q̄ Aresto.

Ar Due ꝓpositōnes singulares diuerse qualitatis (vt iste sortes cur-
rit sortes nō currit) sunt opposite ꝛ nō ꝯm aliquā istaꝝ specierū. g͛
sunt plures species oppositōnis q̄ tres Solutio q due ꝓpōnes singula
res differentes penes affirmatōnem ꝛ negatōnē opponūtur contradicto-
rie ꝛ hoc ꝯm veritatē ꝛ simpliciter. q2 eis ꝯuenit lex ꝓpōnū ꝯtradictoriarū
eo q non possunt vnq̄ esse simul vere vel simul false. Et si querat' q̄re tūc
phs non loq̄tur hic de eis. Solutio q phs non loq̄tur hic de ꝯtradicto
rijs nisi ꝯm q constituūtur ex terminis cōmunibꝫ verūtamē posterius ex-
presse loquitur de eis.

Querit Que dicuntur enuntiatōnes cōtrarie opposite. So
lutio si aliquis vniuersaliter enuntiet in terminis vl'ibꝫ
q̄m est vel non est tales erunt contrarie enuntiatōnes Et exponendo hoc
dicit phus q enuntiatio vniuersalis habet fieri in vniuersali subiecto. Ex
emplū vt si dicat' omnis homo est albus nullus homo est albus. Et hoc
dicit pe. hys. sic ꝓpōnes cōtrarie sunt vniuersalis affirmatiua ꝛ vl'is nega
tiua einsdem subiecti ꝛ eiusdem predicati.

Querit Que dicūtur enuntiatōnes subcōtrarie Solo q̄n ali
quis enūtiat esse vel nō esse in terminis vl'ibus nō vl'r
tunc enuntiatōnes non sunt contrarie sed que significant' sunt contrarie. s.
quibus preponūtur signa vniuersalia. Et hoc declarat per exempla dicēs
dico aūt non vniuersaliter enuntiare in his que sunt vniuersalia sicut cum
dicitur homo est albus homo non est albus. Quis em̄ homo ibi sit vniuer-
sale tamen qui sic enuntiat non vtitur eo vniuersaliter in enuntiatōne. qa
non preponit' sibi signum vniuersale. Et istud est q petrus hys. dicit alijs
verbis planius q propositiones subcontrarie sunt particulares siue indefi
nita affirmatiua ꝛ particularis siue indefinita negatiua eiusdem subiecti ꝛ
eiusdem predicati.

Querit Quot dubia remouet phs circa predicta. Solutio duo. Quorum primum est quia dictū est quod iste ppositiones homo est albus. homo nō est albus nō sunt cōtrarie, quia licet hō sit vle tn̄ qui sic enuntiat nō vtitur eo vlr quia nō pponit sibi signū vle ois vel sile possz aliqs dubitare an hoc signū ois vel sibi sile esset vle hoc ergo dubiū remouendo dicit phs quod ois nō est vle sed qm̄ vlr consignificat hoc est tm̄ dictu quod illa dictio ois nō fcat aliquā vlem naturā sz est signū et sincathegorema ad hoc inuentū vt denotet subiectū vle accipi pro oibus suis suppositis sicut pz cum dicimus ois homo currit.

Secundū dubiū est quia superius in definitōne oppositōnis cōtrarie dictum est. Si aliquis vlr enuntiet in terminis vniuersalibus qm̄ est vel nō est tales enunciatōnes sunt ɔtrarie possit aliqs dubitare an hoc verum esset indifferenter siue vle sumeretur vlr in subiecto siue in pdicato. Hoc ergo dubiuz remouendo dicit phs quod nō quia vle non pt vniuersaliter pdicari eo quod nulla affirmatio est vera in q pdicatur vniuersale sumptū vniuersaliter. Sicut ptz exēplariter dicēdo ois hō ē ome aial illa eni enūtiatio est falsa quia predicatum scz aial sumitur vniuersaliter.

Ar Ista est vera nullus homo est ois homo et tn̄ ibi pdicatur vniuersale sumptū vniuersaliter. Solutio quod ois illa affirmatio est falsa in qua pdicatur vniuersale sumptū vniuersaliter non aūt ois negatio mō ista ppositio nullus homo est ois homo est negatiua.

Ar Hic est affirmatio. et tn̄ est vera ois sol ē ois sol. Solo quod illa ppositio non est vera sed falsa. vt dicit Albertus. Et rō est quia predicatū actu multiplicatū significatur inesse alicui vni cui repugnat multiplicatio. Vel posset dici quod licet sit vera fm rem enuntiatā non tamen fm modum enunciandi.

Querit Que dicūtur enūtiatōnes cōtradictorie Solutio affirmatio dicitur opponi ɔdictorie negatōni que vniuersaliter fcat et que nō vlr. hoc est ppositōnes cōtradictorie sūt vlis affirmatiua et particularis negatiua vel ecōtra vlis negatiua et particularis affirmatiua eiusdem subiecti et eiusdē pdicati. Exemplū primi est vt ois homo est albus non omnis homo est albus. Exemplū secūdi vt quidaz homo ē albus. nullus homo est albus.

Capitulū secūdū de legibus ppositionū

Cōtrarie vero vlem affirmatōem et vlem negatōnem

In hoc secūdo capitulo phs determiat de legibus oppositarum ppositionuz Et diuiditur in tres ptes pncipales. In quarum pma ondit que sint leges specierū oppositōnis. In secūda remouet quandā opinionē erroneā platonis circa legem ppositōnū subcontrariarum. Et in tercia remouet quedā impedimenta que impediunt leges oppositōnū.

Querit Quot sūt leges ppōnū. Solo quod tres fm quod tres sūt species oppositōnis vt patet ex dictis. pma eni est lex ɔtra

riarū.secūda lex subcōtrariaꝝ.⁊ tercia lex cōtradictoriaꝝ ꝓpositionū

Querit Que est lex cōtrariaꝝ. Solo lex ꝯtrariaꝝ ꝓpositōnū talis est ſm phm ꝙ impossibile est eas esse simul veras etiā in quacūqꝫ materia. Et rō istius legis est q̄a si due ꝓpōnes contrarie possent esse simul vere tunc ineuitabiliter sequeret̄ ꝙ due cōtradictorie possent esse simul vere sꝫ hoc ē impossibile ⁊ ꝯtra veritatē p̄mi p̄ncipij.ḡ illud ex quo seq̄tur. Seq̄la ꝓbat̄ qꝛ ꝯtrarie sunt due vl̄es.sꝫ ad veritatē vniuersalis seq̄tur veritas sue ꝑticularis. Et sic ꝓpōnes quatuor anguloꝝ eēnt simul vere ꝑ ex illis cōponūtur ꝯtradictorie.ergo sequeret̄ ꝙ due contradictorie essent simul vere.

Querit In quot punctis cōsistit lex ꝯtrariaꝝ. Solo in trib9 sicut colligit̄ ex p̄mo tractatu pe.hys.. Primū punctum est.ꝙ in nulla materia ꝯtrarie pn̄t esse simul vere cui9 rō iam patuit. Secundū est ꝙ ꝓpōnes ꝯtrarie pn̄t esse simul false in materia contingenti de accn̄te sepabili. Et rō est qꝛ in materia cōtingenti de accn̄te sepabili p̄dicatū pōt ꝯuenire subiecto ꝓ aliquib9 suppositis ⁊ ꝓ aliq̄b9 nō. Et ḡ ꝓ illis q̄bus tale p̄dicatū nō cōuenit vl̄is affirmatiua ē falsa ⁊ ꝓ illis q̄b9 conuenit vniuersalis negatiua est falsa ⁊ sic pn̄t esse ambe false nec seq̄tur etiā hoc incōueniens ad falsitatē eaꝝ qđ seq̄tur ad eaꝝ veritatē. Terciū ē ꝙ in materia ꝯtingenti de accn̄te insepabili ⁊ in materia naturali vel remota nunq̄ꝫ pn̄t esse simul vere vel false.q̄a al's seq̄ret̄ ꝙ due ꝯtradictorie essent simul vere vel false qđ est ꝯtra veritatē p̄mi principij.

Querit Que est lex subcōtrariaꝝ ꝓpōnum. Solo ꝙ ꝓpōnes subcōtrarie pn̄t bn̄ esse simul vere.sꝫ impossibile est eas simul esse falsas. Et rō istius est qꝛ ꝓpōnes subcōtrarie sunt particulares sed ad veritatē particularis non seq̄tur veritas sue vl̄is.qꝛ ꝑticularis pōt esse vera in materia cōtingenti de accn̄te sepabili sua vl̄i exn̄te falsa. Et sic nō seq̄tur duas cōtradictorias esse simul veras. Sed ad falsitatem particularis sequitur falsitas sue vniuersalis qꝛ non potest vniuersalis esse vera sua particulari existente falsa.ergo si due subcontrarie essent simul false sequeret̄ ꝓpōnes ꝯtradictorias esse simul falsas.

Querit In quot punctis cōsistit lex subcontrariaꝝ Solo in tribus. Primū est ꝙ due ꝓpōnes subcontrarie in nulla materia pn̄t esse simul false. Secūdū est ꝙ in materia contingenti de accidente sepabili possunt esse simul vere. Terciū est ꝙ in materia naturali remota ⁊ contingenti de accidente insepabili nō possunt esse simul vere vel false sicut plane habet̄ in pe.hys.

Querit Que est lex contradictoriaꝝ ꝓpositionū. Solutio q̄cunqꝫ cōtradictiones sunt vniuersaliū vniuersaliter necesse est alterā esse veram ⁊ alteram falsam. Et quecunqꝫ cōtradictōnes in singularibus sunt etiam sic se habent hoc est tantum dictu ꝙ lex propositionum contradictoriarum talis ē ꝙ īpossibile est eas esse simul veras vel falsas in quacunqꝫ materia. Et innuit phylosophus ibi duplices con-

tradictorias quasdam de terminis cōmunib⁹ sicut sunt omnis homo ē albus. quidam homo non est albus alias de terminis singularib⁹ sicut sunt sortes est albus. ⁊ sortes nō est albus. Et omnes ille eadem lege regulant̃.

Queritur Que est rō istius legis Solutio ꝙ eius nō oportet ꝗrere cām qꝛ lex cōtradictoriaꝝ fundata est in primo ꝓncipio cui⁹ veritas est omnib⁹ notissima. Et ergo dicit Albertus ꝙ querere quare cōtradictoria non possunt esse simul vera vel falsa non est aliud ꝗrere ꝗꝫ querere quare contradictoria sunt contradictoria.

Queritur Quare nō ponūtur alique ꝓpōnes subcōtradictorie sicut ponūtur alique subcōtrarie Solutio rō illius est quia ꝓpositiones contrarie sunt ambe vniuersales ⁊ sic sub eis potest aliq̃d contineri sub vniuersali eñ affirmatiua continetur particularis affirmatiua. ⁊ sub vniuersali negatiua particularis negatiua. Et ergo ponūtur aliq̃ ꝓpositōnes subcontrarie quasi sub contrarijs posite ⁊ contente. Sed ꝓpositiones ꝯtradictorie non sunt ambe vniuersales sed vna est vniuersalis et alia particularis. vel sunt ambe singulares. sed sub particularibus vel singularib⁹ nihil pōt cōtineri. ⁊ g̃ nō sunt alique ꝓpōnes subcontradictorie.

Queritur Circa secūdā partē capl'i q̃s est ille error platonis quem habuit circa istas leges. Solutio ꝙ ꝓpositōnes subcontrarie non possunt esse simul vere.

Queritur Quō ꝓcedit pħus circa illoꝝ errorē Solutio primo ostendit ꝙ ꝓpositiones subcontrarie possint simul esse vere. secūdo ponit motiuū platonis. ⁊ tercio soluit.

Queritur Quō ostendit ꝙ ꝓpōnes subcōtrarie possint esse sil' vere Solutio hoc ostendit triplici exemplo. Primū est Iste ꝓpositōnes possunt esse simul vere homo est albus ⁊ non est homo albus. Secūdū est qꝛ iste ꝓpōnes possunt esse simul vere homo est probus homo est turpis. sed ad istam homo est turpis ꝑ locum a contrarijs sequit̃ ista homo non est probus que est subcontrarie oppoſita ad istam homo ē probus. ergo ꝓpōnes subcontrarie possunt simul esse vere. Terciū exēpluꝫ est qꝛ iste ꝓpōnes pñt sil' esse vere hō ē pulcher ⁊ nō ē hō pulcher. patꝫ q̇a iste sūt sil' ꝟe hō ē pulcher. ⁊ hō ē fedus. sꝫ ad istā hō ē fedus seq̃tur ꝑ locū a ꝯtrarijs hō non est pulcher. Etiā iste pñt sil' stare hō est pulcher ⁊ hō fit pulcher. sꝫ ad illā hō fit pulcher seq̃tur ista hō nō ē pulcher qꝛ qđ fit nōdū est. g̊ ꝓpōnes subcontrarie nō pñt esse simul vere.

Queritur Quod fuit motiuū platonis q̃re dixit ꝙ ꝓpōnes subcōtrarie nō possent sil' esse vere. Solutio motiuū suum fuit illud. qꝛ si ꝓpōnes subcōtrarie dicerent̃ sil' vere tūc seq̃ret̃ ꝙ ꝓpōnes cōtradictorie eēnt sil' vere. sꝫ hoc ē incōueniens ⁊ impossibile. g̊. Seq̃lā ꝓbauit exēplariter qꝛ si iste due possent sil' esse vere hō ē alb⁹ ⁊ nō ē hō alb⁹ que sunt subcōtrarie tūc iste due etiā possent esse vere hō ē alb⁹ ⁊ nemo est alb⁹ seu nullus hō ē alb⁹. qꝛ ista nemo ē alb⁹ seu nullus homo est albus videt̃ idem significare cum ista nō homo est albus.

Querit Quõ soluit phs hoc motiuū platonis. Solo dr q̃ h
motiuū est falsum. qr indefinita negatiua. vt nõ est hõ
alb⁹. ꝛ vl'is negatiua. vt nemo est albus. nõ s̄cant idem nec necesse est eas
esse simul veras.

Ar Illa. nõ est hõ alb⁹ q̄ s̄m phm hic est indefinita negatiua equalꝫ
huic nemo vel nullus homo est alb⁹. ergo videt̄ q̄ indefinita ne-
gatiua ꝛ vl'is negatiua eq̄polleant ꝛ possint esse sil' vere. Añs pꝫ qr nega
tio p̄posita p̄ticulari affirmatiue facit eq̄pollere vl'i negatiue. Solo q̄
in ista nõ est homo alb⁹ est inordinatio negatõis. qr negatio p̄cedit ibi sub
iectum. ꝛ ergo videt̄ formal'r respicere subiectū ꝛ negare ipm. Sed si ter-
mini illaꝝ enunciationū debite ordinent̄. tūc hoc nõ ꝯtingit. vt si ista non
est hõ albus resoluat̄ in istam. homo nõ est albus. tunc nõ eq̄pollet isti ne
mo est alb⁹ ꝛ sic est eadē cū ea qr tunc negatio nõ fert̄ ad subiectū. sꝫ ad cõ
positõem. Et ista inordinatio negatõis s̄m expõem dñi alberti fuit cau-
sa quare putabant platonici ꝓpõem indefinitā negatiuā ꝛ vniuersalem ne
gatiuam idem valere.

Querit Circa tertiā p̄tem capituli Quot impedimenta ponit
phs q̄ impediūt leges oppositionū. Solutio q̄ duo
Primū est q̄ nõ affirmat̄ ꝛ negat̄ idē p̄dicatū de eodē subiecto. Remo-
uendo ergo illud impedimentū dr phs q̄ vna negatio dꝫ esse vnius ꝛ eiu
sdem affirmatõnis. Et ratio est. qr si negatio ꝛ affirmatio debeāt esse op
posite. opꝫ q̄ illud idē neget negatio qd affirmauit affirmatio ꝛ hoc de eo
dem subiecto siue tale subiectū sit singulare siue vl'e. ꝛ siue etiā tale subie-
ctum vl'e sit sumptū vl'r siue nõ vl'r. qr in omib⁹ illis oppositio req̄rit vnita
tem ꝛ identitatē. nõ genericā vel specificā. sed numeralē. Exempli grã iste
ꝓpõnes sunt opposite. socrates est alb⁹ socrates nõ est alb⁹. sil'r iste ois hõ
est alb⁹ nõ ois hõ est alb⁹. qr ibi affirmat̄ ꝛ negat̄ idem p̄dicatū de eodem
subiecto. Sꝫ iste ꝓpõnes nõ sunt opposite. sortes est musicus plato nõ est
musicus. qr ibi nõ est idem subiectū. nec iste sunt opposite. sortes est musi
cus sortes nõ est albus. qr ibi nõ est idem p̄dicatum.
¶ Secundū impedimentū quod impedit leges oppositaꝝ ꝓpõnum ē eq̄
uocatio p̄dicati vel subiecti. Et remouēdo hoc impedimentū dr phus q̄
vna affirmatio vel vna negatio est q̄ s̄cat vnū p̄dicatū de vno subiecto si-
ue hoc subiectū sit sumptū vl'r siue nõ. Exemplū est vt omis homo ē alb⁹
nõ ois hõ est alb⁹. ꝛ nullus hõ est alb⁹. q̇dā hõ est alb⁹. q̄libꝫ eni̅ istaꝝ ꝓpo
sitionū est vna si albū s̄cet vnū. Sꝫ si duob⁹ esset vnū nomē impositū ex
q̇bus nõ fit vnū. tunc affirmatio nõ est vna nec negatio vna Exempli grã
si hoc nomē tunica imponeret̄ ad s̄candū hoīem ꝛ equum. ꝛ diceret̄ tuni
ca est alba illa affirmatio nõ esset vna. Et hoc sic ostendit. qr tunc nihil re
ferret dicere tunica est alba ꝛ tunica nõ est alba. q̄ꝫ dicere equus est alb⁹ et
hõ nõ est alb⁹. Sed ille due ꝓpõnes nõ s̄cant vnū sꝫ multa. ergo etiam ista
affirmatio. tunica est alba s̄cat multa vel opteret dicere q̄ s̄cat nihil. quia
nõ sunt vnum homo ꝛ equus. Et ergo patꝫ q̄ eq̄uocatio impedit legem
oppositõnis ꝯtradictorie ꝛ nõ est necesse in eq̄uocis vnam p̄tem ꝯtradi-
ctionis eē verā ꝛ aliā falsam. sꝫ p̄nt simul esse vere vel false.

Querit̃ Utꝝ ꝓpōnes ꝯtradictorie equaliter hn̄t se penes ho[c] ꝙ est vnā esse verā ⁊ aliā falsam. Sol'o ꝙ nō. qꝛ in his q̄ sunt de p̄senti ⁊ de p̄terito necesse est alterā ꝑtem esse determinate verā et alterā falsam. ⁊ hoc tā in vl'ib⁹ ꝙ̄ in singularib⁹. Exemplū de vl'ib⁹ v[t] cū dr̄ oīs hō currit. nō oīs hō currit nullus hō currit q̇dā hō currit. ibi enī sꝑ necesse est hanc determinate eē verā ⁊ aliā falsam. Exemplū de singularib⁹. vt sortes currit sortes nō currit ibi est sil'r. Sꝫ in illis enūciatōib⁹ q[ue] dicunt̃ in vl'ib⁹ nō vl'r distributis sicut in equocis nō est necesse vnā ꝑtem determinate eē verā ⁊ alterā falsam vt statim dictū fuit. de ꝓpōnib⁹ de futuro videbitur in capitulo sequente.

Querit̃ Que est rō illius ꝙ in ꝓpōnib⁹ ꝯtradictorijs de p̄senti et de p̄terito vna est determinate vera ⁊ alia falsa. Solutio. qꝛ pn̄s hoc hꝫ esse determinatū in seipō. Et p̄terita in sua p̄teritōe inq̄ȝtum semel fuerūt p̄sentia etiā sunt certa. Et ergo ꝓpōes ꝯdictorie de pn̄ti ⁊ p̄terito sic se hn̄t ꝙ vna eaꝝ ē determiate ṽa ⁊ alia determiate falsa.

Ar̃ Iste ꝓpōnes sunt ꝯdictorie de pn̄ti. papa sedet papa non sedet. Sil'r iste stelle sunt in numero pari. stelle sunt in nūero impari et tn̄ neutra eaꝝ est determinate vera vel falsa. Sol'o lꝫ ille ꝓpōes nō sint determinate quo ad nos. qꝛ nos ignoramus q̄ illaꝝ sit vera vel falsa. tn̄ ex ꝑte rei vna eaꝝ est determinate vera ⁊ alia falsa.

Ar̃ Iste ꝓpōnes sunt ꝯtradictorie de. p̄terito. adam fuit adam nō fuit. ⁊ tn̄ nulla est determinate vera. Qꝫ sic ostendit̃. qꝛ ab eo ꝙ res est vel nō est orō dr̄ vera vel falsa sed res s̄cata ꝑ illas ꝓpōnes non est.

Solutio lꝫ res s̄cata ꝑ ꝑtes illaꝝ ꝓpositionū nō sit tn̄ res s̄cata ꝑ totaꝫ illam ꝓpōnem est scꝫ adam fuisse. ⁊ ergo illa est determinate vera ⁊ alia scꝫ adam nō fuisse determinate falsa.

Tertium capitulum.

In singularibus vero ⁊ futuris nō similiter. Nam si ⁊c̃.

In hoc tertio capitulo tractat ph̄s spēaliter de oppōne enūciationum de futuro ꝯtingenti. Et p̄t diuidi in q̄nq̃ ꝑtes. In quaꝝ p̄ma ostēdit ꝙ in ꝯtradictorijs de futuro ꝯtingenti nō est determinata veritas. In scd̄a remouet vnā falsam solutōem. In tertia ꝯcludit incōuenientia. In quarta ostēdit hmōi incōuenientia esse impossibilia. Et in quinta remotis impossibilibus ꝯcludit ꝓpositum suum.

Queritur Utꝝ in singularib⁹ ⁊ futuris ꝯtingentib⁹ nō sit determinata veritas sicut in ꝓpositōibus de presenti ⁊ de preterito. Solutio ꝙ nō. Et ꝓbat ph̄s duabus ratōnibus.

¶ Prima est ista si in singularib⁹ ⁊ futuris ꝯtingentib⁹ vna ꝑs ꝯtradictiōnis esset determinate vera ⁊ alia falsa tunc seq̄ret̃ ꝙ oīa q̄ euenirent euenirent ex necessitate ⁊ oīa q̄ nō euenirent nō euenirent ex necessitate sꝫ hoc est impossibile. qꝛ tunc nihil fieret ad vtrumlibet vel a casu. ergo. Seq̄la

ꝓbatur. qꝛ ponamus ꝙ sint duo homines quoꝝ vnus dicat aliq̄d futurū
esse puta ꝙ sortes erit cras albꝰ ꝛ alius dicat hoc nō esse futurum. puta di
cat ꝙ sortes nō erit cras albus tunc necesse est alterum eorum esse verum
et alterum falsum. quia due ꝓpōnes ꝯtradictorie nō possunt esse simul ve
re vel false. Si ergo vnus eorum dicat determinate verum puta ille q̄ di-
cit sortes cras erit albus, ꝛ alter determinate falsum. scꝫ ille qui dicit sor-
tes nō erit albus. tunc necesse est ꝙ cras sortes sit albus. quia alias ille nō
diceret determinate verum q̄ dīt ꝙ cras erit albus. Et ꝑ ꝯn̄s sequeretur
ꝙ omne quod eueniret. eueniret ex necessitate ꝛ quod non eueniret ex ne-
cessitate non eueniret.

¶ Scd̄a rō est. qꝛ si in ꝯtradictorijs de futuro ꝯtingenti necesse sit vnā
ꝑtem esse determinate veram. ꝛ aliam determinate falsam. tunc sequeret̄
ꝙ sicut determinate dicitur nunc de aliquo albo ꝙ ip̄m est album. ita an-
teq̄ꝫ fieret album verum fuit dicere determinate ꝙ hoc erit album ꝛ simi-
liter de quolibet quod factum est verum erat dicere determinate ꝙ h̄ erit
anteq̄ꝫ esset. Et si verum eēt dicere ꝙ erit tunc nō potest nō esse vel non
fieri ꝛ si nō potest nō fieri tunc impossibile est non fieri. Et si impossibile ē
nō fieri tunc necesse est fieri qꝛ oīa illa eq̄pollent in quarta linea modaliū
Et sic seq̄tur idem inconueniēs qd̄ ꝓus. scꝫ ꝙ oīa que futura sunt necesse
est fieri ꝛ ꝙ nihil est ad vtrūlibet vel a casu.

Querit̄ Que est illa falsa solutio que posset dari ad istā scd̄am
ratōnem iam dictam. Solutio ꝙ ista. qꝛ posset ali-
quis dicere ꝙ de eo qd̄ nunc est album. nec fuit heri veꝝ dicere hoc erit al
bum nec etiā hoc non erit album. ꝛ ergo non videtur illa scd̄a ratio ꝓcede
re. istam solutōem reprobat ph̄us duabꝰ rationibꝰ. Prima est. quia si sic
tunc seq̄retur ꝙ cum affirmatio sit falsa negatio erit nō vera. id est falsa ꝛ
cum negatio sit falsa ꝙ affirmatio erit nō vera seu falsa ꝛ sic due ꝓpōnes
contradictorie erunt simul false quod est contra veritatē ꝓmi ꝓncipij.

¶ Scd̄a ratio est. Si verum est dicere de aliquo p̄n̄ti puta de albo ꝙ ne-
cesse est ip̄m esse. ꝛ sil'r si veꝝ est dicere de aliquo futuro ꝙ cras erit. tūc oꝫ
ip̄m cras esse. Ergo si verum esset dicere ꝙ neq̄ꝫ erit neq̄ꝫ non erit tūc oꝫ
ꝙ ip̄m in futuro neq̄ꝫ esse neq̄ꝫ non esse. Et hoc est impossibile. qꝛ per
hoc destruitur ꝯtingens ad vtrūlibet ꝛ ipsum neq̄ꝫ fieret neq̄ꝫ non fieret.
sicut istud futurum contingens cras erit nauale bellum. id est bellum per
naues nec erit cras nec non erit si illa solutio esset vera

Qr̄ Quot cauillatōes ponit ph̄s q̄ possent fieri ꝯtra suas rōes ꝓus
positas. Solꝰ duas. Prima ē ꝯtra scd̄am rōem in qua dictū fu
it si aliq̄d ē nunc albū ꝙ tūc ꝓus de eo erat veꝝ dicere hoc erit albū posset
aliq̄s dicere ꝙ bn̄ veꝝ erat dicere hoc erit albū in tp̄e multuꝫ ꝓpinquo
sꝫ non in tp̄e remoto. ꝛ ergo nō erat semꝑ veꝝ dicere hoc erit albū Sꝫ ad
illā cauillatōem respōdet ph̄s. Dicēs ꝙ nihil differt an̄ millesimū annuꝫ
ꝙ aliquis dicat hoc esse futurum ꝛ alter dicat hoc idem nō esse futurum
qꝛ siue dicat̄ in millesimo anno siue in quocūq̄ꝫ alio tp̄e nō variat̄ veritas
sed sꝑ est eadē qn̄cunq̄ꝫ dicat̄. ꝛ ergo seq̄tur ꝙ de quolibet eoꝝ q̄ nunc sunt
veꝝ erat dicere in q̄cūq̄ꝫ tp̄e p̄terito qm̄ erit ꝛ si hoc erat determinate veꝝ

dicere tũc seq̃tur vt ibi dictũ fuit ꝙ oĩa necessario eueniãt q̃cũq; eueniunt
¶ Scđa cauillatio est ꝯtra ṗmam ratõem in qua dictũ fuit ꝙ si sint duo quoꝝ vnus dicat aliquid eẽ futuꝝ ⁊ alter dicat hoc nõ esse futuꝝ. necesse est vnum eoꝝ dicere verum. posset aliq̃s dicere ꝙ hoc est ꝓpterea. q2 ꝯtradictoria sic a nobis dicunᷓ. ȝ si nullus diceret ea tunc hoc nõ seq̃ret. Hãc cauillatõnem remouendo đr phus ꝙ nihil differt siue aliq̃s dicat siue nõ ad hoc ꝙ res eueniat vel nõ eueniat. q2 ꝓpter nostrũ affirmare vel negare nihil erit vel non erit.

Queritᷓ Que sunt incõuenientia que sequunᷓ si dicaᷓ ꝙ in singularib⁹ ⁊ futuris ꝯtingentibus sit determinata veritas ⁊ falsitas. Solutio ṗmo seq̃tur ꝙ nihil fiet in reb⁹ ad vtrũlibet vel a casu sed oĩa euenient de necessitate. Scđo seq̃tur ꝙ nõ oportebit nos ꝯsiliari q2 ꝯsilium est de his que possunt aliter fieri. Tertio seq̃tur ꝙ non oꝑtebit nos negotiari ad acq̃rendũ diuitias q2 siue ꝯsiliati fuerimus siue nõ equaliter veniet ꝙ futurum est. Et siue negotiati fuerimus siue nõ eq̃liter ditabimur si ditabimur.

Queritᷓ Quõ ostendit phus ꝙ hoc sit impossibile ꝙ oĩa eueniant ex necessitate. Solutio hoc ostendit duab⁹ rationibus. Prima est ista quecunq; causanᷓ ab actõnibus ⁊ ꝯsiliis nostris illa nõ eueniunt ex necessitate. sed multa futura ꝯtingentia sunt huiusmodi. ergo nõ oĩa eueniunt ex necessitate. Maior patȝ. q2 actõnes nostre et ꝯsilia sunt voluntarie. ⁊ ergo possumus agere vel non agere consiliari vel non consiliari.
¶ Scđa rõ est Quecunq; non sunt semꝑ actu sed possibile est ea esse vel nõ esse fieri vel nõ fieri illa nõ fiunt ex necessitate. sed multa sunt talia. ergo nõ oĩa eueniunt ex necessitate. Minor patȝ. q2 possibile est hãc vestẽ incidi vel nõ incidi. Et circa hoc tangit phs triplex ꝯtingens scȝ ad vtrũlibet ꝯtingens natum ⁊ ꝯtingens rarum.

Queritur Quõ phus iam istis inconuenientiis ⁊ impossibilibus remotis determinat veritatem questionis ṗus mote de futuris ꝯtingentibus. Solutio primo ostendit quõ res se habent ad necessitatem essendi. Et scđo quõ orõnes seu ꝓpõnes se habent ad veritatẽ ⁊ falsitatẽ. Primũ ostendit dupl'r. q2 ṗmo ostẽdit hꝰ de reb⁹ ẜm se ⁊ absolute ꝯsideratꝭ. Scđo de reb⁹ i ordine ad sua opposita

Queritur Utꝝ res ẜm se ⁊ absolute ꝯsiderata habeat aliquam necessitatem essendi Solutõ ꝙ sic. quia oĩe qđ est quando est necesse est esse. Et oĩe qđ nõ est quando nõ est necesse est nõ esse. Et đr notanter quãdo est. ⁊ quando nõ est. q2 ꝑ hoc habetur ꝙ huiusmodi necessitas est ex suppositõne ⁊ nõ absoluta vel simpliciter dicta. quia nõ oĩe quod est necesse est esse simpliciter. sed cum illa suppositõne quando est similiter non omne quod nõ est necesse est nõ esse simpliciter. sed cum illa conditõne quando non est.

Arᷓ Hoc est falsum ꝙ oĩe qđ est qñ est necesse est esse. Assumptũ ꝓbaᷓ. q2 ex eo seq̃tur falsuȝ sic arguẽdo. Oĩe qđ ē qñ ē necesse ē eẽ

Sz ois homo est qñ est.ergo oēm hoiem necesse est esse. Solutio q illa ꝓo phi.oē qd est qñ est necesse est esse q̄ ponit ibi ꝑ maiore est distiguēda q2 illa determinatio quando est vel determinat ꝑdicatū scz necesse est eē. et tunc est cōposita ⁊ vera.q2 tunc sensus est.oñe qd est necesse est esse qñ est sz tūc male subsumit in illo argumento.q2 illa determinatio nō deberz tunc poni cū medio in minore.sed cū maiore extremitate in ↄclusione sic arguendo.oñe quod est quādo est necesse est esse.ois homo est.ergo oēm hoiem necesse est esse quādo est.Uel illa determinatio quādo est determinat subiectum vel medium. scz hoc verbum est. ⁊ tunc est diuisa ⁊ falsa. q2 sensus est.oñe quod est.estquando est.necesse est esse ⁊ tunc bene argui tur sed sicut maior est falsa ita conclusio.

Querit Quō res hñt se ad necessitatē essendi ꝑ ↄpatōnem ad sua opposita. Solutio q eodē mō sicut se hz necessitas in rebꝫ ꝭm se ↄsideratis.ita etiā se hz in ↄdictorijs.q2 sicut res q̄ non hz absolutā necessitatē fit necessariū ex suppōe.ita in ↄtradictorijs illō qd ꝭm se nō est necessariū fit necessariū ꝑ distinctōem ad oppositū. q2 de quolibet necesse est q sit vel nō sit ⁊ q sit futuꝝ vel nō sit futuꝝ.lz capiēdo cōtradictoria diuisim neutꝝ sit necessario determinatū. Exēpli grā necesse est nauale bellū cras esse futuꝝ vel nō esse futuꝝ sub disiunctōe.Sed diuisim nō est necesse alteꝝ esse futuꝝ.vt nō est necesse nauale bellū cras esse futuꝝ nec necesse est ipm nō esse futuꝝ.

Querit Quō orōes seu ꝓpōnes ↄtradictorie se hñt ad veritatem ⁊ falsitatē. Solō q oratōes ↄtradictorie eodem mō se habēt ad veritatē ⁊ falsitatē sicut res se hz ad esse ⁊ nō esse. ⁊ ergo sicut sunt alique res q̄ nō sunt determinate ad esse nec ad nō esse. sicut sunt res q̄ nō sꝑ sunt nec sꝑ non sunt: vt res ↄtingentes.sic etiam orationes seu ꝓpōnes ↄtradictorie q̄ sunt de huiusmodi rebꝫ futuris nō sunt determinate ad veritatem ⁊ falsitatē.ita q lz necesse sit alterā ꝑtem esse verā vel falsam nō tñ hanc vel illam determinate.

Querit Quō ↄcludit phs ꝑncipale ꝓpositū suū in fine textus. Solō dt q ex dictis manifestū est q non est necesse in omībꝫ affirmatōibꝫ ⁊ negatōnibꝫ vnā ꝑtē esse determinate verā ⁊ aliam determinate falsam. Et q nō est sile de ↄtradictorijs de futuro ↄtingenti sicut de illis que sunt de ꝑterito vel de ꝑsenti.

Ar̄ In futuris ↄtingentibꝫ est determinata veritas ⁊ falsitas.ergo. Añs ꝓbat.q2 ista est de futuro ↄtingenti.sol cras orief ⁊ tñ ē determinate vera. Solō q est triplex futuꝝ scz necessariū ↄtingēs ⁊ ipossibile.iā ista sol cras orief nō est de futuro ↄtingenti. sz de futuro necessario et hoc stante ordine qui iam est in rebus.

Ar̄ Ista est de futuro ↄtingenti dies iuditij erit ⁊ tñ est determinate vera.ꝰ.Solō q lz illa ꝓō sit ↄtingens q̄tum est ex habitudine sꝛoꝝ terminoꝝ.tamen supposita ꝑordinatōne ⁊ determinatōne diuina sic est determinate vera ⁊ necessaria.

Ar̃ Ista ꝓpō om̄e futuꝝ ꝯtingens est futuꝝ est ꝓpō ꝑ se. ergo est necessaria ⁊ si est necessaria. ergo ē vera. ⁊ ꝑ ꝯn̄s seq̇tur ꝙ om̄e futuꝝ ꝯtingens de necessitate vere est futurum. Solutio lꝫ omne futurum cō tingens formaliter acceptum sit de necessitate futurum. tamen futurū cō tingens acceptum materialiter pro eo quod est futurum contingens non est de necessitate futurum sed contingenter.

Ar̃ Om̄e cognitum ⁊ preuisum a deo de necessitate eueniet. sꝫ omne futurum contingens est cognitum ⁊ p̄uisum a deo. ergo est de necessitate futurum. Maior patꝫ. qꝛ al's deus in sua cognitōne posset falli. quod est absurdum Solutio ꝙ futurum contingens potest ad duo cō pari. vno modo ad causam ṗmam puta ad deum Alio modo ad causam proximam. iam licꝫ futurum contingens habeat aliquam necessitatē per ꝯꝑatōnem ad causam ṗmam. nō tamen in ordine ad causam secundariā et ꝓximā. Et tantū de ṗmo perihermeniaꝝ arestotelis.

Irca initium secundi libri perihermenias arestotelis.

¶ Querit̃ ṗmo de quo determinat̃ in hoc libro. Solutio de multiplicatōne ꝯsequētijs et de eq̇pollentijs enūciationū Et diuiditur in tres tractat⁹. in quoꝝ ṗmo determiat de multiplicatōne ꝯsequētia ⁊ eq̇pollētia ꝓpōnum de inesse. In scđo ꝓpōnum modalium. Et in tertio de ꝯtrarietate ꝓpōnum. Primus tractatus habet septem capitula. q̄ꝝ rum ṗmum est quodāmodo p̄ambulare. Et diuidit̃ in tres ꝑtes. In prima ostendit ph̄s oēm enūciatōem esse cōpositam ex noīe ⁊ verbo. In scđa remouet quedā dubia. ⁊ in tertia ꝯcludit. vn̄ dr̄ ph̄s ṗmo sic in textu.

Uoniā aūt est de aliquo affirmatio ꝟcans aliq̇d. hoc aūt est vel nomen vel innominabile.

Querit̃ Que ē ꝯclusio quā intēdit ph̄s ibi. Sol'o ꝙ oīs affirmatio .i. enūciatio affirmatiua ē cōposita ex noīe ⁊ ꝟbo Et illā sic ꝓbat. qꝛ q̇cq̇d ꝟcat aliq̇d p̄dicatū de aliquo subiecto hoc est cō positū ex noīe ⁊ verbo. sꝫ oīs enūciatio affirmatiua est hm̄oi. qꝛ oīs affirmatio ē de aliq̇. g̊ oīs enūciatio affirmatiua ē cōposita ex noīe ⁊ verbo.

Querit̃ Quot dubia remouet ph̄us circa hoc q̇đ iā dictū est Solutio ꝙ quattuor. Primū ē. qꝛ dictū ē ꝙ oīs affirmatio ꝟcat aliq̇d de aliq̇. posset aliq̇s dubitare q̇d est illud de quo affirmatio aliq̇d ꝟcat. Hoc dubiū remouēs ph̄s dr̄ ꝙ illđ vel est nomē vl' innoīabile. Et q̄muis hic ph̄us nihil dicat de negatōne tn̄ idē debꝫ itelligi de negatōne ⁊ affirmatōne.

¶ Scđm dubium est. An ponendū in enūciatōe affirmatiua vel negati
ua debeat esse vnū vel plura. Et respōdet phs ꝙ dꝫ eē q̇d vnū ⁊ hoc vo-
ce ⁊ ꝑcatōe siḱ. qꝛ alias ꝓpō nō posset multiplicari.
¶ Tertiū est. q̇d est innominabile. Ad hoc dt phs ꝙ innomīabile nihil
aliud est ꝙ̄ nomē infinitū vel etiam verbum infinitum
¶ Quartū est vtꝝ nomē infinitū ꝑcet q̇d vnū. Et respōdet phs ꝙ nomē
infinitū ꝑcat quodāmodo vnū infinite. i. indeterminate. Et dꝛ notanter
infinite. qꝛ drā ē iter ꝑcare aliq̇d simpl'r ⁊ ꝑcare aliq̇d ifinite vł idetermiate

Queritur Quare phs vocat hic nomē infinitū innoīabile
Solo alberti ꝙ ideo. qꝛ nomē infinitum nihil
nominat. vñ dt boetius cū dico hō aliquā rē ꝯstituo ꝑcando. sꝫ cū dico nō
hō qđ ꝯstitutū est tollo nihil entiū vel nō entiū pono. Aliȷ̄ dicunt ꝙ vocat
ipm innoīabile. qꝛ añ tempus suū nō fuit sibi nomē impositū.

Ar̄ Supius dictū fuit ꝙ nomē infinitū remouet̄ a ꝯsideratōe logi-
ci. g̊ male dt hic phs ꝙ p̄t eē subiectū in enūciatiōe. Soº ꝙ ꝓ tā-
to remouet̄ nomē infinitū a ꝯsideratōe logici. qꝛ ex eo nō p̄t ꝯstitui enū-
ciatio ꝓpꝛie dicta in q̄ aliq̇d determiate enūciet̄ de aliq̊. Sꝫ qꝛ enūciatio qñ
ꝙ accipit̄ ꝯmuniter ꝓ omi oratōe in qua aliq̇d enūciat̄ de aliquo. siue hoc
sit determinate siue indeterminate. sic dt hic phs ꝙ nomē infinitū p̄t esse
subiectū enūciatōis. ⁊ ita loq̇tur hic de enūciatōe ꝯmuniter. vñ ꝯcluden-
do dt phs ꝙ oīs affirmatio est ex noīe ⁊ verbo vel ex infinito noīe ⁊ ꝟbo
finito. qꝛ p̄ter verbū nulla est affirmatio vel negatio. Et dꝛ notāter ⁊ ver-
bo finito. qꝛ verbū in enūciatōe positū nō p̄t esse infinitū vt ꝓus dictū fuit

Secundum capitulum.

Quare prima est affirmatio ⁊ negatio est homo ⁊c̄.

In hoc scđo capitulo phs docꝫ multiplicare ꝓpōes de ē scđo adiacēte

Nr̄ Quotuplices sunt ꝓpōes de hoc ꝟbo ē. Soº duplices. qꝛ q̄daꝫ
sunt de hoc verbo ē scđo adiacēte. q̄dā de ē tertio adiacēte. ꝓpō
de ē scđo adiacēte dꝛ in q̄ post hoc ꝟbū ē nullū seq̇tur materiale p̄dicatuꝫ
vt pꝫ dicēdo hō ē. aīal ē. Sꝫ ꝓpō de ē tertio adiacēte ē qñ post hoc verbū ē
seq̇t̄ materiale p̄dicatū. vt dicēdo hō ē iust⁹ hō est albꝰ

Ar̄ Nulla ē ꝓpō de ē p̄mo adiacēte. g̊ nō erit aliq̄ de ē scđo adiacēte.
vł tertio adiacēte. ꝯñ̄a ꝓbat̄ a sili. Soº ꝙ nō ē sile ⁊ rō illius ē qꝛ
p̄mi nō ē adiacere sꝫ tm̄ scđi vel tertiȷ̄. qꝛ adiacere est ad alterum iacere. ⁊
ergo adiacere p̄suppoit alterum scꝫ p̄mum.

Ar̄ Est semper ponitur scđo loco. ergo oīs ꝓpō est de est secundo
adiacente ⁊ ꝑ ꝯsequens nō est aliqua ꝓpō de est tertio adiacen-
te. Añs patꝫ exemplariter cum dꝛ homo est albus homo est iustus. So-
lutio alberti ꝙ licet hoc verbum est sit semper scđm ordine. quia semꝑ po-
nitur scđo loco nō tamen est semꝑ scđm numero quia in tali ꝓpositōne sūt
tria scꝫ subiectum p̄dicatum ⁊ copula. qꝛ ergo cōponibilia sunt añ ꝯposi-
tionem, ergo est in illis ꝓpōnibus est tertium numero.

Querit̃ Quõ docet pħus multiplicare ꝓpões de est secũdo adiacente. Solutio docet eas multiplicare in duplici quãtitate. scʒ in q̃ntitate indefinita ꝛ vl'i. In q̃ntitate indefinita sunt iste homo est hõ nõ est nõhomo est nõhõ nõ est. In q̃ntitate vero vl'i sunt iste oīs homo est om̄is homo nõ est om̄is nõhomo est om̄is nõhomo non est. Et sicut ista multiplicatio fit in tempe p̃nti.ita etiã p̄t fieri in extrinsecis temporib⁹ scʒ in in p̄terito ꝛ futuro.

Querit̃ Quare pħus in ista multiplicatõne ꝓpositõnum nõ facit mentõnem de enunciatõne particulari ꝛ singulari sicut de indefinita ꝛ vniuersali Solutio ꝙ particularis ꝯprehenditur hic sub indefinita. quia signum particulare nihil addit supra terminum indefinite sumptum nisi quendam vagum respectum. Sed enunciatõnem singularem pretermisit. quia singulares non variantur penes vniuersalitatem ꝛ nõ vniuersalitatem cum subiecto earum nõ possit addi signũ. Et sic ẜm pħm sunt tantum octo ꝓpositõnes p̓ncipales que multiplicantur de ꝟbo est scđo adiacẽte. scʒ quattuor in quantitate indefinita ꝛ quatuor in quantitate vniuersali. Possent tamen ꝓpositõnes ille multiplicari ẜm ẜm omnem quantitatem. Et quia sunt quattuor quantitates ꝛ in quali libet quantitate fiunt quattuor sic sunt in toto sedecim propositõnes que fiunt de hoc verbo est secundo adiacente saltem de tempore presenti. quia si multiplicarentur ille propositõnes etiam ẜm tempora extrinseca. scʒ ẜm preteritum ꝛ futurum tunc fierent multo plures. Et vt studentib⁹ magis pateat ordinaui propositõnes illas de tempore presenti in hac figura.

In q̃ntitate vniuersali	Prima oīs homo est	affirma. de subiecto finito.
	Scđa oīs hõ nõ est	negatia de subiecto finito
	Tertia oīs nõhõ est	affirmatia de subiecto ĩfinito
	Quarta oīs nõhõ nõ ẽ	negatia de subiecto ĩfinito.

In q̃ntitate p̄ticulari	Prima q̃dã hõ est	affirmatia de subiecto finito.
	Scđa q̃dã hõ nõ est	negatia de subiecto finito.
	Tertia q̃dã nõhõ ẽ	affirmatia đ subiecto ĩfinito
	Quarta q̃dã nõhõ nõ ẽ	negatia de subiecto infinito.

In q̃ntitate indefinita	Prima homo est	affirmatiua de subiecto finito.
	Scđa homo nõ est	negatiua de subiecto finito
	Tertia nõhomo est	affirmatia de subiecto ĩfinito.
	Quarta nõ hõ ñ ẽ	negatia de subiecto infinito.

In q̃ntitate singulari	Prima socrates est.	affirmatia de subiecto finito.
	Scđa socrates nõ ẽ	negatia de subiecto finito
	Tertia nõ socrates est	affirma. de subiecto ĩfinito
	Quarta nõ socrates ñ ẽ	negatia de subiecto ĩfinito

Queritur Quare iste ꝓpositõnes de est secundo adiacen-
te non multiplicantur ex parte predicati sicut ex
parte subiecti. Solutio quia ista multiplicatio fit penes affirmatõem
et negatõnem finitum 7 infinitum. sed predicatum propositõnis de est se-
cundo adiacente nõ potest variari penes finitum 7 infinitum. quia predi-
catum est hoc verbum substantiuum est quod infinitari non potest. vt in
capitulo de verbo superius dictum fuit.

Tertium capitulum

Quando autem est tertium adiacens predicatur dupliciter
dicuntur oppositõnes.

In isto capitulo phus docet multiplicare ꝓpõnes de est tertio adiacen-
te. Et habet duas partes. In pˢma docet multiplicare tales ꝓpositõnes
subiecto semper manente finito. 7 in secunda docet hoc subiecto manente
infinito.

Queritur Quõ docet phus multiplicare ꝓpositões de est
tertio adiacente Solutio dicit ꝙ sunt in duplo
plures ꝙ̃ de est secundo adiacente. Et ratio est. quia ꝓpositõnes de ẽ ter-
tio adiacente nõ solum multiplicantur ex parte subiecti. sicut ille de est se-
cundo adiacente. sed etiam ex parte predicati. quia habent predicatũ ma-
teriale quod potest variari penes finitum 7 infinitum. Et ergo quando
in duplici solum quantitate multiplicantur sicut multiplicat eos phus in
textu. tunc fiunt sedecim ꝓpositõnes de est tertio adiacente. Sed si mul-
tiplicẽtur ſm oĩes quantitates tunc fiunt triginta due saltem de tempo-
re presenti. quia in qualibet quantitate fiunt octo. quattuor de subiecto fi-
nito 7 quattuor de subiecto infinito variando semper predicatum penes
finitum 7 infinitum vt patet in sequenti figura.

	Prima ois hõ ē iustus	affir^a	de subiecto z p̄dica
	Scđa ois hõ nõ ē iust⁹	negatia	to finitiꝫ.
	Tertia ois hõ ē nõ iust⁹	affir^a	de subiecto finito z
	Quarta ois hõ nõ ē ñ iust⁹	negatia	p̄dicato infinito
In q̃te vli			
	Prima ois nõ hõ ē iust⁹	affir^a	de subiecto infinito
	scđa ois nõ hõ nõ ē iust⁹	negatia	z p̄dicato finito
	tertia ois nõ hõ ē nõ iust⁹	affirma.	de subiecto z predi
	q̄rta ois nõ hõ ñ ē nõ iust⁹	negatia	cato infinitis.
	Prma q̇dã hõ ē iustus	affirma.	de subiecto z predi
	Scđa q̇dã hõ nõ est iust⁹	negatia	cato finitis.
In q̃te pti-culari	tertia q̇dã hõ ē nõ iustus	affirma.	de subiecto finito z
	q̄rta q̇dã hõ nõ ē nõ iust⁹	negatia	p̄dicato infinito
	p̄ma q̇dã nõ hõ ē iust⁹	affirma.	de subiecto ĩfinito
	scđa q̇dã nõ hõ nõ ē iust⁹	negatia	z p̄dicato finito
	tertia q̇dã nõ hõ ē nõ iust⁹	affirma.	de subiecto z pre
	q̄rta q̇dã nõ hõ ñ ē nõ iust⁹	negatia	dicato infinitis.
	p̄ma homo est iustus	affirma.	de subiecto z predi
	scđa homo nõ est iustus	negatia	cato finitis.
	tertia hõ est nõ iustus	affirma.	de subiecto finito
	q̄rta hõ nõ ē nõ iust⁹	negatia	z p̄dicato infinito.
In q̃te ide^ta			
	p̄ma nõ hõ ē iustus	affirma.	de subiecto ĩfinito
	scđa nõ hõ nõ ē iust⁹	negatia	z p̄dicato finito
	tertia nõ hõ ē nõ iust⁹	affirma.	de subiecto z pre
	q̄rta nõ hõ nõ ē nõ iust⁹	negatia	dicato infinitis.
	p̄ma socrates ē iustus	affirma.	de subiecto z pre
	scđa socrates nõ ē iust⁹	negatia	dicato finitis
	tertia. socrates ē nõ iust⁹	affirma	de subiecto finito
In q̃titate singulari	q̄rta. socrates ñ ē nõ iust⁹	negatia	z p̄dicato ĩfinito.
	p̄ma. nõ socrates ē iustus	affirma.	de subiecto ĩfinito
	2^a nõ socrates nõ ē iust⁹	negatia	z p̄dicato finito
	3^a. nõ socrates ē nõ iust⁹	affirma.	de subiecto z p̄di
	q̄rta nõ socra. ñ ē ñ iust⁹	negatia	cato infinitis.

Querit̃ Qualem habitudinē hñt ꝓpõnes de est tertio adiacen te multiplicitate penes p̄dicatũ finitũ z infinitũ subiec to sp manēte finito. Solutio d̄r phus ꝙ sic multiplicãdo eas fiūt qua tuor ꝓpõnes vt patuit q̄ sic se habēt ꝙ due eaꝝ se hñt ad affirmatõnem z

nẽgatõem ꝫm ꝯñaȝ sicut ꝓpões ꝑuatiue. Alie vero due minime. Qđ so
let ꝯmuniter sic exponi ꝙ due ꝯsequunt̃ se. id est ad affirmatiuã de predi
cato finito seq̃tur negatiua. de p̄dicato infinito vt bñ sequit̃. hõ est iustꝰ. g̊
hõ nõ est nõ iustus. Et ad affirmatiuã de p̄dicato infinito seq̃tur nega
tiua de p̄dicato finito. vt bene seq̃tur homo est nõ iustus. ergo homo non
est iustus. Due vero minime ꝯsequunt̃ se. qꝛ ad affirmatiuã de p̄dicato
finito nõ seq̃tur affirmatiua de p̄dicato infinito. vt nõ seq̃tur hõ nõ est iu-
stus. ergo homo est nõ iustus. Et ad negatiuã de p̄dicato finito nõ seq-
tur negatiua de p̄dicato infinito. vt nõ sequitur homo nõ est iustus. ergo
homo nõ est nõ iustus.

Queritur Quot regule ꝯñaꝝ eliciunt̃ ex habitudine illaꝝ quat-
tuor ꝓpositionũ. Solutio ꝙ due. Prima est ꝙ ab af-
firmatiua de p̄dicato finito ad negatiuã de p̄dicato infinito est bona ꝯse
quẽtia. Scđa ẽ ꝙ ad affirmatiuã de p̄dicato infinito ad negatiuã de p̄di
cato finito est bona ꝯña. Exẽpla patẽt ex dictis. Rõ vero istaꝝ regulaꝝ ẽ
qꝛ cuicũq₃ attribuit̃ vnũ oppositoꝝ ab eodẽ remouet̃ reliquũ. ſ₃ terminus
finitus ⁊ infinitus hñt oppõem. g̊ cuicũq₃ attribuit̃ terminus finitꝰ ab eo
dem remouet̃ terminus infinitꝰ. ⁊ sil'r cuicũq₃ attribuit̃ terminus infinitꝰ
ab eodẽ remouet̃ terminꝰ finitus. Et eodẽ mõ sicut iã dictũ est de ꝓpõni
bus de p̄dicatꝭ infinitis ita dđm ẽ de ꝓpõibꝫ de p̄dicatis ꝑuatiuis. qꝛ sicꝫ
bñ seq̃tur hõ ẽ iustꝰ. g̊ hõ nõ ẽ nõ iustus ita bñ seq̃tur hõ ẽ iustꝰ. g̊ hõ nõ
ẽ iniustus. ⁊ sicut bñ seq̃tur hõ ẽ nõ iustus. ergo homo nõ est iustus. ita bñ
seq̃tur homo est iniustus. ergo homo nõ est iustus.

Arguitur Nõ seq̃tur in rheno sunt nõ pisces. g̊ in rheno nõ sunt pisces. in
bursa sunt nõ studẽtes. g̊ in bursa nõ sunt studẽtes. g̊ scđa regu
la ẽ falsa. Soº ꝙ ibi nõ arguit̃ ꝫm illã regulã. qꝛ nõ arguit̃ ibi ab affirma-
tiua de p̄dicato infinito ſ₃ de subiecto infinito. qꝛ nõ pisces vel nõ studen-
tes est subiectũ l₃ videatur poni a ꝑte p̄dicati

Arguitur Hic arguit̃ ab affirmatiã de p̄dicato ĩfinito ⁊ tñ nõ seq̃t̃. sortes
videt nõ hoĩem. g̊ nõ videt hoĩem. Soł̊ ad hoc ꝙ bñ arguatur
penes illã regulã req̃rit̃ ꝙ totũ p̄dicatũ infinitet̃. ⁊ nõ tm̃ ꝑs p̄dicati. vn-
de deberet sic argui. sortes est nõ videns hoĩem. ergo sortes nõ videt ho-
minem ⁊ tunc esset bonum argumentum.

Queritur Utꝝ etiã ecõtra valeat ꝯña a negatiã de p̄dicato finito ad affir
matiuã de p̄dicato ĩfinito. Soº ꝙ nõ val₃ absolute ſ₃ solũ ꝫuatꝭ
duabꝫ ꝯditõibꝫ. Quaꝝ p̄ma ẽ ꝙ arguat̃ cũ ꝯstãtia subiecti. ⁊ g̊ nõ seq̃tur
adã nõ ẽ iustꝰ. g̊ adã ẽ nõ iustꝰ. ſ₃ bñ seq̃t̃ posito ꝙ petrꝰ habeat eẽ in rerũ
natura. petrꝰ nõ ẽ iustꝰ. g̊ petrꝰ ẽ nõ iustꝰ Scđa ꝙ arguat̃ in p̄dicatꝭ essen
tialibꝫ ⁊ nõ accñtalibꝫ. ⁊ g̊ bñ seq̃tur chimera nõ ẽ hõ. g̊ chimera ẽ nõ hõ.
nec ad illã chimera ẽ nõ hõ seq̃t̃ ista. g̊ chimera ẽ. ſ₃ ꝯmittit̃ fallacia a dicto
ꝫm q̇d ad dictũ simpl'r ⁊ hꝰ ꝓpterea. qꝛ negatio ĩfinitãs in subalibꝫ nihil re
linquit. S₃ nõ seq̃t̃ chimera nõ ẽ iusta. g̊ chimera ẽ nõ iusta. qꝛ ad illã chi-
mera ẽ nõ iusta seq̃tur ista. g̊ chimera ẽ. qꝛ negatio infinitãs in accidẽtali-
bus relinquit aliq̇d sc₃ subiectũ vt dt albertus.

Queritur Quod est illud dubium quod mouet phus circa ꝑpõnes vniuersales de est tertio adiacente. Solutio dubiũ ẽ istud exquo ꝑpõnes vl'es de est tertio adiacẽte multiplicant͛ sicut ꝑpõnes indefinite. An in oĩbus equaliter se habeant sicut ꝑpõnes indefinite. Sed ad hoc respondet phus ꝙ nõ qꝛ in ꝑpositionibꝫ vl'ibꝫ non ꝯtingit angulares. id est directe in angulis sibiinuicem oppositis esse simꝉ veras. sed hoc bene ꝯtingit in indefinitis. Et ratio illius est qꝛ ꝑpões angulares vl'es de angulis oppositis sunt ꝯtrarie. sed ꝑpões ꝯtrarie nõ pñt esse simul vere. sed ꝑpõnes angulares indefinite sunt subcõtrarie. sed ꝑpositiones subcontrarie possunt esse simul vere. Et istud patꝫ ad oculum in istis duabus quadrangularibus figuris.

A Homo est iustus — B Homo nõ est iustus.
C Homo ẽ nõ iustus — D Homo nõ est nõ iustus
A Oĩs homo ẽ iustus — B Omĩs homo nõ est iustus.
C Oĩs homo ẽ nõ iustꝰ — D Oĩs hõ nõ ẽ nõ iustus.

Quintum capitulum.

In his vero in quibus est nõ contingit vt in eo ꝛc̃.

In isto capitulo phs docet multiplicare ꝑpõnes de aliis verbis q̃ꝫ de illo verbo est. puta de verbis adiectiuis. Et diuiditur in duas ptes. quia pͥmo facit hoc. scd'o remouet dubia.

Queritur Quõ debent multiplicari ꝑpõnes de verbis adiectiuis. sicut sunt currere ambulare ꝛc̃. Soꝰ ꝙ eodem modo debent multiplicari ꝛ eodem mõ se habent ad oppõnem et eq̇pollentiam sicut ꝑpõnes de illo verbo est. Exempli gratia in q̃titate vl'i fiunt iste ꝑpões. oĩs homo currit oĩs homo nõ currit. oĩs nõ homo currit oĩs nõ homo non currit. Et sic ꝯsequenter etiam possunt multiplicari in aliis quantitatibus.

Ar Propositiones de est multiplicant͛ tam ex pte subiecti q̃ꝫ ex pte p̄dicati. sed ꝑpositões de verbis adiectiuis nõ multiplicantur ex parte predicati. ergo male dͭ phus ꝙ eodem modo debent multiplicari. Solo. qñ phs dͭ ꝙ ꝑpões de ꝟbis adiectiuis debẽt eodẽ mõ multiplicari. sicut ille que sunt de verbo est. hoc debet intelligi de ꝑpõnibus de est secundo adiacente. quia ille solum multiplicantur ex pte subiecti ꝛ nõ debꝫ intelligi de ꝑpõnibus de est tertio adiacente. qꝛ nullum verbum in ꝑpositõe potest infinitari. verum tamẽ si resolueret͛ verbum adiectiuũ in suum ptici pium tunc posset multiplicari talis ꝑpõ ex pte vtriusq̧. scꝫ ex parte subiecti ꝛ predicati sicut ille que sunt de est tertio adiacente. quia tunc ipsa met esset de est tertio adiacente.

Queritur Quot dubia remouꝫ phus in textu circa prius dicta. Solutio ꝙ duo. Primũ est. qꝛ dictum ẽ

ꝙ ꝓpõnes vl̃es possunt multiplicari penes finitum ⁊ infinitũ. sicut ꝓpões indefinite. posset aliquis dubitare an negatio infinitans deberet addi termino ꝯmuni vel signo. Hoc ergo dubium remouet phus ⁊ dt̃ ꝙ negatio infinitans nõ debet addi signo sed termino ꝯmuni siue subiecto. Et ratõ istius est. qꝛ signum nõ potest infinitari sicut patꝫ ex ꝯditionibꝫ positis in capitulo de noĩe q̃ reqrunť ad hoc ꝙ aliqđ nomẽ possit infinitari.

¶ Scđm dubium est. qꝛ dictum est superius ꝙ ꝓpõ est vl̃is in qua ponit̃ hoc signum oĩs vel ꝯsimile. posset aliquis dubitare an oĩs ſ̃caret vl̃e remouẽdo ergo dubium dt̃ phus ꝙ oĩs non ſ̃cat vl̃e sed qm̃ vl̃r. vt etiã dictum fuit superius in pͥmo. Et hoc probat exemplariter. qꝛ iste ꝓpositõnes homo currit ⁊ homo nõ currit nõ differunt ab istis. oĩs homo currit oĩs homo non currit. nisi qꝛ in istis subiectum accipitur vl̃r in aliĳs vero non.

Sextum capitulum.

Quoniã vero ꝯtraria est negatio ei que est omne animal.

In hoc sexto capitulo phus remouet circa predicta aliqua dubia. Et diuiditur in sex ptes ſ̃m ꝙ remouet sex dubia.

Queritur Quod est pͥmum dubium. Solutio pͥmum dubium est circa hoc quod dictum est ꝙ ꝓpositiones angulares in vl̃ibus non possunt esse simul vere que scꝫ sit cã illius Et respondet phus ꝙ causa illius est. qꝛ ꝓpõnes angulares in vniuersalibus sunt ꝯtrarie ⁊ de hoc satis diximus ibi.

¶ Scđm dubium. qꝛ dictum est pͥus ꝙ quando hoc verbum est p̃dicat̃ tertiũ adiacens fiunt quattuoꝛ ꝓpõnes quaꝝ due se ꝯsequunť ſ̃m affirmationem ⁊ negatõnem. posset aliquis querere que sunt ille ꝓpõnes que ꝯsequuntur se. Hoc ergo dubium remouẽdo dt̃ phus ꝙ ad negatiuam de p̃dicato finito seq̃tur affirmatiua de p̃dicato infinito. Et hoc arguendo cum ꝯstantia subiecti. vt bene seq̃tur nullus homo est iustus. ergo oĩs hõ est nõ iustus. Et ꝙ illa ꝯsequẽtia sit bona probat phus sic. qꝛ oppositum ꝯñtis nõ potest stare cum antecedẽte. Nã oppositũ ꝯñtis est aliquis hõ est iustus ⁊ hoc non p̃t stare cum añte scꝫ nullus homo est iustus. qꝛ opponitur sibi ꝯtradictorie. ergo seq̃tur ꝙ pͥma ꝯsequẽtia fuit bona. de intellectu tamẽ istius dubĳ latius dictum est superius

¶ Tertium dubium. qꝛ dictum est ꝙ in ꝓpõnibus simpl'r sumptis vna sequitur ad aliam. puta affirmatiua de p̃dicato infinito ad negatiuam de predicato finito. posset aliquis dubitare an sic etiam essꝫ in ꝓpositõnibus sumptis interrogatiue. Ad hoc respondet phus ꝙ sic in singularibꝫ sed nõ in vl̃ibus. Qꝫ sit sic in singularibꝫ ꝓbat phus. qꝛ in singularibꝫ idẽ est siue negatio p̃ponatur siue postponatur. Exempli gratia. Si q̃ratur putas ne socrates est sapiens. Si dicatur ꝙ nõ tunc illa responsio valet istaꝫ socrates nõ est sapiens ⁊ ad illam seq̃tur. ergo socrates est nõ sapiens Sꝫ ꝙ nõ sit sic in vl̃ibus ꝓbat. qꝛ si querat̃. Est ne oĩs homo sapiens. ⁊ respondeatur non. tunc illa responsio valet istam non oĩs homo est sapiẽs et ad illam non seq̃tur ista de p̃dicato infinito. oĩs homo est nõ sapiens

q2 pma potest esse vera. sc3 non om̄is homo est sapiens. q2 valet istā q̇dam homo nō est sapiens. ꝙ tn̄ scd̄a sit falsa sc3 ista oīs homo est nō sapiens. q2 illa valet istam nullus homo est sapiens.

¶ Quartum dubiū q2 dictum est ꝙ ꝓpōnes multiplicanͭ ex pte subiecti ⁊ p̄dicati penes finitum ⁊ infinitum. posset aliquis dubitare an nōia et verba infinita essent negatōes vel ꝓpōnes negatiue. Ad hoc respondet phus ꝙ non. Et ratio est. q2 op3 oēm negatōem esse verā vel falsam. s3 nomina infinita vel verba non s̄cant verum vel falsum. ergo minorē probat q2 q̇ d̄r nōhomo non plus d̄r verum si non addat aliud predicatum q̄ꝫ si diceret homo tantum.

¶ Quintū dubium ex quo dictū est ꝙ ꝓpōnes de p̄dicato finito ⁊ infinito ꝯsequunͭ se. ita ꝙ ad negatiuā de p̄dicato finito sequaͭ affirmatiua de p̄dicato infinito ⁊ alie due sil'r. Posset aliq̇s dubitare an etiā ꝓpōnes de subiecto infinito haberēt aliquam eq̇pollentiā ⁊ ꝯñam. sicut habēt ꝓpōes de p̄dicato infinito ⁊ finito. Ad hoc respōdet phus ꝙ vl'r nō. Et hoc sic ꝓbat. q2 ad affirmatiuā de subiecto infinito nec seq̇tur affirmatiā de subiecto finito nec negatiua de subiecto finito. ergo nulla seq̇tur ad eā. Antecedēs pt3 exempla riter. q2 ad istā oīs nōhō ē iust9. nec seq̇tur ista oīs hō ē iustus. nec ista. oīs homo non est iustus. nec ip̄a seq̇tur ad aliquā istarū. Contingit tn̄ aliquas eaꝝ q̄ sunt de subiecto infinito esse easdē inter se q̄ꝫ tum ad ꝯñam. vt oīs nō hō est nō iustus est eadē illi nullus nō homo ē iustus ⁊ vna seq̇tur ad aliā. ⁊ sic ad negatiuā de p̄dicato finito seq̇tur affirmatiua de p̄dicato infinito in ꝓpositōnibus habentibus subiecta infinita. sicut in habentibus subiecta finita.

¶ Sextum dubiū Ex quo phus in multiplicatōne ꝓpositionū sepe posuit p̄dicatū añ subiectum. Posset aliq̇s dubitare an hoc posset ꝯgrue sic fieri. Et respondet phus ꝙ sic. q2 nōia ⁊ verba transposita idē s̄cant. Et hoc sic ꝓbat. q2 si nōia ⁊ verba transposita nō idem s̄carent. tunc seq̄retur ꝙ vnius affirmatōnis essent plures negatōnes. cuius tn̄ oppositum fuit superius ostensum. Seq̄la ꝓbatur. q2 huius affirmatōnis est alb9 hō negatio est nō est alb9 homo. si ergo hec affirmatio est homo alb9 nō sit eadē p̄dicte affirmatōni tunc negatio eius erit ista. nō est nōhō alb9. aut ista nō est hō alb9. Nō pma q2 illa est negatio huius affirmatōis. nō homo ē albus. ergo scd̄a sc3 ista nō est homo alb9 erit sua negatio. sed illa etiā est negatio huius est alb9 homo. ergo vnius affirmatōnis sc3 istius est alb9 homo erunt due negatōnes diuerse sc3 iste nō est alb9 homo ⁊ nō ē hō albus qd̄ est inconueniēs. quare seq̇tur ꝙ nōia ⁊ verba trāsposita idē s̄cant.

Ar Arestoteles in ista ratōe petit pncipiū. q2 accipit illud qd̄ debet ꝓbare. accipit eñ istā nō est homo alb9 q̄ est negatio secūde affirmatōnis esse etiā negatōem pme istius sc3 est alb9 homo. ⁊ tn̄ hoc deberet ꝓbare. Solutio boetij ꝙ veꝝ est ꝙ arestoteles accipit hoc qd̄ deberet ꝓbare. sed tn̄ nō petit pncipiū. q2 accipit hoc ꝓ pncipio manifesto et supponit ꝓpter eius euidentiam Unde cum ista affirmatio ē alb9 homo dicat ꝯnexionē ip̄ius esse cū ꝯposito ex hōie ⁊ albedine ⁊ manifestū sit ꝙ illā

ꝯnexionem remouet eam ista nō est homo alb⁹ ꝗ̄ꝫ ista nō ē alb⁹ homo. sicsa
tis manifestū ē ⁊ euidēs ꝙ vtraqꝫ ē negatio ipius. ⁊ ideo arestoteles hoc
suppoluit. Et quando hoc non attendit̄ ꝯtingit sepe ꝙ textus arestotelis
hic a multis non intelligatur.

Ar Iste ꝓpōes nō ſ̄cant idē. ois homo est aīal ⁊ oīe animal ē homo
ergo videtur ꝙ nō sit bn̄ dictum ꝙ noīa ⁊ verba transposita idez
ſ̄cant. Solutio transpositio pt̄ dupl'r fieri. vnomodo sic ꝙ illa q̄ tran-
sponunt̄ maneant in eadem pte enūciatōnis scꝫ semꝑ a parte subiecti vl̄
a parte predicati. et sic proprie intelligit dictum suum Arestoteles. vt pa
tet ex exēplo quod adduxit. Alio mō potest fieri transpositio sic. ꝙ ea q̄
transponuntur non maneant in eadem parte enunciationis. sicut fit hic
omnis homo est animal. ⁊ omne animal est homo. ⁊ tunc non oportet ꝙ
nomina verba transposita idem significent. Etiam attendendum est di-
ligenter ꝙ in transpositōne non fiat mutatio proprietatum terminorum.
que sunt suppositio appellatio ampliatio restrictio ⁊ huiusmodi. quia ille p
prietates variate variant veritatem ⁊ falsitatem propositōnis. ⁊ sic fit ꝙ
nomina ⁊ verba transposita cum mutatōne talium proprietatum nō idē
significant. ⁊ ergo non idem significant. homo est mortuus ⁊ mortuum
est homo. homo non currit. ⁊ non homo currit. vidi canem comedere pa-
nem ⁊ vidi panem comedere canem ⁊ sic de alijs.

Septimum capitulum.

Atuero vnum de pluribus vel plura de vno affirmare.
vel negare si non est vnum ⁊c̄.

In hoc septimo capitulo phus postq̄ꝫ determinauit de multiplicatio-
ne consequentia ⁊ equipollentia enunciationum vnarum. consequenter
determinat de multiplicatione consequentia ⁊ equipollentia enunciatio-
num plurium. Et diuiditur in duas partes. quia primo ostendit quan
do affirmatio ⁊ negatio dicunt̄ plures. Scdo docet multiplicare enun-
ciatōnes plures. Et ostēdit ꝯn̄am ⁊ eq̇pollentiā ear̄.

Queritur Quando affirmatio vel negatio dicitur plures
Solutio quando vnum affirmatur vel negat̄
de pluribus. vel plura de vno vel plura de pluribus. ita tn̄ ꝙ ex illis pluri
bus non fit vnū talis affirmatio vel negatio nō ē vna sed plures.

Queritur An tunc quandocūqꝫ vnum p̄dicatur de vno af
firmatio vel negatio sit vna. Ad hoc respondet
phus ꝙ sic nisi in ea esset vnum nomē pluribus impositum ex q̇bus nō fit
essentialiter vnum. q² tunc affirmatio vel negatio nō esset vna sed plures
vt si dicatur canis est substātia. Sed si plura p̄dicātur de vno vel vnum

de pluribus ex q̄bus fit vnum. tunc affirmatio vel negatio non est plures sed vna. vt cum dr̄ homo est aīal mansuetum bipes.

Queritur Quō probat phus ꝙ tunc enunciatio est plures quādo p̄dicatur vnum de pluribus vel plura de vno. Solutio ꝓbat in effectu tali ratione. illa enunciatio nō est vna ad quā dyalectice interrogatā sz ad enūciatōez ī q̄ plura p̄dicanť de vno vel vnū de pluribꝫ dialectice iterrogatā nō dať vna respōsio. ḡ talis enūciatio nō est vna sed plures. Maior patz. qr dyalectica interrogatio petit sibi respondēri alteram ꝑtem ꝯtradictōnis. sed q̄libet ꝑs ꝯtradictiōis est vna. ergo. Sed q̄reret aliquis. qr hic dr ad interrogatōem plures nō est respondendum vna responsione quid faciendum est. si interrogatio plures sit vera in oīni sensu. Ad hoc respondet phus ꝙ adhuc non sufficit dare vnam responsionē. Et rō est qr interrogatio ⁊ responsio sunt relatiua ⁊ ergo si interrogatio nō est vna responsio etiam nō debet esse vna Et de hoc latius in libro elenchorum dicetur.

Queritur Quid est interrogatio dyalectica. An scz q̄d est sit interrogatio dyalectica. Solutio phi ꝙ nō. Et ratio illius est. qr interrogatio dyalectica debet accipere vtrāqꝫ ꝑtem ꝯtradictōnis. ita ꝙ respondens possit eligere determinate vnam ꝑtē quā velit. sed sic nō est de interrogatōne quid est. Sicut si q̄ratur quid est homo nō potest responderi sic. vel nō ergo interrogatio querens quid ē non est dyalectica. Et ostendit hic phus incidētaliter quid nō sit interrogatō dyalectica. sed quid sit hoc reseruat ad librum thopicorum.

Queritur Quō docet phus multiplicatōnes consequentias ⁊ equipollentias enunciatōnum plurium. Solutio per duas questiones quas determinat.

Queritur Que est p̄ma questio. Solutio vtrꝫ ad ans̄ diuisum sequať ꝯsequens ꝯiunctum. hoc est An a diuisis ad ꝯiuncta sit bona ꝯn̄a. Et arguit phus p̄mo ad ꝑtē affirmatiuam ꝙ sic duobus exemplis. Primū est qr bene seq̄tur. homo est aīal et hō est bipes. ergo hō est aīal bipes. Scōm est qr bn̄ seq̄tur. sortes est homo et sortes est albꝫ. ergo est hō albꝫ. Scdo arguit ad ꝑtem negatiuā ꝙ nō sit bona. qr nō sequiť sortes est citharedus ⁊ sortes est bonus. ergo est bonꝯ citharedus. qr ans̄ p̄t esse verꝫ sine ꝯn̄te. Etiā si talis ꝯn̄a a diuisis ad cōiuncta valeret tunc seq̄renť multa incōueniētia. Primū est ꝙ cōmitteretť nugatio. qr de quocūqꝫ hoīe q̄ est albus verum est dicere ꝑ se ꝙ sit homo et ꝙ sit albꝫ Si ergo semꝑ valeret ꝯn̄a a diuisis ad ꝯiuncta tunc seq̄retur bn̄ sortes est homo albꝫ ⁊ est homo ⁊ albꝫ. ergo sortes est hō albꝫ ⁊ hō albꝫ sed ibi ꝯmittiť nugatio. Scōm incōueniens est ꝙ esset ꝓcessus in infinitū. qr si esset verꝫ dicere. sortes est hō albꝫ hō albꝫ tunc bn̄ seq̄reť. sed sortes est hō ⁊ albꝫ. ergo sortes est hō albꝫ hō albꝫ homo albꝫ. ⁊ sic ꝯsequenter in in-

finitum. Et sicut ꝑ illa incõuenientia exemplariter ostendit sequi in acci-
dentalib⁹ ita etiam in substantialib⁹ potest ostendi.

Queritur Quõ soluit phus istam questionẽ. Solutio ꝑ
duas distinctões ⁊ vult ꝙ arguendo a diuisis
ad ɔiuncta aliqñ est bona ɔña quandoq; nõ. Et vt distincti⁹ intelligat
potest sic dici ꝙ p̄dicata vel sunt ambo substantialia vl' ābo accñtalia. vel
vnũ substãtiale ⁊ aliud accñtale. Si sᵹ ābo subalia tũc vel sunt ɔuertibi-
lia vel nõ. si sunt ɔuertibilia tunc nunq; valet ɔsequẽtia impediẽte nuga-
tione. vt nõ seqtur iste est homo ⁊ est ratõnalis. ergo est homo ratõnalis.
Si nõ sunt ɔuertibilia. hoc est dupl'r. q2 vel magis ɔmune p̄cedit ⁊ mi-
nus ɔmune sequitur vel ecõtra. Si magis ɔmune p̄cedit tunc est bonuʒ
argumentũ. vt bñ seqtur sortes est aial ⁊ est hõ. ergo ẽ aial hõ. Si econtra
hoc est si minus ɔmune p̄cedit tunc nõ tenet ɔña ꝓpter nugatiõem. vt nõ
seqtur sortes est hõ ⁊ est aial. ergo est hõ aial Si vero ambo p̄dicata sᵹ
accidẽtalia. hoc est dupl'r. q2 vel sunt subordinata vel nõ. Si sunt sibiĳnui-
cem subordinata. hoc est dupl'r. q2 vel magᵹ ɔmune p̄cedit vel ecõtra. Si
magis ɔmune p̄cedit tunc est bonũ argumentũ. vt bñ seqtur sortes ẽ co-
loratus ⁊ est alb⁹. ergo est coloratus alb⁹. Si minus ɔmune p̄cedit tũc nõ
valet impediente nugatõe. vt nõ seqtur sortes est alb⁹ ⁊ est coloratus. ergo
est alb⁹ coloratus. Si vero p̄dicata nõ habẽt inter se ordinem tunc nunq;
valet ɔña. vt nõ seqtur sortes est citharedus ⁊ est bonus. ergo est bonus
citharedus. sortes est clericus ⁊ est bonus. ergo est bonus clericus. Si aũt
vnũ p̄dicatũ fuerit substantiale ⁊ aliud accidẽtale. hoc est dupl'r. q2 vl' illa
p̄dicata sunt ɔuertibilia vel nõ. si sunt ɔuertibilia tunc nũq; valet ɔsequẽ-
tia ꝓpter nugatõem. vt nõ seqtur sortes est hõ ⁊ est risibilis. ergo est hõ ri-
sibilis. Si vero nõ sunt ɔuertibilia tunc bñ valet ɔña. vt bñ seqtur sortes
est hõ ⁊ est alb⁹. ergo est hõ alb⁹. Et ꝑ istas distinctões soluunt oẽs obie-
ctões p̄us facte ⁊ q̄ solent ɔmuniter hic fieri.

Queritur Que est scďa questio. Solutio scďa questio ẽ
ista. vtꝝ etiã ecõtra valeat ɔña a ɔiunctis ad di-
uisa. Et arguit phs ꝓ pte affirmatia ꝙ sic. quia bene seqtur sortes est hõ
alb⁹. ergo sortes est homo ⁊ est albus.

Queritur Quõ soluit phus istã questionẽ. Sol'o vult
ꝙ quandoq; teneat ⁊ qñq; nõ. ⁊ dʒ distingui hic
de p̄dicatᵹ sicut statim distinctum fuit in solutõne p̄me questionis. Sed
addit phus hic duas conditiones quas oportet obseruari si debeat vale-
re consequentia a coniunctis ad diuisa. Prima est ꝙ in illis predicatis in
quibus arguitur a coniunctis ad diuisa non sit contrarietas vel oppo-
sitio in adiecto. Et ergo non sequitur sortes est homo mortuus. ergo est
homo ⁊ est mortuus. quia antecedens est verum ⁊ consequens falsum.
Unde oppositio in adiecto dicitur quando obiectum seu determinatio
repugnat illi cui adĳcitur. vel suo determinabili vt homo mortuus homo

pictus. Secunda conditio est ꝙ vnum p̄dicatum nō diminuat aut di-
strahat vel alienet aliquid de ratōne alterius. ⁊ ergo nō seq̄tur homerus
viuit vt poeta. ergo homerus viuit. quia homerum viuere vt poetam nō
est eum viuere simpl'r sed soluz ſm q̄d scȝ in opinione seu in memoria ⁊ re-
cordatōne suorum discipulorum.

Queritur Quō potest hoc sciri qn̄ est ꝯtrarietas vel opposi-
tio in p̄dicatis ⁊ qn̄ nō. Ad hoc respondet ph's
ꝙ faciliter cognoscit̄ ex definitōnibꝫ taliū p̄dicatoꝝ ponendo scȝ definitio-
nes talium p̄dicatorum loco nominum

Querit̄ Quare nō seq̄tur homo est in opinione. ergo homo est
vel homerus est in opinione. ergo homerus est. So-
lutio phi ꝙ ratio est ista. q2 opinio nō ē eius qđ est sȝ qđ non est. Et ex isto
passu solet trahi auctoritas q̄ dr̄ ꝙ opinio non ē entis sed nō entis.

Secundus tractatus

De modalibus:

His vero determinatis ꝓspiciendum est queādmodum ⁊c.

Iste est scđus tractatus. in quo phus determinat ꝯn̄r de multiplicatō-
ne ꝯn̄ac eq̄pollentia enunciationū modaliū. Et diuidit̄ in quattuor ca-
pitula. In quoꝝ p̄mo determinat de oppōne ꝓpositionū modaliū. Et di-
uiditur in tres ꝑtes. q2 p̄mo ponit intentū. scđo mouet vnam dubitatōem
de oppositōne ꝯtradictōnis in modalibꝫ. ⁊ tertio soluit.

Queritur Quid est ꝓpositio modalis. Solutio ꝓpositō
modalis ſm pe. hys. est que modificatur aliquo
istoꝝ sex modorum. possibile ꝯtingens impossibile necesse verum ⁊ falsuȝ
et accipit ibi Petrus hyspanus ꝓpōnem modalem ꝯmuniter ꝓ omi ꝓpo-
sitōne in qua ponitur modus determinans ꝯpōnem. vnde accipiendo eā
ꝓprie deberet sic definiri ꝙ ꝓpō modalis est que modificat̄ aliquo istorum
quattuor modorum. possibile contingens impossibile ⁊ necesse. Et ergo
Petrus hyspanus posterius in textu suo dicit ꝙ illi duo modi scȝ veruȝ ⁊
falsum relinquuntur cuius ratio postea statim patebit.

Queritur Utrum ꝓpositio modalis sit specifice distincta a
ꝓpositōne de simplici inherentia Solutō ꝙ sic
Et ratio illius est p̄mo. quia illa distinguuntur specifice que distinguun-
tur formaliter. sed ꝓpositio modalis ⁊ ꝓpositio de simplici inherentia diffe-
runt formaliter. ergo distinguuntur specifice. Minor probatur. q2 forma
in omi enunciatōne est compositio. sed alia est ꝯpositio in ꝓpōne modali ⁊
in ꝓpōne de simplici inherentia. quia compositio in propositōne modali
est modificata. ita ꝙ modus sit substantialis illi compositōni sed compo-
sitio in propositōne de simplici inherentia est compositio simpliciter ⁊ non

modificata. Secundo illa distinguuntur specifice que habent distinc-
tas proprietates ⁊ passiones. sed propositio modalis ⁊ de simplici inherē-
tia sunt huiusmodi. ergo distinguuntur specifice. Minor patz. quia ē alia
expositio ⁊ alia consequentia ⁊ equipollentia in modalibus ꝙ in illis que
sunt de simplici inherentia.

Ar̃ Propositio modalis ⁊ de simplici inherentia distinguunt̄ soluz
penes modum. ergo nō distinguunt̄ specifice. ꝯña tenet q̄ꝛ mo-
dus nō variat spēm. Sol'o ꝙ ē duplex modus. scz essential'r ⁊ accñtalis
iā lz modus accñtalis nō variet spēm. q̄ꝛ facit solā distinctōem modalem
tñ modus substātialis bñ variat spēm ⁊ facit distinctō nem essentialē. q̄ꝛ
ille ē de integritate eius cuius est modus. ⁊ sic est in ꝓposito. q̄ꝛ modus fa-
ciens ꝓpōem modalē est de essentia ꝓpōnis modalis.

Qr̃ Quot sunt modi faciētes ꝓpōem modalē ꝓprie dictā. Sol'o
ꝙ quattuor. scz possibile ꝯtingens impossibile ⁊ necesse. Et rō
sufficiētie fm albertū ē. q̄ꝛ oīs modus determinat ꝯpōem. vel q̄ determi-
nat ꝯpōem q̄ dr̄ eē vel q̄ dr̄ nō eē. Si determinat ꝯpōem q̄ dr̄ eē hoc ē du-
pliciter. q̄ꝛ vel dr̄ esse simpl'r. ⁊ sic est necessariū. vel esse ꝑmixtum potētie. ⁊
sic ē possibile vel ꝯtingēs. Si vero determinat ꝯpōem q̄ dr̄ nō eē. sic ē im-
possibile. Ubi notandū est ꝙ possibile ⁊ ꝯtingēs sunt idē material'r ⁊ fm
rem. ⁊ drñt solū ratōe ꝑ hoc ꝙ possibile determinat esse ꝑmixtū potentie
fm se. sz ꝯtingēs determinat illud in ordine ad cām nō stantē

Querit̄ Quot ꝯditōes reqrunt̄ ad hoc ꝙ aliquis modus faci-
at ꝓpōem modalē ꝓprie dictam. Sol'o ꝙ tres. Pri-
ma est ꝙ talis modus debet determinare totam ꝯpōnem dicti. Et ergo
modi determinantes rem verbi sicut sunt fortiter velociter ⁊ similes non
faciunt propositōnem modalem. Secunda est ꝙ talis modus determi-
net ꝯpositōnem intrinsece. ⁊ ergo isti modi scz scitum opinatum ⁊ huius-
modi nō faciunt ꝓpositōnem modalem. sicut quando dicitur sortem cur-
rere est opinatum. vel sortem currere est scitum. quia talis compositio non
dicitur scita vel opinata per aliquam opinionem vel scientiam inherentez
illi compositōni sed solum per scientiam vel opinionem que est in sciente
vel opinante. Tercia est ꝙ talis modus debet ampliare copulam vltra
presens tempus. Et ꝓpter defectum illius conditōnis excludunt̄ verum
et falsum. quia licet sunt modi determinantes ꝯpōnem. tamen non ampli-
ant eam vltra presens tempus.

Queritur Quō attenditur quantitas in propositōnibus
modalibus. Solutio quātitas in modalibus
potest tripliciter attendi. primo ex parte totius dicti. Et sic omnes sunt
singulares q̄ꝛ oīe dictū est singulare seu indiuiduū eo ꝙ appellet singula-
rem ꝯpōem sicut patz in eius expōne. exponit̄ eñ ꝑ ꝓnomē demōstrati-
uum ꝑinatiue spēi. vt hoīem currere est possibile. i. hec ꝯpositio cursus cuz
hoīe est possibilis. Scdo ex pte subiecti dicti. ⁊ sic sunt eiusdē q̄titatis cu-
ius sunt sue p̄iacētes de simplici inherentia. Exempli grā. ista oēm hoīem
currere est possibile. ē vl'is q̄titatis. q̄ꝛ sua p̄iacēs scz. oīs hō currit est vl'is

Ista vero. quedã hoĩem currere ẽ pticularis. qꝛ sua piacens scꝫ qdam hõ currit est pticularis ꝛ sic de alijs. Tertio ex pte modi. Et sic ille q̃ sunt de necessario ꝛ impossibili sunt vl'es qꝛ necesse ampliat ad om̃e tẽpꝰ affirmatiue ꝛ impossibile negatiue. sꝫ ille de possibili ꝛ ꝯtingenti sunt pticulares quia possibile ꝛ ꝯtingens ampliant ad aliqua tpa scꝫ ad pñs ꝛ futuꝝ.

Querit Quõ attendit qualitas in modalibꝫ. Sol'o qualitas pt etiã attendi tripl'r. Primo ex pte dicti. ꝛ sic ille ꝓpõnes sunt affirmatiue q̃ sunt de dicto affirmato. ꝛ ille negatiue q̃ sunt de dicto negato. verũtamẽ est ꝙ tales nõ sunt simpl'r negatiue. sꝫ dicũtur habere negatiuã figurã. Scdo ex pte modi ꝛ sic ille q̃ sunt de necessario possibili ꝛ ꝯtingenti affirmatis ꝛ de impossibili negato sunt affirmatiue. ꝛ q̃ sunt de illis negatis ꝛ de impossibili affirmato sunt negatiue. Tertio ex pte totius enũciatõnis. Et sic ille sunt affirmatiue in qbus copula totius affirmatur. ꝛ ille negatiue in qbus copula totius negatur

Queritur Que est illa questio quã mouet phs de oppõe ꝓpositionũ modaliũ. Solutio questio est ista. An oppositio in modalibꝫ debeat sumi penes negatõem positã ad verbũ vel ad modũ. Et arguit phs pmo ꝙ dꝫ sumi penes negatõem positã ad verbũ qd ponit inter ptes dicti. Et stat ratio in hoc Sicut est in ꝓpõnibꝫ de inesse ita erit in modalibꝫ. Sꝫ sic est ꝙ in ꝓpõnibꝫ de inesse sumit ꝯtradictio penes negatõem positã ad verbũ. g etiã sic erit in modalibꝫ Minorẽ declarat exemplariter. qꝛ istius affirmatõis q̃ est hõ. ꝯtradictio est. nõ est hõ. vbi negatio ponit ad verbũ ꝛ nõ ista est nõ hõ. Sil'r istius affirmationis est albꝫ hõ ꝯtradictoria nõ est hec. ẽ nõ albꝫ hõ. sꝫ ista nõ est albꝫ hõ. Et hoc sic pbat qꝛ de quolibet affirmatio vel negatio de nullo vero sil'r. sꝫ de aliquo scꝫ de ligno ꝯtingit ista duo sil' false enũciare. scꝫ eẽ albũ hoĩeꝫ et esse nõ albũ hoĩem. qꝛ iste ambe sunt false. lignũ est albꝫ hõ ꝛ lignũ ẽ nõ albꝫ hõ. qꝛ vtrobiqꝫ dꝛ ꝙ lignũ sit hõ. sequit ergo ꝙ ille due nõ ꝯtradicũt est albꝫ hõ ꝛ nõ albꝫ hõ. Et sicut est in ꝓpositõibꝫ de illo verbo est ita etiã est in alijs in qbꝫ aliud verbũ pdicat. vt istius affirmatõis ambulat hõ cõtradictoria est ista nõ ambulat hõ. ꝛ non ista ambulat non hõ. ergo videt ꝙ ꝯtradictio in modalibꝫ dꝫ sumi penes negatõnem positã ad verbum.

Scdo arguit phus ad ptem oppositã scꝫ ꝙ ꝯtradictio in modalibus nõ dꝫ sumi penes negatõem positã ad verbũ. Et ponit tale argumentuꝫ Si ꝯtradictio in modalibꝫ sumeret p negatõem positã ad verbũ tũc seq̃ret ꝙ ꝯtradictoria possent simul verificari de eodem. sed hoc est falsum. ergo illud ex quo seq̃tur Seq̃la pbatur. qꝛ de eodem veꝝ est dicere possibile est esse possibile est nõ esse. possibile est ambulare possibile est nõ ambulare ꝛ sic de alijs Et ꝙ illud qd possibile est esse sit possibile non esse. pbat phus. qꝛ illud quod possibile est esse hoc nõ est semper actu. ergo possibile est ipsum nõ esse.

Queritur Quõ soluit phus illam questioneꝫ. Solutio dicit ꝙ oportet vnum de duobus eligere scꝫ ꝙ vl' ꝯtradictoria verificentur simul de eodem. vel ꝙ ꝯtradictio in modalibus

õ debet sumi ꝑ negatõem positã ad verbũ. Si ergo illud impossibile
t scz ꝙ duo cõtradictoria simul verificentur de eodẽ alterũ erit magis
ligendũ scz ꝙ cõtradictio nõ debet sumi per negatõem positã ad ver/
um sed ad modũ. Et ex isto textu solet trahi illa auctoritas qua dr ꝙ
nter duo q̃ videntur inconuenientia minus inconueniens eligendũ est

Queritur Quõ ꝓbat phus ꝙ cõtradictio in modalibus debet sumi penes negatõem positã ad moduz.

Solutio dupl'r. primo exemplo. scdo ratõe Exemplo sic. vt isti affir
natõni possibile est esse. opponitur ista negatio. nõ possibile est esse 7 eo
dem mõ dõm est de cõtingenti impossibili 7 necessario. Ratõe sic. sicut
in ꝓpõnibus deinesse res subijciunt̃ 7 esse vel nõ esse. i. verba p̄dicantur
ita in modalibus esse 7 nõ esse id est verba vel dicta subijciunt̃ 7 modi
p̄dicant̃. Et ergo sicut cõtradictio in illis de inesse sumit̃ penes negatõ
nem positã ad verbũ qd est ibi p̄dicatũ. ita in modalib' debet etiã sumi
cõtradictio penes negatõem positã ad modũ. qr modus ibi p̄dicat̃ Et
sicut sumit̃ cõtradictio in modalib' q̃ sunt de verbo affirmato penes ne
gatõem positã ad modũ. ita etiã eodẽ mõ in illis q̃ sunt de verbo nega/
to. vt istius possibile est nõ esse. cõtradictoria est. nõ possibile est esse Et
sicut est de possibili. ita etiam est de necessario 7 impossibili sicut ostẽdit
phs exemplariter in textu. De contingenti vero phus nõ exemplificat
qr contingens cõuertitur cum possibili.

Ar Determinatio debet addi suo determinabili. sed negatio ẽ de terminatio verbi. ergo etiã debet addi verbo. 7 ꝑ ꝯñs opposi
tio in modalib' debet sumi penes negatõem positã ad verbũ. So/
lutio ꝙ verũ est ꝙ negatio debet sꝑ addi verbo. sed in modalib' est du/
plex verbũ. scz verbũ dicti qd est infinitiuus 7 verbũ qd est copula to/
tius enũciatõis. Jam in modalib' negatio debet addi verbo qd est co
pula totius enũciatõis. 7 nõ verbo quod est pars dicti

Ar Negatio est malignantis nature quicquid post se inuenit hoc totum destruit 7 oppositum inducit sed negatio posita inter ꝑ/
tes dicti p̄cedit modũ. ergo etiã negat modũ 7 ꝑ ꝯñs facit cõtradictio
nem Solutio ad maiorẽ ꝙ quicquid negatio post se inuenit in eadẽ
cõpositõne hoc totũ destruit. sed in modalib' est duplex cõpositio. vna
est cõpositio ꝑtiũ dicti 7 illã negat negatio posita inter ꝑtes dicti 7 nõ
amplius. Alia est cõpositio modi cũ dicto 7 illam negat negatio posita
ad modum 7 illa est cõpositio totius modalis ꝓpõis. 7 ergo penes ne/
gatõem sic positam sumitur contradictio.

Secundum capitulum.

Consequentie vero ꝺm ordinẽ fiunt ita ponentibus 7c.

In hoc scdo capitulo phs determĩat de cõsequẽtia 7 eq̃pollẽtia ꝓpo
sitionũ modaliũ. Et diuidit̃ in duas ꝑtes. qr in prima facit hoc ꝺm opi
nionẽ antiquorũ. 7 in scda ꝺm opinionem ꝓpriam. Prima in duas. qa
p̄mo ordinat illas cõsequẽtias. scdo ondit i q̃ antiq̃ bñ vl'male dixerũt.

Dr̃ Quō antiq̇ ordinauerūt ꝯñas ⁊ eq̇pollentias ꝓpōnum modalium Solutio ordinauerūt eas ſm quattuoꝛ lineas quas i ducit pħs ad talem quadrangularem figuram

	Amabimus	Edentuli	
Prima linea	Poſſibile ē eē Cōtingēs ē eē Nō ipoſſibile ē eē Nō neceſſe ē eē	poſſibile ē nō eē. cōtingēs ē nō eē nō ipoſſibile ē nō eē nō neceſſe ē nō eſſe.	Scđa linea
	Iliace	**Purpurea**	
Tertia linea	Nō poſſibile eē eē Nō cōtingēs ē eē Impoſſibile ē eſſe Neceſſe ē nō eē	nō poſſibile ē nō eē. nō ꝯtingēs ē nō eē impoſſibile ē nō eſſe neceſſe eſt eſſe.	Quarta linea.

Unde volebāt antiq̇ ꝙ oēs ꝓpōnes de eadē linea ſicut iā ordinate ſtꝫ ī figura eēnt eq̇pollētes inter ſe ⁊ vna ſeq̄ret ad aliā. Sꝫ errauerūt in duabus ṗmis lineis dicētes amabimis ⁊ edētulu vbi nos dicimꝰ amabimus ⁊ edentuli.

Dr̃ In q̊ antiq̇ bn̄ dixerūt ordinādo iſtas eq̇pollētias modaliū ⁊ in quo male. Solꝰ bn̄ dixerūt aſſignādo eq̇pollētias ſiue ꝯñas ꝓpoſitōnū modaliū de poſſibili ꝯtingēti ⁊ ipoſſibili. dicētes ꝙ ille fiūt eq̇pollētes ꝑ negatōeꝫ poſitā ad modū. vt ad poſſibile eē vl' ꝯtingēs eē ſequaṫ nō ipoſſibile eē. ⁊ ecōtra ad ipoſſibile eē ſequaṫ nō poſſibile eſſe vel nō cōtingēs eē. Et rō iſtiꝰ ē. q2 poſſibile ⁊ ipoſſibile opponunṫ ꝯdictorie. ſꝫ ꝓpōes ꝯdictorie eq̇pollēt ꝑ negatōnem ꝓpoſitā. negatio aūt dꝫ ꝓponi in modalibꝫ qn̄ poniṫ ad modū. g̊. Sꝫ male dixerūt in aſſignatōe illaꝝ de neceſſario in ṗma ⁊ ſcđa lineis. dicētes neceſſariū eodē mō ſeq̇ ad poſſibile ⁊ cōtingēs ſicut ipoſſibile. volebāt eīn ꝙ ad poſſibile eē ſeq̄reṫ nō necē eē ⁊ ꝙ illa eēt de ṗmalinea Sꝫ dt. p. ꝙ h̄ ſit falſuꝫ. ⁊ h̄ ꝓbat i effectu tribꝫ rōibꝫ Prima ē q2 poſſibile eē opponiṫ ꝯdictorie ad nō poſſibile eē ſꝫ ad nō poſſibile eē ſeq̇ṫ ncce n̄ eē. g̊ ad poſſibile eē ſeq̇ṫ ꝯdictoria de neceſſe nō eē. ſꝫ negatio eiꝰ nō ē nō neceſſe eē. q2 ꝯtingit ābas illas eſſe ſil' veras ſcꝫ neceſſe nō eē ⁊ nō neceſſe eē. q2 qđ de neceſſitate nō ē id nō eſt neceſſariū ꝙ ſit. g̊ ad poſſibile eē nō ſeq̇ṫ nō ncce eē ſicut dicebāt antiq̇

¶ Scđa rō. q2 illa vl'is de ipoſſibili q̄ ē ipoſſibile nō eē idē valꝫ ꝙ ncce eē g̊ ad quā ſeq̇ṫ negatio eiꝰ q̄ dt ipoſſibile nō eē ad eā ſeq̇ṫ negatio de ncce eē. q2 ipoſſibile nō eē ⁊ neceſſe eē idē valēt. ſꝫ negatio de ipoſſibili nō eē eſt illa q̄ dt nō ipoſſibile nō eē ⁊ negatio de neceſſe eē ē ea q̄ dt nō neceſſe eſſe Sꝫ antiq̇ dixerūt ꝙ nō ipoſſibile nō eē ſeq̇ṫ ad poſſibile nō eē ⁊ nō ad poſſibile eē. g̊ etiā nō neceſſe eē nō dꝫ ſequi ad poſſibile eē. ſicut dixerunt antiqui ſed ad poſſibile non eſſe.

Secundi perihermenias

ſ. Tertia rō. q: ad necesse eē seq̄tur possibile eē. q: si nō tūc ꝯdictoria de
Tertia rō. q: ad necesse eē seq̄tur possibile eē. q: si nō tūc ꝯdictoria de quolibet affirmatio vł ne-
ossibili seq̄tur ad ip̄m. scʒ nō possibile ē eē cū de q̊libet affirmatio vł ne-
ossibili seq̄tur ad ip̄m. scʒ nō possibile eē seq̄r ip̄ossibile eē. ⁊ ḡ si ad ne-
gatio de nullo vero sil'. ſʒ ad nō possibile eē seq̄r ip̄ossibile eē. ⁊ ḡ si ad ne-
gatio de nullo vero sil'. ſʒ ad ip̄m sequeret ip̄ossibile esse.
esse eē nō seq̄retur possibile eē opteret ꝙ ad ip̄m sequeret ip̄ossibile esse.
p̱ ḡ hoc ē incōueniēs opʒ ꝙ ad necesse eē seq̄tur possibile eē. ſʒ ad possibi
e eē seq̄tur nō ip̄ossibile eē. ḡ si nō necesse eē sequar ad istas duas vltias
sicut dixerūt antiq̄ ꝑm p̱ma ordinatōeʒ ad necesse eē seq̄tur nō necesse eē
et ita due ꝓpōes ꝯdictorie stabunt simul in veritate..

Dr̄ Si ad possibile esse nō seq̄tur nō necesse esse sicut dixerūt antiq̄
q̄ ē tūc illa de necessario q̄ seq̄tur ad eā. Solō ē ista. nō necesse ē
nō esse. Et ḡ illa dʒ esse ꝓpō posita in quarto angulo p̱me linee. Et ꝙ il-
la seq̄tur ad possibile esse. p̱bat pħus in effectu duabus ratōibus.
¶ Prima stat in hoc. Ad possibile eē opʒ ꝙ seq̄tur aut necesse eē aut ne-
cesse nō esse. aut nō necesse eē aut nō necesse nō esse. ſʒ p̱batuʒ est iā ꝙ ad
possibile esse nō seq̄tur nō necesse esse. Et ad ip̄m nō pt etiam seq̄ necesse
esse vel necesse nō esse. q: qd̄ possibile est esse indifferenter se hʒ ad esse ⁊
nō esse. ⁊ ergo ad ip̄m nec seq̄tur necesse esse nec necesse nō esse. ⁊ ergo re
linquitur ꝙ ad possibile esse sequatur quarta. scʒ ista. non necesse est
nō esse. Scd̄a ratio. Illa ꝓpō de necessario que directe contradicit ꝓ
pōsitōnibus modalibꝫ que ponunt in tertia linea debʒ poni cū p̱ma de
possibili in p̱ma linea ⁊ ei eq̄pollet. ſʒ quarta de necessario. scʒ nō necesse
est nō esse est hm̄oi. ergo. Maior patet. q: p̱ma de possibili ꝯtradicit di-
recte. ꝓpōnibus de tertia linea. ergo om̄is ꝓpō ꝯtradicēs directe illis de
tertia linea est ponenda in p̱ma. Minorem declarat pħs exemplariter.
q: illa q̄ dīt nō necesse est nō esse. ꝯtradicit huic. necesse est nō esse. ⁊ etiā
huic nō possibile est esse. ⁊ etiā isti impossibile est esse q̄ sunt ꝓpōes de ter
tia linea ꝑm ꝑcatōem illius dictōnis iliace. Et ergo corrigit pħs figurā
superius positā. Et ordinat lineas ꝓpōnum modalium ꝑm veritatem ⁊
opinionem propriam vt patet in hac figura.

	Prima linea		Scd̄a linea
A ma bi mus	Possibile ē esse Cōtingēs ē esse Nō ip̄ossibile ē eē Nō ncc̄e ē nō eē	E den tu li.	Possibile est nō esse Cōtingēs ē nō esse. Nō ip̄ossibile ē nō eē Nō necesse est esse
	Tertia linea		**Quarta linea.**
I li a ce	Nō possibile ē esse Nō ꝯtingēs est eē Impossibile est eē Necesse est nō esse	Pur pu re a	Nō possibile ē nō eē. Nō ꝯtigēs ē nō esse. Impossibile ē nō esse. Necesse est esse.

In hac eñ figura oĩes ꝓpõnes que sunt de eadem linea cõsequun-
tur se conuertibiliter ⁊ equipollent inter se. Et oĩes ille de p̃ma linea
sequuntur ad illas de quarta linea ⁊ nõ econuerso. ⁊ oĩes ille de secun
da linea ad illas de quarta linea ⁊ nõ econuerso. ⁊ hoc per legem subal
ternarum. quia ille sunt subalterne. ꝓpositiões vero de p̃ma linea ⁊ scda
sunt subcontrarie. de tertia ⁊ q̃rta ꝯrie ⁊ ille q̃ sunt de prima linea ⁊ ter
tia. ⁊ de secunda ⁊ de quarta sunt contradictorie

Ar̃ Propositões modales nõ possunt equipollere. ergo. Añce-
dens probatur. q: ꝓpões equipollentes debent esse eiusdem
subiecti ⁊ eiusdem predicati. sed ꝓpões modales de diuersis modis hã
bent diuersa predicata. quia modus in modalibus semper est p̃dicatu;
ergo. Solutio ꝙ ꝓpões modales nõ sunt ꝓprie eq̇pollẽtes sʒ mag;
sese cõseq̄ntes. dicunt̃ tñ eq̇pollentes accipiẽdo eq̇pollentiã cõmuniter
vt extendit se ad conuertibilem ꝯsequentiam

Tertium capitulum

Dubitabit autem aliquis si illud quod est ⁊c̃.

In hoc tertio capitulo phus mouet vnam dubitatõnem. Et diui-
ditur in duas partes. quia primo mouet dubitatõnem ⁊ arguit ad par-
tes. secundo soluit

Querit̃ Que est illa dubitatio quam mouet phus. Solu
tio vtrum ad necesse esse sequatur possibile esse. ita ꝙ
ista sit bona cõsequentia. illud necesse est esse. ergo illud possibile est esse
Et arguit phus p̃mo ad partem affirmatiuam ꝙ sic. quia ad necesse eẽ
vel sequitur ista. possibile est esse vel eius contradictoria. sʒ non possibi
le est esse. Sed illa nõ potest sequi ad eam. vt patet ex dictis in capitulo
precedenti. ergo alia que est possibile est esse seq̄tur ad eam Secundo
arguit ad partem negatiuam ꝙ nõ. quia si ad necesse esse sequeretur po-
ssibile esse tunc sequitur ꝙ ad necesse esse sequatur contingere nõ esse. sʒ
hoc est falsum. ergo illud ex quo sequitur. Sequela ꝓbatur. quia ad po
ssibile esse sequitur possibile nõ esse. sed ad possibile nõ esse sequitur con
tingere nõ esse. ergo de p̃mo ad vltimum. si ad necesse esse seq̄retur possi
bile esse. tunc ad necesse esse sequetur contingere non esse. Et ꝙ ad
possibile esse seq̄tur possibile nõ esse. ꝓbat phs. q: quod possibile est fie
ri possibile est nõ fieri. sicut quod possibile est incidi possibile ẽ nõ incidi.

Queritur Quõ soluit phus istam dubitatõnem. Solu
tio p̃mittit p̃mo duas distictões ⁊ postea soluit
¶ Prima distinctio est ꝙ duplex est potentia. quedam est potẽtia q̃ po-
test ad opposita. sicut est potentia ratõnalis. vt potẽtia loquẽdi vel non
loquendi. potentia currendi vel nõ currendi. Quedam vero est poten-
tia que nõ est ad opposita sicut ẽ potentia irratõnalis. vt potentia calefa
ctiua in igne. potentia illuminandi in sole. dicit tamen phus ꝙ potentia
irrationalis est duplex. quedam est actiua ⁊ illa nõ est ad oppositã. vt iã

dictum fuit. Alia est passiua ⁊ illa est bene ad opposita. quia illa tenet se
ex parte materie que est in potentia ad vtrum𝔮 ꝯtrariorum. Et istā di/
stinctōem ponit hic phus vt ostēdat ꝙ nō omīs potentia sit oppositoꝝ.

Arguitur Uoluntas ⁊ intellectus sunt potentie ratōna
les. ⁊ tamen nō possunt ad opposita. ergo ista
distinctio potentiarum est falsa. Antecedens probatur. quia voluntas
ita vult bonum ꝙ nō potest velle malum. Et intellectus assentit vero ⁊
nō potest vero non assentire. Solutio ꝙ nulla potentia potest in op
positum subiecti sui. sed tamen bene potest in opposita contenta sub suo
obiecto. Et licet voluntas nō possit nō velle bonum. tamen potest in/
differenter velle hoc bonum vel illud bonum ⁊ potest suam operatio/
nem suspendere. similiter intellectus. sꝫ hoc nō potest potētia irrōnalis.

Ar̄ Omnis potentia est reducibilis ad actum. si ergo esset aliqua
potentia ad oppsita tunc opposita possent simul eidem inesse
Solutio neganda est consequentia. ⁊ ratio est. quia licet potentia ra
tionalis sit ad opposita. non tamen simul ducitur ad actum oppositoruꝫ
sed determinate ad alterum.

Ar̄ Potentia calefactiua solis est potentia irratōnalis actiua ⁊ ta/
men est ad opposita. ergo ista distinctio est falsa Antecedens ꝓ
secunda parte patet. quia sol sua potentia calefactiua liquefacit ⁊ indu/
rat. Solutio ꝙ potentia calefactiua solis non est ad opposita per se.
sed per se est ad vnum tantum. scꝫ ad calefacere. ⁊ ad alia est solum ꝑ ac/
cidens inquantum ad calefactōnem eius in aliquibus sequitur liquefa
ctio. ⁊ in aliquibus induratio.

¶ Secunda distinctio est ꝙ duplex est potentia. quia quedam est potē/
tia que est actu coniuncta. ⁊ ꝭm illam potentiam dicimus ꝙ possibile ē
aliquid ambulare quando actu ambulat. Alia est potētia distans ab ac
tu. Et ꝭm illam dicimus ꝙ possibile est aliquid ambulare. quia ambula
bit. Et ponit phus vnam differentiam inter istam duplicem potentiam
et vult ꝙ potentia actui coniuncta reperitur bene in immobilibus ⁊ ꝑ/
petuis. quia in illis vt dicitur tertio physicorum esse ⁊ posse non distant
Sꝫ potētia distans ab actu repitur solū in mobilibꝫ ⁊ nō in sempiternis.
Illis duabꝫ distinctōnibꝫ ꝑmissis phs soluit dubitatōem motā Dicēs
ꝙ possibile qꝺ nō est actui ꝯiunctū. sed distans ab actu hoc nō sequitur
ad necessariū. sed possibile qꝺ est ꝯiunctū actui, hoc bn̄ seq̄tur ad nece/
ssarium. Et sic. qꝛ possibile habet se in plus q̄ necessariū. concludit phs
ꝙ possibile seq̄tur bene ad necessariū ꝭm ꝑtem sed nō omnino.

Queritur Quid facit phus in fine istius capituli ⁊ trac/
tatus. Solutio infert ex dictis vnum alium
ordinem propositionum modalium ex naturali ordine modorum ⁊ dicit
ꝙ fortasse ille de necessario sunt priores omnibus alijs. ⁊ omēs alie cō/
sequuntur ad ipsas. Et dicitur notanter fortasse. quia licꝫ in essendo na

turaliter sint priores. tamen in consequendo sunt simul. quia vna sequitur ad aliam conuertibiliter in eadam linea. Et ꝙ ille de necessario sint priores naturaliter in essendo sic probat. quia illa que semper actu sunt vt sempiterna naturaliter sunt priora. Sed necessaria sunt semper in actu. alia vero non. ergo necessaria sunt priora omnibus alijs. ⁊ per consequens propositões de necessario sunt priores omnibus alijs. quia talis est ordo inter propositões qualis est inter modos

Queritur Que est illa distinctio rerum quam ponit phs circa hoc. Solutio dicit ꝙ triplices sunt res Quia quedam sunt semper in actu sine potestate vel potentia p̄cedente actum sicut sunt prime substantie. id est intelligentie. Alie vero sunt actu ⁊ potestate sicut sunt ille in quibus actus precedit potentiam naturaliter sed sequitur tempore. Alie vero sunt que nunq̄ȝ sunt actu sed semꝑ potestate sicut infinitum tam in appositõne q̄ȝ in diuisione. ⁊ sicut materia prima vt quidam exemplificant.

Tertius tractatus

¶ Utrū autē contraria est affirmatio negationi ⁊c̄.

Iste est tertius ⁊ vltimus tractatus huius secundi libri in quo phs incidentaliter mouet vnam questionem. Et diuiditur in duo. quia p̄mo facit hoc. secundo soluit eam.

Querit̃ Que est dubitatio quam mouet hic phus. Solutio ista. vtrum affirmatio cõtrarietur negatõni que est de contrario modo enunciandi vel que est de contrario extremo. Exempli gratia. vtrum iste ꝓpõnes sint contrarie. omnis homo est iustus ⁊ nullus homo est iustus. que sunt de contrario modo enunciandi. vl' iste oīs homo est iustus ⁊ oīs homo est iniustus. que sunt de contrarijs extremis. Et idem dubium est in singularibus. An scȝ iste sunt contrarie. callias est iustus callias nõ est iustus. vel iste callias est iustus callias est iniustus.

Queritur Quō soluit phus istam questionem. Solutio duplr̄. p̄mo conditionalr̄. scd̄o determinate. Conditionalr̄ soluit eā sic. Si verum est ꝙ ꝯtrarietas que est in voce ⁊ in ꝓpõnibꝫ sequat̃ eam q̄ est in aīa siue in ꝯceptibus seu opinionibꝫ. tūc si in opinionibus sic est ꝙ illa opinio q̄ est de cõtrario exteriori est ꝯtraria vere opinioni affirmatiue tunc etiā sic debet eē in vocibꝫ ꝙ affirmatio debet esse ꝯtraria negatõni q̄ est de ꝯtrario extremo. Si aūt non est sic in opinionibus tunc etiā nõ debet sic esse in vocibꝫ seu ꝓpõnibus Et ergo d̄t ꝙ ꝯsiderandū est cui opinioni false contraria sit opinio vera an scȝ illi q̄ est de contrario modo opinandi. an illi q̄ ē de ꝯtrario extremo.

Querit[ur] Quō soluit phs istam questionē determinate ⁊ sim
pliciter. Solutio pmo pmittit que opinio sit alte/
contraria. Scdo applicat hoc ad ppōnes. qꝛ dictum est iā ꝙ sicut ē de
pinionib ita oportet esse de ppōnibus.

Querit[ur] Que opinio est alteri cōtraria Solutō phi ꝙ opi
nio que est de contrario extremo nō est contraria ve
e opinioni. sed illa que est de contrario mō opinādi. ⁊ vtrūqꝫ pbat phs

Queritur Quō probat ꝙ opinio que est de contrario ex/
tremo nō est contraria vere opinioni. Solu/
io hoc probat dupl'r. pmo de opinione que est de vtroqꝫ extremo con/
trario. Scdo de opinione que est de altero extremo contrario tantum.
De primo sic probat. quia ille opiniones nō sunt contrarie que possunt
mbe esse simul vere. sed opiniones que sunt de vtroqꝫ extremo contra/
io possunt simul esse vere. ergo nō sunt cōtrarie. Maior est nota. Mi/
aor pbat. qꝛ opinio qua quis opinat bonū est bonū ⁊. qua quis opina
tur malū est malū sunt de vtroqꝫ extremo ꝯtrario ⁊ tamē sunt simul ve/
re vt manifestū est. qꝛ vtrobiqꝫ dꝛ ibi idē de seipo. Et qꝛ posset aliqs di
cere ꝙ ergo ille due opiniones nullo modo essent contrarie. dt phus ꝙ
sunt contrarie p tanto. qꝛ sunt de contrarijs extremis. sed nō sunt vere
cōtrarie sicut ille q̄ sunt de cōtrario mō. De alia vero opinione q̄ scꝫ ē de
altero extremo contrario sic pbat phus. qꝛ si sic tunc seqretur ꝙ infinite
opiniones essent vni contrarie sed hoc est falsum. ergo illud ex quo sequit
Sequela pbatur. qꝛ iste opiniones sunt de altero extremo cōtrario qua
scꝫ quis opinatur bonū esse qd nō est ⁊ bonū nō esse qd est. Sed vtraqꝫ
potest esse infinita. qꝛ infinite possunt esse opiniones quibus aliqs opi/
netur bonū aliqd esse. qd tamē nō est. vel bonū nō esse qd est sicut exem/
pli gratia. opinio qua quis opinatur bonū esse malū est opinio qua quis
opinatur bonum aliquid esse quod nō est. silr ista. bonum est turpe ⁊ bo
num est inhonestum. ⁊ sic de alijs.

Querit[ur] Quō probat phus ꝙ opinio que est de contrario mo/
do opinandi est contraria vere opinioni. Solutio.
hoc probat sex ratōnibus. Prima est ista. illa opinio debet esse contraria
opinioni. primo vere in qua reperitur prima falsitas. Sed in opinione q̄
est de contrario modo opinandi reperitur prima falsitas. ergo ipsa con/
trariat opinioni pmo vere. Minorē pbat. qꝛ in illis est pma falsitas per
que designantur generatōes fieri. sed per contraria que sunt de contrario
modo enunciandi designantur generatōnes fieri. vt ex non ente dicimus
fit ens ⁊ ex non albo fit album. ergo prima falsitas reperitur in opinio/
nibus contrarijs de contrario modo enunciandi.
¶ Secunda ratio. illa opinio que est falsa fm se magꝭ est contraria vere
opinioni q̄ illa que est falsa fm accidens. sed opinio de contrario modo
opinandi est falsa fm se. ⁊ alia que est de contrario extremo solū fm acci/
dens. Minorē declarat sic. qꝛ ista bonū ē bonū ē fm se pa. sꝫ ista bonū

nō est malum est solum vera ex consequenti ⁊ ꝑ accidens. scꝫ gratia isti⁹ bonum est bonum. ergo etiam ista bonum nō est bonum. est ſm se falsa et ista bonum est malum solum falsa per accidens. gratia illius que di-cit bonum non est bonum.

¶ Tertia ratio illa sunt contraria que habent fieri circa idem ⁊ maxime a seinuicem distant. sed opinio de contrario modo opinandi. ⁊ opinio vera sunt huiusmodi. ergo. Minorem probat phus. quia opinio que ē de contrario modo opinādi illa replicatur ⁊ includitur in illa que est de cō-trario extremo ⁊ non econuerso. Jam illa que sic se habent ꝙ vnum ipli-catur in alio ⁊ non econuerso. si compentur ad vnum tertium a quo di-stant tunc magis distat illud quod implicatur in alio q̄ꝫ illud quod non implicatur.

¶ Quarta ratio opinioni simplici opinio simplex debet esse contraria. sed opinio vera est simplex ⁊ etiam illa que est de contrario modo opinā-di. ⁊ non illa que est de contrario extremo. ergo. Minorem probat phs primo ꝙ opinio de contrario extremo non sit simplex. quia illa implicat illam que est de contrario modo enunciandi ⁊ non econuerso. vt opinio qua quis opinatur ꝙ bonum est malum. implicat istam ꝙ bonum nō est bonum. Secundo probat ꝙ opinio que est de contrario modo enunciā-di sit simplex. quia opinio vera boni qua quis opinatur ꝙ bonum est bo-num. illa est simplex. ergo falsa sibi opposita quā quis opinatur ꝙ bonuꝫ non est bonum etiam est simplex

¶ Quinta ratio. Sicut est in substantijs. ita debet esse in accidentibus Sed in substantijs sic est ꝙ opinio de contrario modo opinandi est cō-traria vere opinioni. ergo etiam sic debet esse in accidentibus. Maiorē probat phus. quia videtur ꝙ contrarietas eodem modo debet sumi in omnibus opinionibus. Sed minor patet quia substantie nihil est con-trarium. ergo non potest ibi sumi contrarietas penes contraria predi-cata ⁊ per consequens si debet ibi esse contrarietas oportet ꝙ sumatur penes contrarium modum enunciandi.

¶ Sexta ratio. sicut se habet ista opinio que opinatur bonum est bo-num ad illam que opinatur nō bonum est nō bonum. ad veritatem sic se habet ista opinio que opinatur bonum nō est bonum ad istaꝫ nō bonū est bonum ad falsitatē. Sed isti opinioni vere nō bonum nō est bonum nō ꝯtrariat̄ ista nō bonum est malum. quia possunt esse simul vere. nec ista. nō bonum nō est malum. qꝛ ille etiam possunt esse simul vere. ergo relinq̇mur ꝙ isti nō bonum est nō bonum. ꝯtrariatur ista. nō bonuꝫ est bonum. ⁊ ꝑ cōsequens isti bonum est bonum ꝯtrariatur ista. bonū non est bonum. que est de contrario modo enunciandi.

Queritur Quod est hoc dubium quod remouet phs cir-ca ista. Solutio. quia hic semper exemplifica-tum est in terminis indefinite sumptis. posset aliquis dubitare an etiam sic esset in terminis sumptis vniuersaliter. Ad hoc respondet phus ꝙ sic. Dicens ꝙ nihil refert siue termini sumantur vniuersaliter siue inde-

finite. quia semper ille opiniones sunt contrarie que sunt de cõtrario modo opinandi. Exempli gratia. opinio qua quis opinatur. omẽ bonum esse bonum. cõtrariatur isti qua quis opinatur nullum bonũ esse bonũ.

Queritur Quõ iam phus istud quod dictum est de opinionibus applicat ad ꝓpositum scz ad propositiones. Solutio dicit ꝙ sicut est de opinionibus. ita etiam est de propositõnibus. sed sic est ꝙ opinio de contrario modo opinandi est contraria vere opinioni. ergo etiam ꝓpositio que est de cõtrario modo enunciandi est contraria vere propositõni. Maior patuit superius in principio primi libri. quia voces sunt signa conceptuum. vnde ex dictis infert phus vnam proprietatem contrariorum que est ista ꝙ scz contraria nõ possunt esse simul vera neqꝫ in opinionibus neqꝫ in propositõibus. Et ratio est. quia sicut se habent res ad esse. ita se habent opiniones ꝛ propositõnes ad veritatem. sed duo contraria realia nõ possunt eidem simul inesse. ergo due opiniones contrarie vel propositõnes non possunt etiã esse simul vere.

Querit Quare phus in fine huius libri mouit istam dubitatõnem de modo sumendi oppositõnem propositionum Solutio ꝙ ideo. quia consequentia propositionũ variatur ꝼm oppositõnem vt prius patuit. sed aliqui volebant ꝙ oppositio esset sumẽda penes oppositas res seu penes opposita extrema. Alij vero volebant ꝙ deberet sumi penes diuersos modos enũciandi. Et ergo ad sciendũ de hoc veritatem phus induxit istam dubitatõnem.

Querit Quõ accipit phus hic contrarietatem quando dicit ꝙ contrarietas sumenda est penes contrarium modum enunciandi Solutio accipit contrarietatem cõmuniter ꝛ large prout extendit se ad omnem speciem oppositõnis. et hoc patet manifeste ex exemplis phi. quia ipse exemplificat tam in indefinitis ꝙ̃ in vlibꝫ.

Arguitur Ea que sunt in voce sunt signa eorum ꝙ̃ sunt in anima. ꝛ ea que sunt in anima causantur a rebus ad extra. ergo opiniones anime que sunt de rebus contrarijs erũt contrarie. ꝛ per consequens etiam ꝓpões que significant tales opiniones erunt contrarie ꝛ non ille que sunt contrario modo enunciandi.

Solutio ꝙ ꝙ̃uis ea que sunt in anima causentur a rebus. nõ tamen habent eundem modum essendi in anima sicut in rebus ad extra. ꝛ ergo non oportet ꝙ opiniones de rebus contrarijs sint contrarie. nec per cõsequens propositõnes. Et si dicatur ab eo ꝙ res est vel non est ẽ oratio dicitur esse vera vel falsa. ergo contrarietas propositionum magis debet se tenere ex parte rerum ꝙ̃ ex parte modorum enunciandi. Solutio ꝙ licet veritas ꝛ falsitas causentur originaliter a rebus. tamen nõ sunt formaliter in eis. sed in cõceptibus cõplexis ipius intellectus. ꝛ ergo ꝓpões magis debent dici vere vel false ꝼm veritatem ꝛ falsitatem cõceptuũ. ꝛ simil'r cõtrarie ꝼm cõtrarietatẽ cõceptuũ ꝙ̃ ipaꝝ rerum.

121

Reparationes

Querit Quot regule eliciunt ex istis cõbinatõnibus inutilibus Solutio quattuor. quaꝝ due sũt speciales ꝑme figure. ⁊ alie due generales quo ad oẽs figuras. Prima regula specialis ẽ ꝙ maiore exñte particulari in ꝑma figura nihil seqtur. Et rõ est qꝛ oportz minorẽ extremitatẽ in ꝑma figura subsumi sub medio distributo in maiore. Secũda regula specialis est ꝙ minore negatiua nihil seqtur in prima figura. Et rõ est qꝛ tunc argueret a nõ distributo ad distributũ. sed hoc est incõueniens. ꝗ minor patz qꝛ si minor est negatiua tũc oporteret maiorem esse affirmatiuã. ⁊ sic ꝑdicatũ eius nõ distribueret ⁊ tamẽ distribueret in cõclusione eo ꝙ cõclusio esset negatiua.

Querit Quid est arguere a nõ distributo ad distributũ Solutio est arguere a ꝓpõne hñte plures causas sue veritatis ad hñtem vnã cãm tm̃. vel est arguere ab indefinita ad vl'em vel a positõne ꝯsequentis ad positõnẽ ãñcedentis.

☞ Querit. que sunt ille regule generales. Solutio. Prima est q̇a ex puris ꝑticularibꝫ in nulla figura aliq̇d seqtur. Et rõ est. qꝛ oportet oẽm syllogismũ regulari ꝑ dici de oĩ vel dici de nullo Secũda regula est ꝙ ex puris negatiuis nihil sequit in aliq̃ figura. Et rõ est. qꝛ tũc mediũ non vniret cum aliqua extremitate.

Querit Quot correlaria infert ph̃s ex dictis Solutio tria Primũ ẽ qꝛ si debet fieri syllogismꝰ ꝯcludẽs ꝯclusionẽ ꝑticularẽ in ꝑma figura oportet ꝙ termini sic se habeãt sicut superiꝰ dictum est in darij ⁊ ferio. qꝛ aliter non fit syllogismus.

Secũdũ est. oẽs syllogismi q̇ fiũt in ꝑma figura sunt perfecti. Et rõ ẽ quia nullius alterius indigent ad sui ꝑfectõnem.

Terciũ est qꝛ ista figura cõcludit oĩa genera ꝓbleumatũ scʒ vl'e particulare affirmatiuũ ⁊ negatiuũ.

Capitulũ secundũ de secunda figura

Quando vero idem huic quidẽ omni alteri vero

In hoc capl'o ph̃s docet ꝯñr formare sillogismos secũde figure

Querit Quomodo ph̃s definit secundã figurã Solutio dicit sic. Quando vero idem huic quidem omni alteri vero nulli inest vel vtriqꝫ omni vel nulli figurã quidẽ hm̃õi voco secundam Et debet illa definitio sic exponi. Quando idem spᵉ mediũ inest huic. id ẽ maiori extremitati oĩ. id ẽ affirmatiue. ⁊ inest alteri id ẽ minori extremitati nulli id est negatiue. Vel vtriqꝫ id est tam maiori extremitati q̃ȝ minori oĩ id ẽ affirmatiue vel vtriqꝫ nulli id est negatiue hm̃õi figurã voco scd̃am

Ar Ex puris affirmatiuis vel ex puris negatiuis nihil seqtur in secũda figura. ğ male dicit in ista definitōne vel vtriq; omni vel vtri q; nulli Solutio licet in secũda figura ex puris affirmatiuis et negatiuis nihil sequat i aliquo modo seu cōbinatōne vtili. tñ bñ seqtur aliqd in aliqua cōbinatōne inutili ꝛ hoc satis est. q2 figura est forma generalis syllogismoꝝ extendens se tam ad cōbinatōnem vtilem q; inutilem. modus vero solum nominat cōbinatōnem vtilem.

Querit Quid est medium in secũda figura Solutio mediū in secunda figura est quod de vtroq; predicatur.

☞ Querit. quid ē maior extremitas Solutio maior extremitas i secunda figura est que iuxta medium posita est.

Querit Quid est minor extremitas Solutio. minor extremitas est que longius a medio sita est.

☞ Querit. Utrum in secũda figura possit fieri aliquis syllogismus perfectus Solutio phi q; non. Et ratō est quia mediũ in secunda figura semper est foras extremitatũ ꝛ primũ positōne. Possibile tamen est syllogismos illos perfici siue sint vniuersales siue particulares. Et hoc p reductionem eoꝝ ad modos prime figure

Querit Qui sunt termini ex quibus syllogisat phs in hac figura Solutio phs vtitur istis tribꝫ litteris scz m n x. ita q; m sit mediũ. n maior extremitas. ꝛ x minor extremitas

Querit Quot sunt modi siue cōbinatōnes vtiles secũde figure Solutio q; quatuor.

Prima est quando maior est vlis negatiua. ꝛ minor vlis affirmatiua et significat a pe. hys. per hanc dictionem cesare. Et format sic syllogismus Nullũ n est m. oīe x est m. erga nullum x est n.

Secũda est quando maior est vlis affirmatiua ꝛ minor vlis negatiua sequit cōclusio vlis negatiua. Et significat a pe. hys. per illã dictōnem camestres. Exemplũ phi est vt oīe n est m. nullũ x est m. ğ nullũ x est n.

Tercia est qñ maior est vlis negatiua ꝛ minor particularis affirmatiua seqtur cōclusio pticularis negatiua. Et significatur p hanc dictōnem festino. Et format sic sillogismus. Nullũ n est m. quoddã x est m. ğ quoddam x non est n.

Quarta cōbinatio vtilis est qñ maior est vlis affirmatiua ꝛ minor pticularis negatiua. seqtur ꝯclusio particularis negatiua. Et ſcat p illam dictionem baroco. Et exemplum formatur sic Omne n est m. quoddam x non est m. ergo quoddam x non est n.

Querit Quomodo docet phs istos modos perficere Solutio tres primos docet perficere dupliciter, scz reducēdo ostensiue. ꝛ reducendo per impossibile. sed quartũ scz baroco docet solum reducere per impossibile.

Q̃r. quõ tres p̃mi reducũt ostẽsiue Solo

- Cesare
- Camestres
- Festino

reducitur ad

- Celarẽt maiore ↄuersa simpl'r
- Celarẽt miore ꝛ ↄcl'oe ↄuersis sipl'r ꝛ trãsponẽdo p̃missas
- Ferio maiore ↄuersa sipl'r

Queritur Quare nõ docet baroco etiã reducere ostensiue. Sol'o qꝛ baroco nõ p̃t ostensiue ad aliquẽ modoꝝ p̃me figure reduci. Et rõ est. qꝛ vel hoc fieret ꝑ ↄuersionẽ vel ꝑ transpositõnẽ p̃missaꝝ. nõ ꝑ transpositõem p̃missaꝝ. qꝛ tunc minor fieret maior. ꝛ sic aliq̃d seq̄ret in p̃ma figura maiore ꝑticulari qð falsum est. Nõ etiã ꝑ ↄuersionez. qꝛ vel hoc esset ꝑ ↄuersionẽ maioris vel minoris vel ↄclusionis. nõ maioris. quia illa p̃t solũ ↄuerti ꝑ accñs. ꝛ ita argueret ex puris ꝑticularibꝫ. Nec etiam ꝑ ↄuersionẽ minoris vel ↄclusionis qꝛ ille nõ p̃nt conuerti eo q̄ sint particulares negatiue.

Q̃r. quõ quatuor isti modi reducũtur ꝑ impossibile Solutio

- Cesare
- Camestres
- Festino
- Baroco

reducitur ad

- Ferio
- Darij
- Celarent
- Barbara

Queritur Quid est reducere ꝑ impossibile. Sol'o reducere per impossibile in cõi loquendo est ex opposito ↄtradictorio ↄclusionis cũ altera p̃missaꝝ inferre oppositũ cõtradictoriũ vel contrariuz alterius premisse.

Queritur Quid est reducere ꝑ impossibile specialiter in secũda figura Sol'o est ex opposito cõtradictorio cõclusionis cũ maiore illesa inferre oppositũ cõ tradictoriũ minoris. Nam in secũda figura maior debet semꝑ manere illesa. vñ dicit pe. hys. Seruat maiorẽ vari atq3 secunda minorem.

Queritur Quõ potest faciliter sciri ad quẽ modũ p̃me figure debeat ille vel ille modus secũde figure reduci Sol'o debet videri quis sit ille modus p̃me figure q̃ cõcludit oppositũ ↄtradictorium minoris modi de secũda figura. qꝛ ad illũ modũ debet reduci. Et ergo cesare reducitur ad ferio. qꝛ minor de cesare est v'lis affirmatiua cui cõtradicit cõclusio de ferio que est ꝑticularis negatiua. ꝛ sic de alijs modis exempla patent faciliter practicanti.

Queritur Que sunt cõbinationes inutiles secunde figure quas enumerat ph's in textu Sol'o.

Pr̃ia ↄbinatio inutilis ẽ qñ ambe p̃misse sũt vniuersales affirmatiue
Secũda qñ ambe p̃misse sunt vniuersales negatiue
Tercia qñ maior est particularis negatiua ꝛ mior v'lis affirmatiua
Quarta qñ maior est ꝑticularis affirmatiua ꝛ mior v'lis negatiua.
Quita qñ maior ẽ v'lis affirmatiua ꝛ minor ꝑticularis affirmatiua
Sexta qñ maior ẽ ꝑticularis affirmatiua ꝛ minor v'lis negatiua.
Septia qñ maior ẽ vniuersalis negatiua ꝛ mior ꝑticularis negatiua

Octaua qñ maior est pticularis negatitiua ꝛ mior vl'is negatiua.
Nona qñ ambe premisse sunt pticulares affirmatiue.
Decima qñ ambe premisse sunt pticulares negatiue
Undecia qñ maior ē particularꝫ affirmatia ꝛ mior pticularis negatiã.
Duodecia qñ maior ē pticularis negatiua ꝛ mior pticularꝫ affirmatia.

Querit᷑ Quõ ꝓbat phs istas cõbinatões esse inutiles Solutio ꝓbat hoc assignando termios in quibꝫ oi ꝛ in quibus nulli. verũtamē est ꝙ illa cõbinatio in q̄ maior ē vniuersalis negatiua et minor particularis negatiua nõ potest vniuersaliter ostendi esse inutilis dando termios in quibꝫ omni ꝛ in quibꝫ nulli. qꝛ qñ minor est particularis de materia cõtingenti tunc nõ pñt dari termini in quibꝫ oi sed soluꝫ termini in quibꝫ nulli qꝛ illa cõpatit᷑ suã subcõtrariã. Et ergo phs ꝓbat illam cõbinatõem esse inutilem ex indefinito particularis negatiue. qꝛ hoc habet plures causas sue veritatis Sicut exempli gr̃a ista indefinita negatiua homo nõ currit est vera si nullus homo currit. ꝛ etiã est vera si sortes non currit. Et ergo ꝓbat᷑ sic ꝙ illa cõbinatio sit inutilis. qꝛ qñ ambe p̄misse sunt vniuersales negatiue est cõbinatio inutilis. etiaꝫ qñ maior est vl'is negatiua ꝛ mior pticularis negatiua ē inutilis ꝯbinatio. Añs ptꝫ qꝛ tunc sunt dabiles termini in qbꝫ oi ꝛ in qbꝫ nulli. Et ꝯña ꝓbat᷑ qꝛ pticularꝫ negatiua vel indefinita seq̄tur in bona ꝯña ad vl'em negatiuã. Jam q̄cq̄d nõ seq̄tur vtiliter ad ꝯñs. qꝛ g̃ nihil seq̄tur vtiliter ad añs bone ꝯñe nõ seq̄tur etiã vtiliter ad ꝯñs. g̃ nihil seq̄t᷑ qñ mior ē vl'is negatia. g̃ etiaꝫ nihil dꝫ seq̄ qñ mior ē pticularꝫ negatia.

Querit᷑ Quot sunt regule speciales secũde figure q̄ eliciũtur ex istis cõbinatõnibꝫ inutilibꝫ Solutio ꝙ due. Prima ꝙ ex puris affirmatiuis in secũda figura nihil seq̄tur. Et rõ illius regule ē quia tunc mediũ nullibi distribueret᷑ qꝛ esset semꝑ p̄dicatũ ꝓõnis affirmatiue q̄d nũq̄ꝫ distribuit᷑ Secũda regula ē ꝙ i scd̃a figura maiore exñte pticulari nihil seq̄tur. Et rõ ē. qꝛ tũc argueret᷑ a nõ distributo ad distributuꝫ. qꝛ maior extremitas nõ esset tũc distributa in maiore ꝛ tñ distribueret᷑ in ꝯclusione quia esset p̄dicatũ cõclusionis negatiue.

Querit᷑ Que sũt correlaria q̄ ponit phs in fine text⁹ Solutõ sũt duo. Primũ ē ꝙ oẽs syllogismi scd̃e figure sũt impfecti. Scd̃m ē ꝙ i scd̃a figura nõ fit syllogism⁹ affirmatiuus.

Capitulũ terciũ de tercia figura

Si autē eidem hoc quidē omni illud vero nulli

Jn hoc tercio capl'o docꝫ phs ꝯseq̄nter formare sillogismos tercie figure

Querit᷑ Quõ definit p. terciã figurã. So⁰ sic. Si aũt eidē hoc quidē oi illud ꝓo nulli inest vel ambo oi vel nulli. figurã hmõi voco terciã. Et dꝫ sic intelligi illa definitio Si aũt eidē sp̃ᵉ medio hoc q̄dē. i. maior extremitas inest oi affirmatiue illud ꝓo. i. mior extremitas nulli. i. negatiue. vel ambo. i. tã maior extremitas q̄ꝫ mior oi. i. affirmatiue vel nulli. i. negatiue hmõi figurã voco terciam.

☞ Querit᷑. q̄d est mediũ in tercia figura. Solutio mediũ tercie figure est de quo ambo extrema predicantur.

Querif Quid est maior extremitas Solutio. maior extremitas in tercia figura est que longius distat a medio

☞ Querit. quid est minor extremitas. Solo. Minor extremita[s] in tercia figura est que ꝓpinquius ponit ad mediũ.

Querif Utrũ in tercia figura fiat aliquis syllogismus perfec[tus] Solutio ꝙ nõ. Et rõ illius est. qꝛ tercia figura no[n] habet ꝑfectũ mediũ eo ꝙ mediũ eius est foras extremitatũ ⁊ positõne vlti mũ extñs bis subiectũ verꝫ tamẽ est vt dicit phs ꝙ talis syllogismus pos[si]bilis est ad ꝑfectõnem. quia pt reduci ad pmã figurã ⁊ sic perfici.

☞ Querit quibꝰ terminis vtit phs in tercia figura. Solo vtitu[r] his tribus litteris scꝫ. P. R. S. Ita ꝙ p est maior extremitas. r mĩor ex tremitas. ⁊ s medium.

Querif Quot sunt modi tercie figure siue cõbinatõnes vtiles Solutio ꝙ sex.

Prima cõbinatio vtilis siue modus est qñ ambe pmisse sunt vles af firmatiue sequit cõclusio particularis affirmatiua Et ſcat a pe. his. ꝑ hã[c] dictõnem darapti. Et formatur sic syllogismus. Omne s est p. omne s r. ergo aliquod r est p.

Secũda est qñ maior est vlis negatiua ⁊ minor vlis affirmatiua. seqtu[r] cõclusio particularis negatiua. ⁊ ſcatur per hanc dictõnem felapton. Ex[em]plum est vt nullũ s est p. omne s est r. ergo aliqd r non est p.

Tercia est qñ maior est particularis affirmatiua ⁊ mĩor vniuersalis a[f]firmatiua. sequit conclusio particularis affirmatiua. Et significatur ꝑ hã[c] dictõnẽ disamis. Exemplũ est vt quoddã s est p. oĩe s est r. g qddã r ẽ p

Quarta ẽ qñ maior est vlis affirmatiua ⁊ minor ꝑticularis affirmatiã tũc sequit ꝯclusio ꝑticularis affirmatiua. Et ſcat iste modus seu cõbina tio per illam dictõnem datisi. Et formatur sic syllogismꝰ. Oĩe s est p ali quod s est r. ergo aliquod r est p.

Quinta ẽ qñ maior ẽ particlaris negatiua. ⁊ mĩor vlis affirmatiua seq[ui]t cõclusio particularis negatiua. Et significat ꝑ hanc dictõnẽ bocardo. Et exemplũ format sic qddã s nõ ẽ p. omne s est r. g qddã r nõ est p.

Sexta est qñ maior est vlis negatiua ⁊ minor ꝑticularis affirmatiua se quit cõclusio particularis negatiua. Exemplũ est vt nullũ s est p. quoddã s est r. ergo quoddã r nõ est p. Et iste modus significat ꝑ hanc dictõnem ferison.

Querif Quõ potest ꝓbari ꝙ iste cõiugatões siue modi sint vti les Solutio prima secũda tercia quarta ⁊ sexta pt tri pliciter ꝓbari siue ostendi. Primo ꝑ reductõnem ostensiuã. Scdo ꝑ dedu ctionẽ ad impossibile. Et tercio per sillogismũ expositoriũ. Sed de qnta scꝫ de bocardo ostendit hoc solũ dupliciter scꝫ ꝑ deductõnem ad impossibile et ꝑ syllogismũ expositoriũ. bocardo eĩn non potest reduci ostensiue ad ali quem modoꝝ prime figure. Cuius ratõ eadem est cum illa que superius assignata fuit circa baroco.

¶ Queritꝛ q̄ mō illi q̄nqꝫ modi reducū/ tur ostēsiue. Solō	darapti	reducitꝛ ad	Darij minore ꝯuersa p accn̄s
	felapton		Ferio minore ꝯuersa p accn̄s
	disamis		Darij maiore et ꝯclusiōe ꝯuersis simplr̄ et p̄missis trāspositis
	datisi		Darij minore ꝯuersa simplr̄
	ferison		Ferio minore ꝯuersa simplr̄

¶ Queritꝛ quō reducūtꝛ oēs isti sex modi p ipossibile. Solutio	darapti	reducitꝛ ad	celarent
	felapton		barbara
	disamis		celarent
	datisi		ferio
	bocardo		barbara
	ferison		darij

Queritꝛ Quid est reducere p impossibile in tertia figura. Solutio est ex opposito ꝯtradictorio ꝯclusionis cū minore illesa inferre oppositū ꝯtrariū vel ꝯtradictoriū maioris. Et dꝛ notanꝉ oppositū ꝯtrariū vel ꝯtradictoriū ꝓpter darapti et felapton in q̄bus infertur oppositū ꝯtrariū maioris. in alijs vero oībꝫ oppositū ꝯtradictoriū

Queritꝛ Quō pt sciri ad quē modū p̄me figure ille vel ille modus tertie figure debet reduci p impossibile Solutō in quattuor vltimis modis respiciendū est quis modoꝝ p̄me figure concludit ꝯtradictoriū maioris modi tertie figure. Et in duobꝫ p̄mis scꝫ in darapti et felapton videndū est quis concludit oppositū ꝯtrariū maioris. qꝛ ad illum reducitur talis modus p impossibile.

Queritꝛ Quid est syllogismus expositorius Solutio syllogismus expositorius est cuius medium est terminus singularis. Et ideo dicitur expositorius ab exponendo qꝛ exponit ad sensum quod p̄us ꝯclusum fuit vniuersaliter ad intellectum.

Queritꝛ Quō syllogismi tertie figure ꝓbanꝉ p syllogismū expositoriū. Solutio sumendo loco medij terminū singularem. Exempli gratia sit iste syllogismus in darapti. oīs homo est substantia omnis homo est animal. ergo quoddam aīal est substantia ibi medium est hō sumatꝛ ergo loco eius terminus singularis scꝫ sortes et arguatꝛ sic. sortes est substantia sortes est animal. ergo quoddam animal est substantia. ibi enim eadem conclusio sequitur per syllogismum expositorium que prius conclusa fuit per syllogismum ad intellectum et sicut iam exemplificatum est de darapti. ita et potest faciliter exēplificari in alijs

Queritur Quare phūs magis probat modos tertie figure p syllogismum expositorium q̄ꝫ modos aliarū figuraꝝ. Solutio qꝛ modi tertie figure sunt imp̄fectiores alijs sed quāto aliquid est imp̄fectius tanto pluribus indiget ad suā p̄fectōem vel potest sic dici q̄ ratio est ista. quia medium in syllogismo expositorio est ter

minus singularis .⁊ ad illum proprie spectat subici. Et ergo quia medium in tertia figura est bis subiectum . ideo magis ꝓbat phus modos tertie figure ꝑ syllogismū expositoriū ꝙ̄ modos aliaꝝ figuraꝝ.

Queritur Que sunt ꝯiugatōes inutiles in tertia figura Sol. Prima est quando maior est vniuersalis affirmatiua et minor vniuersalis negatiua.

Secunda quando ambe premisse sunt vniuersales negatiue.

Tertia quando maior est vl'is affirmatiua. ⁊ minor ꝑticularis negatiua

Quarta quando maior est ꝑticularis affirmatiua ⁊ minor vl'is negatiua

Quinta quando maior est particularis negatiua ⁊ minor vl'is negatiua

Sexta quādo maior est vniuersalis negatia ⁊ minor ꝑticularis negatiua

Septima quando ambe premisse sunt ꝑticulares affirmatiue

Octaua quando ambe p̄misse sunt ꝑticulares negatiue

Nona quando maior est particularis affirmatiua et minor particularis negatiua.

Decima quando maior est particularis negatiua ⁊ minor particularis affirmatiua.

Queritur Quomodo probat phus istas cōbinatiōes esse inutiles. Solutio sicut prius in aliis figuris dando terminos in quibus omni ⁊ in quibus nulli verūtamen est ꝙ tertia coniugatio non potest vniuersaliter sic ostendi inutilis. quia quādo minor compatitur secum suam subcontrariam sicut fit in materia contingēti tunc sunt dabiles termini in quibus omni. sed non termini in quibus nulli. Et ergo phus aliter probat illam consequentiam esse inutilem scȝ ex indefinito particularis negatiue eodē modo sicut superius dictuȝ ē circa cōbinatōnes inutiles scđe figure.

Queritur Que sunt illa correlaria que infert phus in fine textus. Solutio infert duo. Primū est ꝙ omnes syllogismi tertie figure sunt imperfecti. Secundū est ꝙ in tertia figura non concluditur vniuersaliter. Et hoc solet assignari pro regula speciali tertie figure.

Queritur Quot solent assignari regule speciales tertie figure. Solutio Pe. his. assignat duas. Prima est ꝙ minore existente negatiua in tertia figura nihil sequitur. Et ratio est. quia tunc arguitur a non distributo ad distributum ex parte maioris extremitatis que non esset distributa in maiore. quia essꝫ predicatum propositōnis affirmatiue quod nunꝙ̄ distribuitur ⁊ tamen distribueret in conclusione quia esset predicatum conclusionis negatiue. Secunda regula est ꝙ in tertia figura semper concluditur particulariter. Cuius ratio est. quia medium non vnitur extremitatibus nisi particulariter in premissis ex quo est semper subiectum ⁊ infra ambas extremitates. ⁊ ergo extremitates non possunt vniri nisi particulariter inter se in conclusione. cōsequentia tenet. quia vnio extremitatum cum medio in premissis est cau

sa vnionum extremitatum inter se in conclusione.

Quartum capitulum.

Palam ãt quoniã ⁊ in oĩbus figuris nõ fit syllogism⁹ cũ.

In hoc quarto ⁊ vltimo capitulo istius tractatus ponit philosophus aliqua correlaria.

Queritur Quot correlaria infert phus ex his q̃ dicta sunt circa formatões syllogismoꝝ. Solutio q̇nq;.

¶ Primum est ꝙ ex puris negatiuis vel ex puris particularibus non fit syllogismus in aliqua figura.

¶ Secundum ꝙ maiore affirmatiua siue vniuersali siue particulari et minore negatiua vniuersaliter fit bonus syllogismus concludens conclusionem ꝑticularem negatiuã indirecte in om̃i figura

Queritur Quid intendit phus per istud correlarium. Solutio inuit hic duos modos indirecte concludentes qui vocantur a Petro hyspano fapesmo ⁊ frisesomoruz. quorum ṗmus scz fapesmo habet maiorem vniuersalem affirmatiuam. ⁊ minorem vniuersalem negatiuam. Et secundus habet maiorem particularem affirmatiuam ⁊ minorem vniuersalem negatiuã ⁊ ambo inferunt cõclusionem particularem negatiuam indirecte. Exemplum de fapesmo in prima figura sic formatur. Omne b est a nullum c est b. ergo quoddam a nõ est c. Exemplum de frisesomorum formatur hoc modo. quoddam b est a nullum c est b. ergo quoddam a nõ est c.

Queritur Utrum isti duo modi possunt etiam concludere indirecte in secunda ⁊ tertia figuris. Solutio philosophi ꝙ sic. Exemplum de fapesmo in secunda figura. vt om̃is homo est animal nullus asinus est homo. ergo aliquod animal nõ est asinus. Exemplum de frisesomorum. vt aliquis homo est animal null⁹ asinus est animal. ergo quoddam animal non est asinus. Exemplum de fapesmo in tertia figura. vt omnis homo est animal nullus homo est asin⁹ ergo aliquod animal non est asinus. Exemplum de frisesomorum vt aliquis homo est animal. nullus homo est asinus. ergo quoddam animal non est asinus.

Queritur Quomodo reducuntur isti modi indirecti ad modos prime figure directos. Solutio quãdo seruiunt prime figure tunc reducuntur sicut signãt littere in illis dictõibus posite scz fapesmo ad ferio per conuersionem maioris ꝑ accidens minoris simpliciter ⁊ per transpositõnem premissarum ⁊ frisesomorum etiam ad ferio per conuersionem maioris ⁊ minoris simplr̃ ⁊ ꝑ transpõem ꝑmissaruz. Sed quando seruiunt secunde figure vel tertie tũc aliter reducuntur. Nam in secunda figura maior de fapesmo non debet conuer

ti sed loco eius debet sumi sua subalterna ꝑticularis affirmatiua mino
vero de vtroq; modo debet ꝯuerti simpliciter ⁊ ꝑmisse debent transpon
Et in tertia figura maior de fapesmo debet ꝯuerti per accidens ⁊ maio
de frisesomorum simpliciter ⁊ premisse debent transponi. ⁊ ita patz qu
isti modi in tribus figuris diuersimode reducuntur. tamen semper redu
cuntur ad vnum ⁊ eundem modum scz ad ferio qui est quartus modu
prime figure sicut dicit albertus.

Queritur Ad quod ꝓpositum posuit phus hic istos m
dos indirectos. Solutio. ad innuendum
ꝙ nō omnis coniugatio inutilis est adeo inutilis ꝙ nihil per eam possit c
cludi nec directe nec indirecte. iste enim coniugatōnes. quando maior e
vniuersalis vel particularis affirmatiua. ⁊ minor vniuersalis negatiua f
superius reputate inutiles. ⁊ tamen patet iam ꝙ aliquid concluditur e
eis indirecte.

Tertium correlarium est ꝙ de particularibus ⁊ indefini
tis idem est iudicium quantum ad syllogismum
in omī figura. Et ratio est qꝛ ad indefinitā seqtur ꝑticularis.

Quartum est ꝙ omnes syllogismi impfecti reducuntu
ad primam figuram. Et hoc probat phs tal
ratōne. quia omnes syllogismi imperfecti ostenduntur necessarij vel ostē
siue vel per impossibile sed vtroq; mō reducuntur ad pmam figuram. er
go. minorez probat phus de vtraq; reductōne. et satis patz ex superius
dictis. Extra textum potest istud correlarium sic ostendi. quia sola
pma figura est perfecta. ergo omēs syllogismi impfecti reducūtur ad pri
mam figuram. Antecedens patz. quia ipa habet perfectum medium. scz
medium positōne ⁊ ꝯiunctōne simul. Etiam syllogismi prime figure im
mediate regulantur ꝑ dici de omī vel per dici de nullo.

Quintum correlarium quod est declaratiuum quarti est
Qꝫ omnes syllogismi scđe ⁊ tertie figurarum
Et etiam syllogismi particulares prime figure possunt reduci ad duos
primos modos vniuersales prime figure ostensiue vel per impossibile Et
hoc probat phus inductiue in textu.

Queritur Quomodo probat phus hoc primo de modis
scđe figure. Solutio; quia modi vniuersales
scđe figure scz cesare ⁊ camestres reducunt ad celarēt ostēsiue. modi vero
ꝑticulares. scz festino ⁊ baroco reducuntur ꝑ impossibile festino ad cela
rent ⁊ baroco ad barbara. ⁊ sic patet ꝙ omnes modi scđe figure reducunt
ad duos modos vniuersales pme figure licet differenter.

Queritur Quō ꝓbat hoc phs scđo de modis ꝑticularibus
pme figure scz darij ⁊ ferio ꝙ illi etiā reducant ad
modos vl̄es. Solutio ꝓbat in effectu tali rōne. modi ꝑticulares pme

figure reducunt p impossibile ad modos vl'es scđe figure sʒ illi modi vl'es scđe figure reducunt ostensiue ad modos vl'es pme figure vt iam patuit. ergo modi pticulares pme figure etiā reducūtur ad modos vl'es pme figure ad minus mediate ꝛ ex ꝯsequenti. Maiorē pbat phus. qꝛ darij reducit ad camestres ꝛ ferio ad cesare sumendo oppositū ꝯtradictoriū ꝯclusionis cū maiore ꝛ inferendo oppositū ꝯtradictoriū minoris

Queritur Quō pbat phs tertio ꝙ modi tertie figure etiaʒ reducunt ad duos pmos modos vl'es scđe figure. Solutio tali ratiōe. qꝛ excepto vno mō scʒ bocardo q̄ reducit p impossibile immediate ad barbara oēs alij modi tertie figure reducunt ostensiue ad modos pticulares pme figure scʒ modi affirmatiui ad darij ꝛ negatiui ad ferio. vt prius patuit. Sed modi pticulares prime figure vt iā dictum fuit reducuntur ad modos vniuersales eiusdem. ergo ex ꝯsequenti omēs modi tertie figure finaliter reducunt ad modos vl'es pme figure

Tertius tractatus

Quoniā autem ꝛ diuersum est inesse ꝛ ex necessitate inee. Postq̄ꝫ phs determinauit de formatōe syllogismoꝝ de inesse. ꝯsequēter determinat de formatōne syllogismoꝝ ex modalibus. Et qꝛ textus hic diffusus est. ex ꝯsuetudine facultatis formaliter nō legitur. nec p grauandis examinatur sed cuiuslibʒ priuate diligentie relinquitur. Hinc vt breuitati studeam tractatum. Nunc tertium ꝛ sequentem quoqꝫ scilicet quartum transeo. materia tamen istorum duorum tractatuū sub cōpendio pstringitur. in hac sequenti figura.

¶ Formatio syllogismi ex modalibus est duplex quia quedam est

- vniformis et talis est duplex quia quedam est ex propositionibus de
  - necessario. Et in illis per omnia fit syllogismus in omnibus modis et figuris sicut ex illis de inesse excepto quarto modo secunde figure et quinto modo tertie figure scilicet baroco et bocardo qui perficiuntur per expositionem.
  - contingenti Et tunc
    - In prima figura sequitur conclusio de contingenti quando maior non est particularis
    - In secunda figura nihil sequitur in aliquo modo nisi de contingenti nato
    - In tertia figura semper sequitur nisi ambe premisse sint particulares
- Mixta Et talis est triplex quia quedam est ex vna
  - de necessario et alia de inesse Et sic
    - In prima figura oportet maiorem esse vniversalem de necessario et minorem affirmatiuam de inesse
    - In 2ª figura oportet vniversalem negatiuam esse de necessario et affirmatiuam de inesse
    - In tertia oportet vniversalem semper esse de necessario siue affirmatiua sit vniversalis siue negatiua.
  - de contingenti et alia de inesse et tunc
    - In prima figura oportet maiorem esse de contingenti ad vtrumlibet et minorem de inesse simpliciter
    - In secunda oportet vniversalem negatiuam esse de inesse et affirmatiuam de contingenti
    - In tertia figura semper sequitur nisi ambe premisse sint particulares vel minor de inesse
  - de contingenti et necessario et tunc
    - In prima figura oportet maiorem esse de contingenti et minorem de necessario ad inferendum conclusionem de contingenti ad vtrumlibet
    - In secunda figura oportet negatiuam esse de necessario et affirmatiuam de contingenti et sequitur conclusio de contingenti tantum
    - In tertia figura semper sequitur conclusio si negatiua fuerit de necessario.

Primi priorum
Tractatus quintus

¶Om̄ ergo qui in his figuris sunt syllogismi

¶In hoc tractatu .p. declarat quedam p̄supposita superius circa forma/
tiones syllogismorū. Et diuidit̄ in quatuor capl'a. In p̄mo ꝓbat ꝙ om̄is
syllogismus fit in aliqua triū figurarum

Queritur Vtrum omnis syllogismus fiat in aliqua triuz figurarū
So° ꝙ sic Et pro ꝓbatōne illius phus ponit tres
diuisiones syllogismi.

Prima diuisio est. ꝙ syll'orum alius est — Affirmatiuus / Negatiuus

Secūda est ꝙ syll'orum alius est — vniuersalis / particularis

Tertia est ꝙ syllo
smorum Alius est —

Ostensiuus Et dicit̄ ille qui ex duabꝫ premissis
in modo et figura ordinatis. infert conclusionem
suam nullo alio presupposito vt. omne. b. est. a.
oē. c. est. b. ergo om̄e. c. est. a.

Ex hypotisi Et dr
q̇o fit ꝯclusionē suā
seq̇ ex p̄missis ducen
do ad incōueniens
p̄supposita r̄ñsione
mala alicuius r̄ñtis
Et e⁹ sit due sp̄ēs. s. —

Syll's ad īpossibile. Et
dicit̄ ille q̇ ꝓcedit ex aliq
ꝓpōe falsa cōcessa a r̄ñte
cum alia manifeste vera
ad inferēdū ꝯclusionē fal
sam ex cui⁹ ꝯclusionis fal
se interemptōe īterimitur
ꝓpō falsa ꝯcessa a r̄ñte

Syll's ex trāssumptōe Et
dicit̄ ille qñ opponēs de cō
sensu r̄ñtis transfert se ad
ꝓbandū aliquā ꝯclusionē extra ꝓpositū qua probata supponit cū respōdē/
te ꝙ erit ꝓbata conclusio p̄ncipaliter intenta Et talis syllogismus ē mul
tiplex. q꞉ aliq̇s est circularis aliq̇s ꝯuersiuus aliquis ex oppositis. ꝛ sic de
alijs. In omnibꝫ em̄ illis fit syllogismus ex hypotesi sumpta ad principale
propositum.

Queritur Quo iam probat phus. ꝙ oīs syllogismus fit ī aliqua
trium figurarum So°o probat tali ratiōe. Quia oīs
syllogismus vel est affirmatiuus vel negatiuus vniuersalis vel ꝑticularꝫ
ostensiu⁹ vel ex hypotesi cuius vna sp̄ēs est syllogismus ad īpossibile Sꝫ
omnis talis syllogismus est in aliqua trium figurarum. ergo omnis syllo
gismus est in aliqua trium figurarum

Queritur Quō probat phs minorem illius ratōnis Solutio ꝓbat primo de syllogismo ostensiuo. qꝛ illo probato manifestū erit in syllogismo ex hypotesi. Et ponit phs in effectu talem rationem. In omni syllogismo ostensiuo oportet esse duas ꝓpōnes altero termino ꝑticipantes. sed hoc ɔtingit tm̄ trib9 modis. ergo tm̄ tres sunt figure in quib9 potest fieri syllogismus ostensiuus. Maior patet. qꝛ nisi sumerētur due ꝓpōnes non esset syllogismus qꝛ syllogismus est oratio in q̄ q̇busdaʒ positis. Et si ille due premisse ꝑticiparent vtroqꝫ termino tunc etiam nō esset syllogismus qꝛ argueretur ab eodem adidem. Et si nullo termino ꝑticiparēt tūc essent omnino iꝑtinentes ad ɔclusionem. ergo seq̇tur ꝙ oportet eas ꝑticipare altero termio tm̄ q̇ terminus ē mediū Minorē ꝓbat .p. qꝛ ille terminus q̇ est mediū in quo p̄misse ꝑticipāt p̄t solū tripliciter variari. qꝛ vel subiicitur in p̄ma ⁊ p̄dicatur in secunda vel predicat̄ in vtraqꝫ vel subiicit̄ in vtraqꝫ et ergo seq̇tur ꝙ solum sunt tres figure syllogismoꝝ ostensiuorū ⁊ ꝑ ɔsequens omnis syllogismus ostensiuus fit in aliqua illarum trium figurarum

Queritur Quō iam ostendit predictam minorem de syllogismo ex hypotesi Solō ꝓbat dupliciter fm̄ ꝙ due sunt species syllogismi ex hypothesi. de syllogismo ad impossibile ꝓbat primo tali ratione. Omnis syllogismus ostensiuus est in aliqua triuʒ figurarū. sed syllogismus ad impossibile quo ad aliquem suū ꝓcessum est ostensiuus. ergo omnis syllogismus ad impossibile est in aliqua trium figuraruʒ. Minorē probat qꝛ syllogismus ad īpossibile in primo processu suo est ostensiuus qꝛ ibi ex vna p̄missa falsa cōcessa a respondente ⁊ altera manifeste vera infert ɔclusionem manifeste falsam. Exempli gratia. si aduersarius aliquis concedat ꝙ diamiter est symiter id ē ɔmēsurabilis coste quadrati. Tunc arguitur sic. ꝑ syllogismum ad impossibile. Sicut se habet diamiter ad symiter sic se habet nūerus abūdans ad ꝑfectum sʒ diamiter est symiter vt suppositum est ab aduersario. ergo nūerus abūdans est ꝑfectus. Sed conclusio est falsa. ergo aliqua premissarū. nō maior ergo minor. sʒ maior fuit ɔcessa ab aduersario. ergo illa est falsa ibi iam manifeste videt̄ ꝙ p̄mus processus qui est a maiore ꝑ minorem ad ɔclusionē est ostensiuus ⁊ directus ⁊ secundus reflexus ⁊ reditiu9 a ɔclusione falsa ad interemptōem alicuius premisse

Queritur Quō probat phs secundo de syllogismo ex transumptione ꝙ fiat in aliqua trium figurarum Solutio ponit in effectu talem rationem. Omnis syllogism9 ex trāssumptiōe ē ostensiuus alicuius ɔclusionis sed omnis sylls ostensiuus vt patuit fit in aliqua trium figurarū. ergo omnis syllogismus trāssumptiuus fit in aliqua triū figurarū. Maior patet ex definitōne syllogismi transsumptiui. sꝫ eīn in omni syllogismo ostensiuo cōclusio p̄ncipalr̄ intenta ɔcludit̄ ꝑ ɔcessionem alicuius positionis vel hypothesis ɔcesse a respōdente. Vt si ɔcedat respōdens ꝙ par rō est de ista ꝓpōne. oīm ɔtrariorū est eadem disciplina et de de ista omnium contrariorum est idem sensus tunc probato ꝙ oīm cōtra-


rioꝝ est idem sensus etiam habetur ꝓbatū q̄ oīm ꝯtrarioꝝ est eadē disci plina sed hoc nō fit nisi ꝑ syllm̄ hoc ꝯcludentē ꝛ ostendentem

¶Capitulum secundum

Amplius aūt in omni syllogismo oportet aliquē terminū.

In hoc capitulo phūs ostendit scdm̄ presuppositum superius scʒ q̄ in omni syllogismo necesse est vnā p̄missaꝝ esse vniuersalē ꝛ vnā affirmatiuā

Quo. Quo ꝓbat phs q̄ oportet in oīm syllogismo alteram p̄missarū esse vlem Solo. qꝛ sine vli ꝓpōne aut non erit syllogismus aut non erit ad ꝓpositum aut petet̄ p̄ncipiū sʒ hoc est inꝯ conueniens. ergo in oīm syllogismo oportet alterā p̄missarū esse vniuersaꝯ lem. Maiorē ꝓbat phs ꝑ duo exempla. p̄mū est morale. scdm̄ mathematicum. Exemplū morale est. vt voluptas est studiosa musica voluptas ꝛ voluptas. ergo musica voluptas est studiosa. ibi em̄ in maiore voluptas stat indefinite et ḡ potest verificari de aliqua ꝑticulari voluptate ꝛ sic non arguit̄ ad propositū vel stat ꝓ voluptate musica ꝛ tunc petitur id qđ est in p̄ncipio. Pro intellectu exēpli mathematici describat̄ p̄mo circulus ꝛ ducantur due linee diametraliter ꝑ centrū circuli ab a in c ꝛ ex b in d. Et tunc trahat̄ vna linea qua in quarta portōne circuli. scʒ ex c. in d. que linea sit basis trianguli tunc triangulus intra illam quartā portionem circuli ꝯtentꝯ tus dicit̄ eq̄cruris vel eq̄crurus qꝛ habet equalia crura seu latera Anguꝯ lus aūt totalis in terminis lineaꝝ qui diuidunt circulum totalem dicitur angulus semicirculi. ꝛ dicit̄ vnus a. c. ꝛ alius. b. d. Anguli vero ꝑtiales ip̄ius trianguli supra basim ꝯstituti dicunt̄ anguli eq̄cruri ꝛ vnus vocat̄ in figura in spacio descripta c. ꝛ alius f. Anguli aūt ꝯtenti inter cordam que est basis ꝛ arcum portionis circuli dicuntur anguli incisionis ꝛ vnus vocatur c. ꝛ alius d vt patet in ista figura. h descripta. Et vocātur illi anꝯ guli incisionū qꝛ sunt in duobꝫ pūctis scʒ c ꝛ d in quibꝫ linea incidit circulū



¶His ergo sic descriptis ꝛ cōsideratis possunt ex textu trahi tria exēpla Primū est. anguli semicirculi sunt equales sed a c et b d sunt anguli semicirculi. ergo sunt equales. Scdm̄ exemplū est Anguli incisionis sunt equales scʒ c et d sunt anguli incisionis ergo sunt equales. Tertiū exemplū est si aliquis velit ꝓbare q̄ anguli eq̄cruri qui sunt ad basim sunt equales arguatur sic. Si ab eq̄libꝫ equalia demas remanētia sunt equalia sed anguli a c ꝛ b d sunt equales. ergo si ab eis equalia demantur reliqua erunt equalia. anguli autem b et c. sunt equales. ergo anguli equicruri ad basim scʒ c. et f reliqui sunt equales. In illis em̄ exemplis nullum ponitur vniuersale sed maior semper est indefinita. vel ergo in maiore primi exempli quam

do dicit anguli semicirculi sunt equales accipiunt ibi anguli semicirculi p aliis ab illis. scz a c et b c et tunc non arguit ad propositum vel accipiunt pro illis et sic petitur principium. Et similiter est etiam in secundo exemplo et in tertio si prima propositio. si ab equalibus etc. sumatur sine signo vniuersali.

Queritur Quot correlaria infert phs ex dictis. Solutio tria. primum est. quod conclusio vniuersalis non syllogisatur nisi ex ambabus premissis vniuersalibus. Sed conclusio particularis aliquando syllogisatur ex ambabus vniuersalibus sicut in darapti. aliquando vero ex vna vniuersali et alia particulari sicut in darii. ¶ Secundum correlarium est quod si conclusio est vniuersalis necesse est ambas premissas esse vniuersales. sed non econtra. quia ambe premisse possunt esse vniuersales quod tamen conclusio sit particularis. sicut in darapti et felapton patet ¶ Tertium correlarium est quod oportet conclusionem semper esse similem ambabus premissis vel ad minus alicui premissarum non solum quo ad affirmationem. sed etiam quo ad hoc quod est simpliciter inesse necessario inesse vel contingenter inesse.

Arguitur In darapti. conclusio non est similis alicui premissarum ergo hoc correlarium est falsum. Antecedens probatur. quia ambe premisse ibi sunt vniuersales et conclusio est particularis. Solutio negandum est antecedens Et ad probationem dicendum est quod similitudo non attenditur penes quantitatem. sed penes qualitatem iam conclusio in darapti licet non sit eiusdem quantitatis cum premissis est tamen eiusdem qualitatis quia est affirmatiua

¶ Tertium capitulum

Palam autem et quando quod omnis demonstratio fit per tres

¶ In hoc tertio capitulo ostendit phs tertium presuppositum scz quod in omni syllogismo sunt necessario tres termini et due propositiones

Queritur Quomodo probat phs quod in omni syllogismo non possunt esse nisi tres termini. Solutio. quia in conclusione sunt tantum duo termini qui sunt extremitates et preter illos non potest assumi nisi vnus qui sit medium et habeat se ad illos duos vel ad alterum eorum vt totum vel vt pars subiectiua. ergo sequitur quod in syllogismo non possunt esse nisi tres termini.

Queritur Quomodo ostenditur hoc quod preter illos duos terminos qui sunt in conclusione non potest sumi nisi vnus qui sit medium. Solutio. quia si sumantur plura media oportet illa sumi in pluribus propositionibus et tunc vel fiunt plures syllogismi et non vnus vel alique propositiones vane et inutiliter assumuntur. Sequela probatur. quia si vnum medium sumatur primo in duabus propositionibus ad aliquam conclusionem principaliter intentam. que propositiones habeant se adinuicem sicut totum et pars. quia hoc est necesse si debeat fieri syllogismus. et postea sumatur aliud medium in duabus aliis propositionibus tunc ille alie propositiones vel habent se etiam per modum totius et partis. vel non. si non tunc vane et inutiliter assumuntur. quia tunc nihil ex eis potest concludi ad propositum. Si vero habent se vt totum et pars tunc conclusio que sequitur ex eis vel est eadem

tum cõclusione ṗncipali que sequitur ex ṗmis ꝓpõnib⁹ vel alia. Si est ea-
dem tunc non est vnus syll'sed pl'es syllogismi tendentes ad eandẽ con-
clusionem. Si est alia tunc vel est alia a ꝯclusione ṗncipali ſ nõ a ṗmissis
illius ꝯclusionis ṗncipalis vel est alia a ꝯclusione ṗncipali ⁊ etiam a pre-
missis. Si datur ṗmũ tunc iterũ non est vnus syllogismus ſ plures quia
vnus est syll's ⁊ alius ꝓsyllogismus. qꝛ syll's dicit qui assumitur ad ꝓban
dum aliquã ṗmissam scꝫ maiorem vel minorem. Si vero dicat secunduꝫ
scꝫ ꝙ est alia a cõclusione ṗncipali ⁊ etiam a premissis. tunc etiam non est
vnus syll's sed plures adinuicem dispati ⁊ inconiũcti. Sic ergo patet. ꝙ
si sumantur plura media vel erunt plures syllogismi vel alique propositio
nes vane ⁊ inutiliter assument quare relinquitur ꝙ in vno syllogismo non
possunt esse nisi tres termini.

Ar In syllogismo ex oppositis sunt solum duo termini. ergo male di-
citur hic ꝙ in omni syllogismo debẽt esse tres termini. Añs pa-
tet in isto exemplo. Omnis disciplina est studiosa. nulla disciplina est stu-
diosa. ergo nulla disciplina est disciplina. Sol'o licet in tali syllogismo
non sint nisi duo termini ḃm vocem sunt tamen tres ḃm officiuꝫ et ḃm vir
tutem terminorum. quia vnus illorum terminorum scꝫ qui ingreditur cõ
clusionẽ supplet vicẽ duarũ scꝫ maioris extremitatis ⁊ minoris.

Arguit In syllogismo sunt quatuor termini ergo. Añs pro
batur. qꝛ in syll'o sunt due propõ nes. vt iam probabi
tur. ſ quelibet propositio habet duos terminos. Solutio. licet in syllo-
gismo sint quatuor termini ꝓpositionales scꝫ duo subiecta ⁊ duo predica-
ta tamen sunt solum tres termini syllogistici.

Dr Quõ probat ph'us ꝙ in syllogismo debẽt esse solum due propo-
sitiones Sol'o. qꝛ in syllogismo sunt solum tres termini. vt iaꝫ
patuit. ergo debẽt etiam esse solum due ꝓpõnes. ꝯña tenet. qꝛ oportet vnũ
illorum terminorũ. scꝫ medium bis sumi ⁊ quando medium sumitur bis
tunc fiunt precise due propositiones.

Ar In quolibet syll'o sunt due premisse et vna ꝯcl'o. ergo in syllogis-
mo sunt tres ꝓpõnes. Sol'o ꝙ ꝯclusio non est ꝓpositio. Si di-
catur conclusioni conuenit diffinitio propositionis. ergo est propositio. An
tecedẽs probat. qꝛ est oratio verum vel falsum significans indicando.
Ad hoc dicendũ. ꝙ illa definitio non datur de propositione ḃm ꝙ est pro
positio dicta a proponendo. sed datur de enũtiatione sub noĩe propõnis

Queritur Quod est hoc correlarium quod infert ph'us ex
dictis Solutio dicit. ꝙ si sit aliqua oratio syllo
gistica in qua sunt plures propõẽs ꝙꝫ due. illa vel non ẽ simpl'r vnus syl-
logismus vel plura interrogat ꝙꝫ est necessarium ad positionem. hoc est
tantum dicere ꝙ talis oratio vl' constat ex syllogismo ⁊ prosyllogismo vel
assumit aliquas ꝓpõẽs ṗter necessarias ad probãdum ṗncipalem conclu-
sionem sicut docet in octauo thopicorum.

Querit Quõ ꝯpat phs nũerum terminoꝝ ad nũerũ propositionũ in syll'o simpliciter vno. Sol'o dicit ꝙ ꝓpositiones in syllogismo simpliciter vno sunt in numero pari sed termini sunt in numero impari qꝛ termini sunt vno plures ꝓpõnibꝫ. termini eñi sunt tres et ꝓpõnes sunt tm̃ due.

Querit Quõ ꝯpat ꝯclusio ad ꝓpõnes. Solutio dt phs ꝙ cõclusio est medietas ꝓpõnũ. qꝛ ꝯclusio ṗncipalis syllogismi est vna tm̃ et ꝓpõnes p̃misse semꝑ sunt due

Querit Quõ se habẽt termini ad ꝓpõnes in syll'o aucto. ꝑ plura media vel ꝑ ꝓsyllogisatõem. Sol'o dicit phs ꝙ in illis adhuc termini in vno excedũt ꝓpõnes. Et rõ illius est. qꝛ q̃ñtũcunqꝫ multiplicentur media. tñ oportet ꝙ q̇dlibet eorũ sit intrinsecus vel extrinsecus assumptũ inter extrema ꝯiungibilia ꝑ tale mediũ. Et qꝛ extremitates ꝯiungunt̃ cũ medio soluꝫ in duabꝫ ꝓpõnibus sequit̃ ꝙ termini semꝑ in vno excedunt ꝓpositiones.

Querit Quãdo dicit̃ aliq̇d mediũ intrinsecus assumptũ et qñ extrinsecus in ꝓsyll'o. Sol'o. tunc dicit̃ intrinsecus assumptũ qñ sumitur inter extrema ṗncipalis sylli. scꝫ sub maiore extremitate ⁊ supra minorem. Et hoc fit quando ꝯcludit̃ extremũ distans de extremo ꝑ mediũ nõ imediatum. sicut si ꝯcludat̃ substãtia de aliquo hoie ꝑ hoc mediũ q̇d est viuũ tunc eñi inter viuum ⁊ aliquem hoiem versus inferius possunt sumi aial et homo ⁊ iter substantiã ⁊ viuũ possunt sumi corpus et aiatum. Sed tunc mediũ dicitur extrinsecũ assumptũ qñ sumit̃ supra maiorem extremitatẽ ascendendo sicut suꝑ hoiem aial ⁊ suꝑ aial viuum vel sub maiore extremitate descendendo sicut si sub viuo sumat̃ aial et sub animali homo.

Querit Utrum in talibꝫ ꝓsyllogismis. oportet semꝑ ꝓpositões esse pares ⁊ terminos impares. Sol'o. q̃uis nũerus terminorũ semꝑ excedit in vno nũerũ ꝓpõnũ tñ oportet ꝙ propositiões semꝑ sint pares ⁊ termini impares. sed quo ad hoc termini ⁊ propositiones habent se ꝑmutatim. ita scꝫ ꝙ quando propositões sunt pares tunc termini sunt ipares in numero. et econtra. quando propositiones sunt ipares tunc termini sunt pares. Et non possunt se eodem modo habere qꝛ semꝑ cum termino vno sic assumpto additur vna propositio ꝑ relationem talis termini ad medium.

Queritur Quõ se habent ꝯclusiones in tali additione vł ꝓsyllogisatione. Solutio. cõclusiones non habẽt eundem ordinem neqꝫ ad terminos neqꝫ ad propõnes ꝭm numerum parem vel imparem sed semꝑ cõclusiones sunt pautiores vno q̃ꝫ termini simplicis syllogismi. qꝛ termini semꝑ sunt tres sed ꝯclusiones in tali additione sunt solum due. Et hoc potest sic ostendi. qꝛ si tribꝫ terminis qui sunt in syllogismo suꝑaddat̃ quartus ad ꝓsyllogisanduꝫ ille vel addet̃ supra

Primi Prioꝝ

maiorē extremitatē vel sub minore. vel ad mediū. Et hoc dupl'r. qꝛ vel ad
der inter maiorē extremitatē ꝛ mediū vel inter minorē ꝛ mediū. Si addar
talis terminus supra maiorē extremitatē. tūc pt ille terminus additus cō
cludi de medio. Et etiā de minore extremitate p maiorē. ꝛ sic erūt due no-
ue cōclusiones. Si addar sub minore extremitate. tūc de illo termino addi
to pt cōcludi tam maior extremitas ꝙ mediū p minorē extremitatem. ꝛ sic
adhuc sunt due noue cōclusiones. Si vero addar inter maiorē extremita-
tem ꝛ mediū tūc p ipm pt cōcludi maior de medio. ꝛ etiā ipe terminus ad
ditus pt cōcludi de minore p mediū. ꝛ sic iterū erūt due noue cōclusiones.
Si aūt addar inter mediū ꝛ minorē extremitatē. tūc de ipso pt cōcludi ma
ior extremitas p mediū. ꝛ etiā mediū de minore extremitate p ipm. Et sic
pꝫ ꝙ qlitercūqꝫ addar ille nouꝰ terminꝰ semp fiūt due cōclusiones.

¶Quartū capitulū.

¶Oīm aūt habemus de quibꝫ fiūt syll'i et quales
¶In hoc capl'o finali istius tractatus phus ostendit que ꝯcl'o sit faciliter
syllogisabilis ꝛ que difficulter

Querit̃ Que ꝯcl'o est faciliter syllogisabilis ꝛ que nō Sol'o
illa ꝯcl'o dr̄ esse faciliter syllogisabilis que in pluribꝫ fi-
guris ꝛ pluribꝫ modis figuraꝝ cōcludit. Illa vero est difficulter syllogisa-
bilis que in paucioribꝫ figuris ꝛ modis ꝯcludit. Ex quo patꝫ ꝙ ꝯcl'o vl'is
affirmatiua difficillime est syllogisabilis. quia solum concluditur in prima
figura ꝛ in vno mō. scꝫ in barbara. Uniuersalis autē negatiua facilius syl
logisatur. qꝛ syllogisar in vno modo p̄me figure. scꝫ Celarent. et in duobꝫ
modis secūde figure scꝫ cesare ꝛ camestres. Sed adhuc facilius syllogisa-
bilis est particularis affirmatiua. quia in p̄ma figura ꝯcludit in vno mo-
do ꝛ in tercia figura in tribꝫ. Particularis vero negatiua inter oīes est fa
cillime syllogisabilis. qꝛ illa in oībꝫ figuris cōcluditur. scꝫ in p̄ma in vno
modo. In secūda in duobꝫ. ꝛ in tercia in tribꝫ

Querit̃ Que conclusiones faciliter destruūtur ꝛ que difficulter
Sol'o. conclusiones vniuersales faciliter destruūtur.
et conclusiones particulares difficulter. inter omnes tamē vl'is affirmati-
ua difficillime destruit. Et rō est. qꝛ ꝯclusiones vl'es destruūtur p suas cō
trarias ꝛ ꝯtradictorias. et ille cōcludūtur in pluribꝫ figuris. Sed ꝯcl'ones
particulares nō destruūtur p suas subcōtrarias. sed solum p suas cōtradi
ctorias. que in pluribꝫ figuris ꝯcludūtur. Unde in particularibꝫ dt phus
facilius est construere ꝙ destruere. Sed in vniuersalibꝫ est econtra. ibi eīm
est facilius destruere ꝙ construere. quia vniuersalis per duas destruitur et
per vnā tm̄ construitur

Sextus tractatꝰ de arte in-
uenienndi medium

¶Quō aūt idonei erimus semper syllogismoꝝ ꝛc̄

¶ Iste est sextus tractatus huius libri In quo phs determinat de arte inueniendi mediū. Et diuidit in tria capl'a. In pmo tradit artē in generali. In scdo applicat ad diuersa genera ꝯclusionū. Et in tercio remouet aliq̄s fallas opiniones. Primū capl'm hꝫ tres ptes pncipales. In pma pmittit aliqua pambula ad istā artem.

Queritur Utꝝ ncce sit tradere aliquā artē inueniēdi medium Solo sic. Et rō est. q2 nō sufficit solū scire formatōnem syllo℞. quō scꝫ ꝛ q̄liter debeāt ꝯstitui. sꝫ opꝫ etiā habere potentiā ꝛ ydoneitatē hoc facile ꝛ prompte faciendi. sed illam pmptitudinē acquirimus p hoc q scimus inuenire mediū. ergo ncce fuit tradere aliquā artē inueniēdi mediū. Uel pt hoc idē etiā sic ostēdi ad ꝯcludēdū vnā extremitatē de alia. in syllo ncce est habere aliqd mediū qd sit cā vnionis illa℞ extremitatū inter se in ꝯclone. sed tale mediū semp inuenire est difficile. g ncce est tradere aliquā artē ad inueniendū tale mediū.

Ar Nō tradit aliq ars inueniēdi extrema. scꝫ maiorē extremitatē vel minorē. g nō est etiā ncce tradere aliquā artē inueniēdi mediū. Solo. nō est sic. Et rō est. q2 extrema sylli. scꝫ maior extremitas ꝛ minor sunt manifesta. q2 pponūtur in q̄stione vel ꝯclusione syllogisanda. ꝛ g non est difficile illa extrema inuenire. Sed mediū est illud p qd vnū illo℞ extremo℞ ostēdit de alio ꝛ pbat alteri inesse vel nō inesse. g difficile est mediū inuenire. ꝛ p ꝯns oportuit tradere artē inueniendi mediū. Nam vt dt phus Ars ꝛ virtus sunt circa difficilia.

Queritur Utrū spectet ad pōristā tradere illā artē inueniēdi mediū Solo. sic. Et rō est. q2 ad prioristā spectat determinare de formatōe sylli. sed sine medio nō pt syllus ꝯstitui g ad pōristā etiā spectat tradere artē de inuentione medij.

Ar Inuenire mediū ptinet ad sciam inuentiuā. sed priorista non est inuentiuus sed resolutori9. g ad pōristā non spectat determinare de arte inueniendi mediū. Minor pꝫ. q2 logica inuentiua docet in libro topicorum Solo duplex est inuentio medij. Una est generalis. ꝛ illa spectat ad pōristā. Alia est inuentio medij spālis ad syllogisandū de vnoquoqꝫ pbleumate ex probabilib9. ꝛ illa nō spectat ad prioristā. sꝫ ad sciam topicam

Ar Inuentio medij valet ad syllogisandū ex veris verū. sed pōrista abstrahit a vero et falso. g Solo est duplex verū. scꝫ verū ꝯmuniter dictū. ꝛ verū ꝯtractū ad nccarium vel pbabile. Jam licet pōrista abstrahit a vero ꝯtracto. non tamen abstrahit a vero ꝯmuniter dicto. imo tale verum ptinet ad syllogismum simpliciter dictū ex parte sui finis. licꝫ nō ex parte sue forme.

Queritur Que est illa diuisio entium pdicabiliū ꝛ subijcibilium quā hic phs pmittit Solo. dt q entiū que pdicantur vel subijciūtur in ꝯclusione syllogisanda cuius mediū inquiritur quedā sunt talia qd de nullo predicantur sed alia predicātur de ipsis. vt cleon et callias. et alia singularia sensibilia. Nam nullum pene singulare aut sensibi

se potest predicari de aliquo nisi per accidens. sicut qn̄ dicimus albuz est socrates. Alia sunt q̄ de alijs p̄dicātur sed alia nō p̄dicātur de ipsis. sicut sūt genera generalissima. Alia sunt q̄ p̄dicātur de alijs ⁊ alia de ipsis. sicut sūt intermedia inter genera generalissima ⁊ indiuidua.

Querit̄ Quare dr̄ ibi (nullū pene singulare aut sensibile) Solō ꝓpter indiuiduū vagū. qꝛ hoc qn̄qꝫ predicat̄. licꝫ nō grā suijpsius sed grā spēi. vt satis in p̄dicabilibꝫ patuit.

Querit̄ Quotuplices ꝯsideratōes p̄mittit ph̄s obseruādas in ista arte Solō. duplices. qꝛ p̄mo ponit aliq̄s ꝯsiderationes generales. secūdo ponit spēales

Querit̄ Quot ponit considerationes generales Solō q̄nqꝫ Prima ꝯsideratio est. ꝙ ille qui vult sillogisare aliquam ꝯclusionem debet respicere ad ea que sunt ꝓpria ⁊ ꝯuertibilia cuꝫ terminis in conclusione positis. sicut definitōes ⁊ descriptōes ⁊ sīlia. qꝛ ꝑ illa facilius syllogisat̄ ꝯclusio ꝓposita.

¶ Secūda ꝯsideratio est. qui vult syllogisare debet etiam respicere ad antecedentia ⁊ consequentia terminorum in questione vel conclusione syllogisanda positorum. Antecedens em̄ dicitur quod antecedit aliud in bona consequentia. Consequens vero dicitur ꝙ in bona consequentia sequitur ad aliud. Exemplum est. vt homo est antecedens ad animal. ⁊ animal est consequens

¶ Tercia consideratio est. ꝙ oportet etiam respicere ad ea que sunt extranea ad terminos in questione positos. sicut asinus dr̄ eē extraneū ad hoīem

¶ Quarta ꝯsideratio est. ꝙ oportet diligenter respicere ad ꝯsequētia que sequūtur ad subiectum. quia illa sunt duplicia. Quedam em̄ sunt que consequūtur subiectum essentialiter. Et quedam accidentaliter. Exempluꝫ p̄mi est. vt animal consequitur essentialiter ad hominē Exempluꝫ secūdi. vt risibile ꝯsequit̄ ad hoīem accn̄taliter ⁊ vt ꝓprium.

¶ Quinta ꝯsideratio est. ꝙ oporteꝫ bene distinguere inter p̄dicata que p̄dicantur accidentaliter. quia quedam predicantur vt ꝓpria. quedam vero vt accidens cōe. oportet etiam videre vtrum hoc quod predicatur vt accidens ꝯmune predicetur. vt probabile ꝺm opinionē. vel ꝺm rei veritatem quia q̄to aliquis promptior ē ⁊ magis idoneus ad accipiēdum talia tanto citior erit ⁊ promptior ad syllogisandū aliquā ꝯclusionē ꝓpositam. ⁊ q̄to illa fuerint veriora tanto efficatius demōstrabit ꝓpositū

trarioꝝ est eadem disciplina. z instamus p suā cōtrariam tunc fit syllogis-
mus instantinus in prima figura sic arguendo. Nulloꝝ oppositoꝝ est ea-
dem disciplina. Oīa cōtraria sunt opposita. ḡ nulloꝝ cōtrarioꝝ est eadem
disciplina. Et si instamus p suā ꝯtradictoriā tunc fit syllogismus in tercia
figura sic arguendo nullius noti z ignoti est eadē disciplina. sed notū z ig-
notū sunt cōtraria. ḡ aliquoꝝ cōtrarioꝝ non est eadē disciplina. Et eodez
modo cōtingit instare si ꝓpositio cōtra quā fit instantia sit vl'is negatiua.
Et ponit phus adhuc duas rōnes in textu quib9 ꝓbat ꝙ instantia euidēs
solū fit in p̄ma z tercia figuris sed ambe ille rōnes coincidunt cum rōne
iam posita.

Querit Utrū instantia etiā posset fieri p syllogismū ex hypo-
thesi Sol'o ꝙ instantia ꝓprie dicta non potest fieri per
sil'm ex hypothesi. sed bñ īstantia generaliter dicta. illa em̄ aliqñ fit p syl-
logismū ad impossibile. quia per syllogismū ad impossibile aliqñ interimit'
hypotesis per suā contradictoriā. Et ita dicit phs ꝙ instantia generaliter
dicta potest multiplicicer fieri scz per locum ab oppositis. per locum a simi
li. per locum ab autoritate. z etiam potest fieri nstantia generaliter dicta z
ineuidens per secūdam figuram sicut qñ vl'i affirmatiue instat' p vl'em ne
gatiuam que concluditur in secūda figura.

Querit Utrū deductio z instantia sint spēs argumētatōnis ab
alijs distincte Solutio ꝙ non q2 nulla ps subiectiua

vel pars in modo distinguit a suo toto. sed deductio et instantia sunt partes subiectiue vel partes in modo ipius syllogismi. quia sunt syllogismi dyalectici. ergo non sunt species argumentatonis distincte.

Capitulum tercium

Jchos aūt et signū nō est idem Jchos quidē ppositio est

In hoc tercio et vltimo caplo determiat phs p̄nr de Enthymemate

Querit Quid est enthymema. Solutio phi Enthymema ē syllogism⁹ ex ichotibus et signis.

Ar Enthymema nō ē syllogism⁹. ḡ illa definitio ē falsa. Añs pbat. qr est spēs argumētatōnis distincta Solutio enthymema non est sillogism⁹ simpliciter ſʒ ē sillogism⁹ impfect⁹. Et ḡ Boetius definiendo Enthymema dicit q̄ est sillogism⁹ impfect⁹. i. in q̄ nō oibus añpositis infert festinata ɔclusio. Et ḡ dicit ab en qḋ ē in et thyme qḋ ē mens quasi seruans vnā pōnē in mente.

Ar In enthymemate ē tm̄ vna pō inferens. ḡ male dr q̄ est ex ychotib⁹ et signis in pl'i numero Sol'o q̄uis in enthymemate sit tm̄ vna pō inferēs ſm vocē tn̄ ꝟtual'r sūt due qr ē adhuc vna alia subitellecta

Querit Quō dr̄nt ichos et signū. Solutio sic dr̄nt ſm Aresto. qr ichos est pō pbabilis. Sed signū est pō demōstratiua necessaria vel pbabilis.

Querit Quō pbat phs q̄ ichos sit pō pbabilis Sol'o quia illud quo mediante scit aliqd vt in plurib⁹ sit factū esse vel nō factū esse in p̄terito. aut esse vel non esse in p̄nti hoc est pbabile. sed ichos est hmōi. ergo est ppositio pbabilis.

Querit Quō pbat q̄ signū sit pō demonstratiua necessaria vl pbabilis. Sol'o qr illud quo exn̄te in p̄nti infert res esse vel quo facto in p̄terito seq̄tur rem in p̄terito factā esse vel quo posito in futuro seq̄tur rem futurā esse hoc est rectū vel pbabile. Sed signum est hmōi. ḡ signū est pō demonstratiua necessaria vel pbabilis.

Ar Omnis pō demonstratiua est necessaria p̄mo posteriorꝫ. ḡ male dr q̄ signū est pō demōstratiua necessaria vel pbabilis. Sol'o demonstratiuū non accipit hic pprie sicut accipit primo posteriorꝫ. sed accipitur cōiter vt demonstratiuū est idem quod ostensiuū siue hoc sit in necessarijs siue in pbabilibus.

Querit Quō hn̄t se ichos et signū Sol'o sicut inferius et superius. ichos em̄ est inferius ad signū qr ichos vocat tm̄ positio pbabilis. Sed signū indifferenter pō ncc̄aria vel pbabilis.

Querit Quotuplex est enthymema. Solutō triplex ſm q̄ triplex est signū. Quoddam em̄ est signū conuertibile cum extremis. Aliud est transcendens et superius ad extrema. Et aliud est inferius ad extrema. Exemplū de signo conuertibili vt habere lac in mamil-

lis est signū quodāmō conuertibile cum eo quod est mulierē peperisse. Ex
emplū de signo transcendenti. vt mulierem esse pallidam est signū trans
cendens cum eo quod est eam peperisse. quia stat mulierem esse pallidam
et tamen non peperisse

Queritur Quotuplex est enthymema. Solutio triplex. qr quod-
dam fit in prima figura. quoddā in secunda. ⁊ quoddā
in tercia. Et rō illius est quia tot modis fit enthymema quot modis va-
riatur signū. sed triplex est signum. ergo etiam triplex est enthymema.

Queritur Quotuplex est signū Solō triplex. quia quoddā est
signum conuertibile cum extremis. Et ex tali signo fit
enthymema in prima figura. Exemplū phi est vt hec mulier habet lac in
māmillis. ergo peperit. Aliud est signū transcendens extrema seu supe-
rius. ⁊ ex tali fit enthymema in secunda figura. Exemplū est. vt hec mu-
lier est pallida in facie. ergo peperit. Tercio aliud est signū qd est inferius
ad extrema. Et ex tali fit enthymema in tercia figura. Exemplū vt iste ē
studiosus. ergo est sapiens. vel sic phitacus est studiosus. ḡ ē sapiens.

☞ Queritur. quō differt enthymema a syllogismo Solutio sic quia
enthymema procedit ex vna ꝓpositione. ⁊ syllogismus ex duabus.

Queritur Quomodo reducitur enthymema ad syllogismum.
Solutio per additōnem illius ꝓpositōnis que deficit
Nam in enthymemate semper vna ꝓpositio tenetur in mente quando er-
go illa exprimitur tunc fit perfectus sillogismus. Exempli gratia si sic ar-
guatur phitacus est ambitiosus. ergo est liberalis. ibi seruatur vniuersalis
ꝓpositio maior in mente si ergo illa exprimatur sic arguendo. Omnis am
bitiosus est liberalis, phitacus est ambitiosus. ergo phitacus est liberalis
iam est bonus syllogismꝰ in pma figura. ⁊ sic faciendū est in alijs figuris

Queritur Que ꝓpositio deficit in enthymemate quā oportet ad-
dere ad hoc vt fiat syllogismus vtrum maior vel minor
Solutio aliquando maior ⁊ aliquando minor. Sed tunc queritur per qd
scitur hoc an deficiat maior vel minor. Solutio hoc potest faciliter sic sci
ri. quia in enthymemate semper sunt tres termini scꝫ duo qui ingrediunt
conclusionē. ⁊ vnus qui nō ingredit cōclusionē qui est mediū in enthyme-
mate. Si ergo ille terminus qui non ingreditur cōclusionē sumatur cum
subiecto conclusionis in ꝓpositōne que subintelligitur tunc deficit minor
quia subiectum conclusionis est minor extremitas. sed si sumitur cum pre
dicato conclusionis tunc deficit maior. quia predicatum conclusionis est
maior extremitas.

Queritur Quō cōpat phus enthymemata diuersarum figurarum
ad inuicem Solutio quia syllogismus factus ex en-
thymemate prime figure est perfectus et insolubilis. id est non solutus a
forma syllogistica. Et ratio est quia talis sillogismus procedit ex vna vni
uersali propositione que habet vim inferendi conclusionem si verus est.
Syllogismus autem factus ex enthymemate tercie figure est solubilis
non habens veram formam syllogismi quūuis verus sit. Et rō est qa talis

syllogism⁹ ꝓcedit ex puris ꝑticularibꝫ. Nec etiā fit ad rem. qꝛ nō ꝯcludit vnā extremitatē de alia nccārio. Sꝫ sillogismus factus ex enthymemate secūde figure semꝑ est solubilis. qꝛ semꝑ est imꝑfectus carens debita forma syllogistica siue assumat̄ vl'is ꝓpō siue nō. Et rō illius est qꝛ talis syllogismus semꝑ est affirmatiuus. sed ex puris affirmatiuis in secūda figura non fit sillogismus. ⁊ ergo nō sequit̄ formaliter. Oīs mulier que peperit ē pallida. ⁊ hec est pallida. ḡ hec peperit. sꝫ cōmittit̄ fallacia ꝯñtis.

Queritur Quō differūt signa ex quibꝫ fiunt enthimemata Sol'o phi ꝙ sic differūt. qꝛ signū ex quo fit enthymema in prima figura vocat̄ ꝓdigiū. Sed signū ex quo fit enthymema in secūda figura vel in tercia vocat̄ signū sed non ꝓdigiū. prodigiū enim dicit̄ hic quasi ꝓ digitis ostensum.

Queritur Quō ꝓbat̄ ꝙ signū ṗme figure vocat̄ ꝓdigiū sed nō signum aliaꝝ figuraꝝ Solutō ṗmū ꝓbat̄ sic. qꝛ illud vocatur ꝓdigiū a phylosophis qd facit scire. sed signū ṗme figure facit scire ergo minoꝛ ꝓbat̄. quia signū ṗme figure est verū mediū ſm rōnē ⁊ naturam medij qꝛ est mediū cōiunctōne ⁊ positōne simul. Secūdū patet sic qa signū aliaꝝ figuraꝝ hoc nō habet uerā rōnē medij qꝛ nō ponit̄ directe inter extrema sed est vel superius vel inferius ad extrema.

Queritur Quō docet phs inuenire signū qd posset esse mediū in enthymemate. Sol'o ṗmo ṗmittit aliquas suppositiones. scdo ponit aliqua documenta. ⁊ tercio docet applicare signa inuenta ad syllogismū.

Queritur Quot suppositōnes ṗmittit phus. Solutio duas. Prima est ꝙ duplices sunt passiones scꝫ naturales et non naturales. Passiones naturales dicūtur. quecūqꝫ transmutant aīam et corpus simul ⁊ relinquunt aliquod signū in corpe sicut verecundia ruborem ⁊ timoꝛ palloꝛem. Sed passiones non naturales dicuntur que non transmutant corpus nec relinquūt signū aliquod in corpe sicut sunt habitus anime vt scientie ⁊ virtutes.

Secūda suppositio ꝙ quelibet passio naturalis ſm totā suā spēm habꝫ vnū aliqd signū sibi correspondens in corpe.

Queritur Quot documēta ponit phs ad inueniendū signa passionum naturalium. Solutio ꝙ duo. Primū est si est aliqua passio naturalis que ꝯueniat oībus indiuiduis alicui⁹ determiate speciei tūc necesse est ꝙ in tota illa specie sit aliqd signū naturale illius passionis. Si ergo velimus scire hoc signū ⁊ nō poterimus vl'r hoc cognoscere ex indiuiduis illius speciei tūc debemus respicere ad indiuidua alterius speciei quibꝫ etiā ꝯuenit illa passio licet nō vl'r. Exēpli grā fortitudo siue animositas ē passio naturalis in oībus leonibꝫ. Si ergo ignoꝛem⁹ signum illius passionis ⁊ nō possumus hoc cognoscere ex indiuiduis leonis debemus videre in hoībus vel in alijs aīalibus qd sit signū fortitudinis in eis et inuenimus ꝙ habere magnas sūmitates seu latas scapulas est signum fortitudinis in hoībus. Et ergo hoc idem erit etiā signū fortitudinis in

leonib⁊ vl'iter ¶ Secūdū documentū est ꝙ si sit aliqd subiectum qd habet duas ꝓprias passiones ⁊ duo signa sed dubiuz sit qd illoꝝ signoꝝ sit determinate signum huius passionis ⁊ nō alterius. tūc debemus respicere ad alia subiecta seu spēs quib⁊ ille passiones insunt separatim. q꞉ illud qd est signū illius passionis in alio subiecto hoc idem erit etiā signū in isto subiecto Exempli gratia in leone sunt fortitudo ⁊ liberalitas In leone etiā sunt ista duo signa scz habere magnas scapulas ⁊ habere latam frontem. Si g̊ velimus scire qd illoꝝ signoꝝ sit signū fortitudinis ⁊ qd liberalitatis debem⁹ videre in alijs in quib⁊ ille passiones reperiūtur separatim. vt in hominibus. Aliqui em̄ hoīes inueniūtur qui habent latas scapulas ⁊ sunt fortes sz nō sunt liberales. ex opposito inueniuntur aliqui qui nō habent latas scapulas nec sunt fortes. sed habent lataz frontē ⁊ sunt liberales. Et g̊ ꝯcludimus ꝙ habere latas scapulas est signū fortitudinis in leone. et habere latā frontem signū liberalitatis ⁊ nō fortitudinis

Querit̄ Quō docet phus iam ista signa sic inuenta applicare ad syll'm Sol'o. dicit ꝙ in prima figura quelibz passio naturalis p̄t ꝯcludi de suo subiecto si signū inuentū quod est mediū ꝯuertatur cum maiore extremitate ⁊ excedat minorem. Exempli gratia. vt habere magnas scapulas ⁊ esse fortem ꝯuertūtur. sed habere magnas scapulas excedit leonem. Et ergo sic syllogisat̄ in prima figura, omne animal habēs magnas scapulas est forte. sed leo est aīal hn̄s magnas scapulas. ergo est fortis. Et in tercia figura potest ꝯcludi ꝓpria passio de suo subieto si similiter sumat̄ signum ꝯuertibile cum maiore extremitate ⁊ transcendens minorē. vt bene sequitur. om̄e aīal habens latas scapulas est forte. quoddam aīal habens latas scapulas est leo. ergo leo est fortis

Querit̄ Quod est correlariuz quod sequitur ex dictis Sol'o ꝙ generaliter passio ⁊ signum habent se ꝯuertibiliter. sz non passio ⁊ subiectū. Et rō p̄mi est. quia si passio et signū non haberent se ꝯuertibiliter. tunc sequeretur ꝙ vnius ꝯmunis passionis nō esset vnicum ꝯmune signū. quod est ꝯtra secūdam suppositionem superius positaz. Ratio secūdi est. q꞉ aliqua passio naturalis potest bene reperiri in diuersis subiectis specie distinctis. sicut fortitudo reperitur in homine ⁊ leone. Et tantū de libris p̄oꝝ analeticoꝝ reparatiue sit dictum

¶ Finiūtur reparationes secūdi priorum Arestotelis:

¶ Sequūtur reparationes primi posteriorum.



Circa initiũ libri posteriorum analeticorum Arestotelis ☞ Querit͛ p̄mo. quid est subiectum istius libri Solo. syllogismus demonstratiuus. Et rõ illi⁹ est. qꝛ illud est subiectũ cui ꝯueniũt ꝯditiones subiecti attributõis. sed ille ꝯueniũt syll'o demonstratiuo in ista scia. g̊ est subiectũ. Minor pz. qꝛ est quid ꝯmunissimũ p̄mo notum nõ transcẽdẽs metas ꝛc̃. Et illud est subiectũ cui p̄nt demõstrari inesse ꝓprie passiones ꝑ ꝓpria ꝛ vera p̄ncipia in illa scia. sed syll'us demõstratiuus est hmõi. ergo. Minor pz. qꝛ esse generatiuum scientie est vna ꝓpria passio syllogismi demõstratiui que sic demõstrat͛ sibi inesse. Quicq̇d ꝓcedit ex p̄mis veris ꝛ imediatis p̄orib⁹ notiorib⁹ causisq̃ ꝯcl'onis est generatiuũ scientie. sed syll'us demõstratiuus est hmõi. ergo est generatiuus scie.

Ar̃ Omis scia habet͛ ꝑ demõstratiõez. sed de syll'o demõstratiuo nõ p̄t haberi scia ꝑ demõstratõem. g̊ de eo non p̄t esse scia tanq̃ de subiecto. Minor ꝓbat͛. qꝛ si sic tunc esset ꝓcessus in infinitũ Solo. q̄ de syll'o demõstratiuo in vl'i accepto habet͛ scia ꝑ demonstratõem ꝑticularem et in illa ꝑticulari demõstratõe est status. Et g̊ nõ est ꝓcessus in infinitũ

Ar̃ Idẽ nõ p̄t esse subiectũ ꝛ instrumẽtũ alicui⁹ artis. sz syll's demõstratiu⁹ est instrumẽtũ quo acq̇rit͛ scia hui⁹ libri. g̊ nõ p̄t esse subiectũ Solo vt p̄us q̄ syll's demõstratiu⁹ in ꝯmuni acceptus est h̃ subiectũ. sed acceptus in particulari sic est instrumentũ quo acquirit͛ ista scientia. ꝛ sic nõ est incõueniẽs idem esse subiectũ ꝛ instrumentũ.

Querit͛ Quare iste liber seq̇tur libꝝ p̄oꝝ Solo. qꝛ ꝯtractũ seq̇tur incõtractũ. sz in libro p̄oꝝ determinatũ est de syll'o simpl'r dicto ꝛ incõtracto. hic ꝑo determinat͛ de syll'o demõstratiuo q̇ est cõtractus. qꝛ ꝯtrahit͛ ad materiã nccariã. g̊ iste liber seq̇tur illũ.

Querit͛ Utrũ scia istius libri sit resolutoria vel inuentiua Solo est resolutoria. Et rõ illius est. qꝛ docet resoluere syll'm demõstratiuũ in sua p̄ncipia que sunt p̄ncipia ꝯñtis

Querit͛ Quõ intitulat͛ iste liber Solo sic. Incipit liber posteriorũ analeticoꝝ Aresto. i. de posteriori resolutione. qꝛ sicut in libro p̄oꝝ determinat͛ de resolutione p̄ori syll'i. scilz in p̄ncipia ꝯñc. Ita hic determinat͛ de resolutõe posteriori syll'i que est in p̄ncipia ꝯñtis. Et illa resolutio vocat͛ posterior quia p̄supponit priorem sicut id a quo non conuertit͛ subsistendi ꝯsequentia

Querit͛ Quõ diuidit͛ iste liber. Solo. p̄ma sui diuisione diuidit͛ in duos libros partiales In quoꝝ p̄mo determinat͛ de demõstratõe q̄tum ad sua p̄ncipia ex quib⁹ scz ꝛ qualib⁹ hz ꝯstitui. In

secũdo ꝑo de inuentiõe mediȷ̃ demõstratiui ꝛ de q̃stionib⁹ vere scibilibus. Primus liber subdiuidit͛ in nouẽ tractatus. In quoꝝ pͥmo determinat͛ de syllo demõstratiuo q̃tum ad eius subam. Et hꝫ tria capl'a. In quoꝝ primo agit phs de quibusdã ꝯditõib⁹ generalib⁹ ad demonstratiõem req̇sitis. In secũdo ostendit q̇d est demõstratio. Et in tercio remouet quosdaꝫ errores. Primũ caplm ꝯtinet tres ꝑtes. In pͥma ostendit nec̃itatẽ sylli demõstratiui. In secũda agit de p̄cognitionib⁹. Et in tercia remouet vnum errorem. Primo g̊ ponit phs hanc ꝓpõnem.

¶Omnis doctrina et omnis disciplina intellectiua ex preexistenti fit cognitione.

Querit͛ Quare phs in exordio istius libri ponit istã ꝓpõnem Solo. ꝓpter platonẽ. q̇ dixit ꝙ scie non acq̇rerent͛ in nob de nouo ꝑ demõstratõem. sed essent nobis oẽs ꝯcreate a deo ita ꝙ scire nostrũ ꝛ addiscere nihil esset nisi p̄teritoꝝ reminisci Et g̊ Aresto. volẽs illum errorẽ platonis refellere ostendit modũ quo scie in nobis de nouo generãtur. Et dͬ ꝙ oĩs doctrina ꝛ oĩs disciplina ꝛc̃.

Querit͛ Quot modis p̄t ista ꝓpõ exponi. Solo. duob⁹ modis Uno mõ sic. Ois doctrina ꝛ oĩs disciplina intellectiua fit ex p̄existenti cognitõe sensitiua. Et huic expõni ꝯcordat hoc qd̕ dͬ phs tercio de aĩa ꝙ nihil est in intellectu q̇n pͥus fuerit in sensu. Alio° sic. omĩs doctrina ꝛ oĩs disciplina intellectiua ꝯclonis fit ex p̄existẽti cognitõe pͥmissarũ. Et ista secũda expõ ẽ verior, vt dͬ alb. ꝛ magis ꝯformis intẽtõi phĩ

Ar̃ Illa ꝓpõ est nugatoria. g̊ nõ est vera. Añs ꝓbat͛. q2 doctrina ꝛ disciplina vident͛ esse vnũ ꝛ idẽ Solo. ꝙ licꝫ sint materialiter vnuꝫ et idẽ. differũt tñ rõne. q2 doctrina dͬ inq̃tum ꝓcedit ab ore doctoris. ꝛ disciplina inq̃tum recipit͛ ab intellectu discipuli. Uel vt dͬ Albertus doctrina dͬ ſm ꝙ emanat ex pͥncipiȷ̃s ꝛ disciplina ſm est in ꝯclone ꝑ medium et principia suscepta.

Ar̃ Intellectus noster in pͥncipio sue creatõis est sicut tabula rasa in qua nihil est depictũ. g̊ nõ oĩs eius cognitio est ex aliqua cognitione p̄existenti ꝛ pͥuia Solo ꝙ intellectus noster hꝫ bñ aliq̄n pͥmo cognitionẽ. ita ꝙ nulla cognitio intellectiua illã p̄cesserit in eo. ſꝫ tñ p̄cessit cognitio aliq̃ sensitiua. q2 vt dictũ fuit nihil est ĩ intellectu q̇n pͥus fuerit in sensu

☞ Contra. cognitio sensitiua nõ p̄supponit aliquã aliam cognitionem ergo nec cognitio intellectiua dꝫ presupponere cognitõem sensitiuã. Solo. ꝙ nõ est sile. Et rõ est q2 sensibile. hoc est a parte rei ꝓportionatũ sensui. ꝛ g̊ p̄t statim cognosci nullo alio p̄supposito. sed intelligibile non est a parte rei ꝓportionatũ intellectui. ſꝫ opꝫ ipm pͥus a singularib⁹ ꝛ phantasmatib⁹ abstrahi. ergo cognitio intellectiua aliaꝫ cognitõem. scꝫ sensitiuã presupponit non gũt sensitiua Et per hoc soluit͛ etiã argumentũ quo arguit͛. si omĩs doctrina ꝛ omĩs disciplina fieret ex p̄existenti cognitione. tunc essꝫ ꝓcessus in infinitum. hoc em̃ nõ sequit͛. q2 est status in cognitõe sensitiua

Querit̃ Quõ probat phs illam ꝓpõnem in textu. Solõ in-
ductiue pͥmo in mathematicis. Scdo in dyaleticis. Et
tercio in rethoricis

In mathematicis sic. qꝛ mathematice scie q̃ hñt certissimũ modum de
mõstrandi fiũt ꝑ hũc modũ. ⁊ non solũ mathematice scie. sed ⁊ vnaqueq̃
aliaꝝ artiũ fit in nobis ꝑ hunc modũ

In dyalecticꝭ sic. qꝛ dialectica vtit̃ iductõe ⁊ syllo. ſ꞊ tã i inductiõe q̃ʒ in
syllo ꝓcedit̃ ex p̃existenti cognitõe. ꝗ. Minor patꝫ. qꝛ in syllogismo ꝓcedit̃
ex preexistenti cognitione alicuius vl̃is premisse. Et in inductione ꝓcedit̃
ex p̃existenti cognitione singularium.

In rethoricis sic. qꝛ rethorice scie ꝑsuadẽt aut ꝑ exẽpla qd̃ est inductio
aut ꝑ enthimema qd̃ est vere syllogismus

Ar̃ Exemplũ ⁊ enthimema sunt spẽs argumẽtatiõis distincte ab in-
ductione ⁊ syllo. ꝗ male dꝛ ꝙ exemplũ est inductio. ⁊ enthimema
vere sylls Solõ. hoc dictũ phi nõ dꝫ sic intelligi quasi exemplũ sit essen-
tialiter inductio. sed ꝙ exemplũ tantũ valet apud rethorem sicut inductio
apud dialecticũ. qꝛ multa exempla faciũt inductionẽ si addatur ⁊ sic de sin-
gulis. vel ⁊ sic de aliis Et simili modo debet dici de enthimemate Nõ em̃
vult phs ꝙ enthimema sit vere eẽntialiter sylls. sed ꝙ valeat tantũ apud
rethorem q̃ʒtum sylls. et ꝗ dicit textꝰ. Aut ꝑ enthimemata qd̃ vere est syl-
logismus. qꝛ rethor ꝓcedit ꝑsuadendo ẜm enthimemata. qd̃ supᵉ ꝑsuade-
re vt dꝛ Albertus est vere syllus. qꝛ duo enthimemata in quoꝝ vno de-
ficit maior ⁊ in alio minor faciũt vnũ verũ syllogismũ nullo alio addito Et
iste videt̃ sensus textus ẜm expõnem dñi Alberti. Alii tñ dicũt ꝙ textus
hꝫ. aut ꝑ enthimemata qd̃ est vere sylls. qꝛ etiã vnũ enthimema est vere
sylls q̃ʒtum ad subam terminoꝝ. Alii etiã sunt q̇ dicũt ꝙ textꝰ nõ dꝫ habe-
re vere. sed fere. i. quasi. qꝛ enthimema est q̃si syllus. i. sylls impfectꝰ ⁊ dimi-
nutus. sed qũocũq̃ dicat̃ pt̃ semꝑ littera saluari

¶De p̃cognitõibꝫ ꝑncipioꝝ ⁊ de p̃cognitis

Querit̃ Quid est p̃cognitio. Solõ. p̃cognitio vt hic accipit̃
est preuia intellectualis notitia eorum que in genere de-
monstrationem ingrediũtur.

Querit̃ Quot sunt p̃cognitões. Solõ due. sc꞊ qꝛ est ⁊ quid est
Precognitio qꝛ est dꝛ illa qua p̃cognoscit̃ esse rei. Sed p̃-
cognitio q̇d est qua p̃cognoscit̃ definitio rei

Ar̃ Sunt plures p̃cognitiones q̃ʒ due. ergo. Añs probat̃. qꝛ p̃cogni-
tio est p̃cogniti p̃cognitio. sed sunt plura p̃cognita. vt statim dicet̃
ergo. Solõ. ꝙ p̃cognitões possunt distingui dupl̃r Uno modo ex par-
te illorũ de quibꝫ habent̃. et sic sunt tres ẜm ꝙ tria sunt p̃cognita. Alio mõ
ex ꝑte eoꝝ que de illis in generali p̃cognoscũtur. ⁊ sic sunt solũ due. quia so-
lum duo sunt que de precognitis in generali precognoscũtur. scilicꝫ quia est
et quid est

Ar Quia est z quid est sunt questiones. ğ non sunt precognitiones. Añs patet ex secũdo hui⁹. ꝯña ꝓbaẗ. qꝛ idem nõ potest esse certuz et incertũ. sed ꝑcognitio ẽ certa z questio dubia. Solutio ꝙ aliter sũt qͥ stiones z aliter ꝑcognitõnes qꝛ sunt q̃stiones inq̃ꝝtũ ꝑ ea querim⁹ de ipis veris scibilib᷑. Sed dicũtur ꝑcognitõnes inq̃ꝝtũ ꝑcognoscũtur de his que demonstratõnem ingrediunẗ. Uel dõm est ꝙ in se sunt questiones sed in ordine ad q̃stionẽ ꝓpter q̇d ad quã finaliter ordinanẗ sunt precognitõnes

Q̃r. q̃t sũt ꝑcognita. So° ꝙ tria scz
- Subiectũ de quo fit demõstratio
- Passio q̃ demõstraẗ subiecto inee
- Dignitas ꝑ quã fit demõstratio.

Ar Sunt plura ꝑcognita q̃ꝫ tria. ğ. Añs ꝓbaẗ. qꝛ mediũ demõstrationis oportet ꝑcognoscere ante demõstratõem z tñ nõ enumeraẗ hic Solutio ꝙ mediũ cõprehendiẗ hic sub dignitate. qꝛ dignitas vocaẗ maxima explicans ꝓtãtẽ mediȷ̃ vel vocaẗ mediũ ꝭm ꝙ vnitũ ẽ extremis.

☞ Arguiẗ. Omne ꝑcognitũ debet esse principiũ, sed passio non est ꝑncipiũ. ğ non potest esse precognitũ. z sic non sunt tria ꝑcognita. Minor ꝓbatur. quia passio est ꝑncipiata a subiecto. Solutio ꝙ licet ꝓpria passio sit ꝑncipiata respectu subiecti est tñ ꝑncipiũ respecu totius demõstratõnis

Queriẗ Quid ꝑcognosciẗ de dignitate. Solutio de dignitate ꝑcognosciẗ quia est. id est quia vera est. Exemplũ phi est vt de ista dignitate de quolibet affirmatio vel negatio de nullo vero siẗ oportet ꝑcognoscere qꝛ est. quia si negareẗ nõ posset ostensiue per aliq̃ alia probari.

Ar De dignitate debet etiam precognosci quid est. ergo non quia est tm̃. Añs ꝓbatur quia si dignitas debeat cognosci oportꝫ scire q̇d per terminos dignitatis significatur. Solutio licet dignitas non possit cognosci nisi precognoscatur quid per terminos eius significetur tamẽ tale quid est non precognoscitur de ea formaliter inq̃ꝝtum dignitas est sed solum ex consequenti. Et ratio illius est quia quid est est idem qđ definitio. Sed ꝭm phm septimo metaphysice cõplexoꝝ non est definitio cum ergo dignitas sit complexa sequitur ꝙ eius vt sic non potest esse definitio nec quid est.

Queriẗ Quid precognoscitur de passione. Solutio de passione precognoscitur quid est. id est quid per nomen passionis significatur. Exemplũ phi est vt de ista passione que est trianguluz esse oportet precognoscere quid est hoc quod per nomẽ trianguli significaẗ

Ar Quid est presupponit si est si ergo de passione precognoscitur quid est. ergo etiam si est. Solutio ꝙ est duplex quid est scz quid nominis et quid rei. Jam licet quid rei presupponit si est non tamen quid nominis. quia ergo quid est quod precognoscitur de passione est solum quid nomis. ergo zc.

Ar Phus male exẽplificat hic de triãgulo. ergo. Añs ꝓbaẗ qꝛ triangulus est subiectum istius passionis que est habere tres angulos.

quales duobus rectis. Solo triãgulus accipitur dupliciter. Uno mõ substantiue ⁊ sic bene est subiectum vt probat argumentũ. Alio modo adiectiue ⁊ sic est propria passio figure sic eñ figura vocaᷦ triangula.

Queritᷦ Quid precognoscitur de subiecto. Solutio de subiecto precognoscitur quia est ⁊ quid est. quia est. id est quia esse habet in rerum naturã. Et quid est est duplex scʒ quid nominis ⁊ quid rei. Et exemplũ phi est de vnitate que est subiectũ in arithmeticis de qua multa ibi probanᷦ scʒ ꝙ sit indiuisibilis ⁊ non habeat positõnem in continuo ⁊ multa talia

☞ Arguiᷦ. quia est precognoscitur de dignitate. ergo non debet precognosci de subiecto. ꝯsequentia ꝓbatur diuersa precognita debent habere diuersas precognitõnes. Solutio ꝙ non est idem quia est passionis et subiecti. quia de passione precognoscitur quia est. id est quia vera est sed de subiecto precognoscitur quia est. id est quia esse habet in rerum natura.

De precognitione conclusionũ

Queritᷦ Quotuplices sunt conclusiones Solutio ꝙ duplices quia quedam sunt vl̄es. ⁊ quedã ꝑticulares. Conclusio vl̄is diciᷦ in qua ꝓpria passio predicaᷦ de suo ꝓprio ⁊ ꝑ se subiecto signo vl̄i distributo. vt cuʒ diciᷦ oı̄s triangulus hʒ tres angulos equales duobus rectis. Sed cõclusio particularis dᷣ in qua ꝓpria passio p̄dicaᷦ de aliq̄ inferiore sui subiecti vt cũ diciᷦ iste triangulus in semicirculo descriptus hʒ tres angulos equales duobus rectis.

Queritᷦ q̄ drñter cognoscũtur ꝯclusiones vl̄es ⁊ ꝑticulares. Solo ꝯclusiones vl̄es cognoscũtur demonstratiue ĩ suis p̄ncipijs ꝑ que ꝯcludũtur ⁊ in quoꝝ potentia formali ⁊ actiua ꝯtinẽᷦ quare etiã talis cognitio vocaᷦ cognitio in potentia ⁊ in vl̄i. Sed ꝯclusiones ꝑticulares q̄ accipiunᷦ sub vl̄ibus cognoscũtur siᷝ cũ vl̄ibꝫ in quibus inducũtur ⁊ nõ cognoscũtur ꝑ mediũ demõstratiuũ. Exẽpli grã hec vl̄is ꝯclusio oı̄s triangulus habet tres angulos equales duobꝫ rectis cognosciᷦ in suis p̄ncipijs ex quibꝫ demõstratiue ꝯcludiᷦ. Sʒ hec ꝑticularis ꝯclusio scʒ ꝙ iste triãgulus in semicirculo descriptus habet tres angulos equales duobꝫ rectis cognoscitur simul in illa vl̄i ꝯclusione sub qua subsumiᷦ hoc modo Oı̄s triangulus habet tres angulos equales duobus rectis. sed iste triangulus in semicirculo descriptus est triãgulus. ergo habet tres angulos equales duobus rectis.

Queritᷦ Que est rõ ꝙ cõclusio ꝑticularis nõ cognosciᷦ ꝑ mediũ demonstratiuũ Solutio. qꝛ vltimũ nõ cognosciᷦ per mediũ demonstratiuũ. sed particulare vel singulare est vltimũ. g̃ conclusio particularis vel singularis non potest sciri per mediũ demonstratiuum Maior patet quia ꝑ mediũ demonstratiuũ scitur ꝓpria passio de suo ꝓprio et per se subiecto sʒ clarũ est ꝙ vltimũ seu singulare non est ꝓpriũ ⁊ ꝑ se subiectum passionis. ⁊ ergo particulare vel singulare non cognosciᷦ ꝑ mediuʒ demonstratiuũ sed solũ mõ iam dicto. Et ista videᷦ esse sentẽtia Aresto.

ſm dñm albertũ quē linconienſ. tamen ꝛ alij cõiter aliter exponunt ſcꝫ de precognitõne ꝑmiſſaꝝ ꝛ ꝑ intellectu illius.

Querit Utrum premiſſe cognoſcanť ante concluſionē. Solutio ꝙ ſic ſed differenter. quia maior cognoſciť ante cõclusionem natura et tempore ſimul. ſed maior ꝛ minor cognoſcuntur ante concluſionem natura ſꝫ non tempore Rõ primi eſt quia maior eſt cauſa potentialis concluſionis ſed cauſa potentialis p̄cedit ſuũ effectũ nedũ natura ſed tempore. ergo maior precognoſcitur ante concluſionem natura ꝛ tēpore. Et ergo videmus ꝙ cognita maiore poteſt adhuc ignorari ꝯcluſio. Sed rõ ſecundi eſt qꝛ maior ꝛ minor ſũt cauſa actualis ꝛ ſufficiens ipiꝰ cõcluſionis ſed poſita cã actuali ꝛ ſufficienti ſimul tp̄e ponit̃ cõcluſio. g̊ cognita maiore ꝛ minore ſil' tp̄e cognoſciť ꝯcluſio

Ar Contra primũ maior ꝓpoſitio ꝯtinet minorē ꝛ cõcluſionem. ergo cognita maiore ſimul tp̄e cognoſciť etiã ꝯcluſio Solꝰ licet maior cõtineat minorē virtute nõ tamē actu. ꝛ ergo nõ oportet ꝙ cognita maiore ſimul tempore cognoſcať concluſio.

☞ Arguiť ꝯtra ſecũdũ cognita maiore ꝛ minore p̄t cõcluſio nõ inferri. g̊ videť qꝛ nõ ſciať ſil' tp̄e ꝯclꝰ Solutio licet poſſit ꝯcluſio nõ inferri ſm vocem poſitis maiore ꝛ minore tamē neceſſario inferť ſm intellectum qꝛ cõſentiens maiori ꝛ etiã minori neccãrio etiã ſil' tp̄e apud ſe aſſentit concluſioni q̄uis forte vocaliter eam nõ exprimat.

☞ Queriť. An cõcluſio ſciať anteq̄ȝ ſit oſtenſa ꝑ demõſtratõnē vł ſyllogiſmũ Solutio p̄hi ꝙ aliquo mõ ſciť. ꝛ aliquo mõ nõ. Sciť in vłi ꝛ in potentia. ſed nõ ſciť in ꝑticulari ꝛ in ꝓpria forma.

Querit Quõ ꝓbat hoc p̄hs. Solutio ꝓbat ſic qꝛ ſi deť oppoſitũ ſcꝫ ꝙ ꝯcluſio anteq̄ȝ ſit oñſa ꝑ demõſtratõnē nõ aliquo mõ ſciť ꝛ aliquo mõ ignorať tũc ſeq̄tur aliqḋ iſtoꝝ incõuenientiũ ſcꝫ ꝙ vel nihil cõtingit nos addiſcere ſicut poſuit Eraclitus q̇ negauit ſcire vł ꝙ nr̄m addiſcere nõ eſſet niſi qḋdã reminiſci vt voluit plato. Et iſta fuit Mennonis ambiguitas quã poſuit plato in libro q̇ intitulať mennonis eo ꝙ librũ illũ ad eũ tanq̄ȝ ad diſcipulũ ſcripſerat

☞ Queriť quõ ꝓbabat hoc plato ꝙ nr̄m addiſcere nõ eſſet niſi qḋdã reminiſci. Solꝰ hoc mõ. qꝛ ſi aliq̇s addiſcit aliq̇d Aut g̊ ꝑ̇us nouit illud vel nõ. Si nouit ꝑ̇us tũc habeť ꝓpoſitũ ſcꝫ ꝙ ſolũ obliťꝰ fuit illius ꝛ iã reminiſciť. Si nõ nouit prius tũc q̄n iã occurrit memorie ſue nõ cognoſcet illud qꝛ hoc qḋ q̇s nunq̄ȝ ꝑ̇us vidit vł nouit ſi iam ſibi occurrat nõ p̄t cognoſcere ſicut dat Augꝰ Exemplũ de ſeruo fugitiuo quē ſi q̄rat dñs et prius nullo mõ nouit ſi eũ caſu inuenerit ita ꝙ occurrat ſibi in via non ſciet eũ inueniſſe nec noſcet eum.

Querit Que fuit illa cauillatio ꝛ falſa ſolꝰ ꝑ quã quidam volebant euadere illam dubitatõem ꝛ dictum platonis.

Solutio q̄rebant ꝑ̇mo ab aliq̊ rñte aliquã concluſionē demonſtratiuã iſtã ſcꝫ vłſilem. Omis dualitas eſt par. An ſcꝫ ſciret illã ꝙ oĩs dualitas eſſet par. Et dicente illo ꝙ ſic quia eam ſcit per iſtam demonſtrationem

Omne illud quod potest diuidi in duo equalia est par sed omnis dualitas est huiusmodi. ergo omnis dualitas est par. Tunc afferebant aliquam particularem dualitatem forte lapidum quã in manu vel in sinu abscon-derant de qua rñs nesciuit vtrũ esset vel nõ esset. Et arguebant contra euꝫ ista dualitas quã ego habeo ĩ manu mea ẽ dualitas ⁊ nõ sciuisti eã ẽẽ parẽ qꝛ nõ sciuisti eã esse. ğ nõ sciuisti ex illa demõstratõe ꝑus facta ꝙ oĩs dualitas esset par Istã aũt obiectionem conabanꝰ soluere ⁊ dicebant ꝙ ille rñs sic interrogatus nõ sciuit ex illa demonstratõne omnẽ dualitatem esse pa-rem simpliciter. sed tm̃ omnẽ dualitatem quã sciuit esse dualitatem. sed q̃ istam dualitatem in manu absconditam nõ sciuit esse dualitatem. ergo nõ nouit etiam ꝙ ipsa esset par. Et per cõsequens sequiꝰ ꝙ contingit aliquid de nouo addiscere qđ est contra dictũ ⁊ opinionem platonis.

Queritꝰ Quõ reprobat phs illam solutõnem eoꝝ. Solutio dicit ꝙ solutio illa nõ valet. Et rõ est. quia illud vere scit aliquis cuiꝰ demonstratõnem accipit. sed talis rñs non accipit demonstratione de dualitate quã scit esse dualitatem sed de omni dualitate simplici-ter. ⁊ ergo ex tali demonstratõne scit vlr̃ de oĩ dualitate ꝙ sit par ⁊ nõ so-lum de illa dualitate quã sciuit esse parem. Et hoc confirmat phs tali rõe Conclusio demonstratõnis debet cũ suis ꝑmissis conuenire in terminis. sed in premissis illius demonstratõnis non poniꝰ dualitas cum illa restri-ctione quã tu sciuisti sed ponitur simpliciter ⁊ vlr̃. ğ etiam in conclusione debet sumi simpliciter ⁊ sine illa restrictõne. quia etiam alˢ conclusio non esset vlis ⁊ de omni sed solum particularis qđ est cõtra naturam vniuersa-lis demonstrationis.

Queritꝰ Que est tunc vera solutio illius dubitationis Solutio vera solutio Aresto. est ꝙ illud qđ quis addiscit nõ pre-scit simpliciter. sicut voluit plato sed aliquo modo scit ⁊ aliquo modo ig-norat scit eñ in vli ⁊ cõfuse ⁊ ignorat in particulari ⁊ in ꝓpria forma vt pri-us dictum fuit. ⁊ hoc non est inconueniens. Sed incõueniens esset si ali-quis eodem modo diceret aliquid prescire ⁊ cum hoc ignorare.

Arꝰ Videꝰ ꝙ hoc qđ quis addiscit prius sciuerit simpliciter. ğ opinio platonis est vera. Añs ꝓbatur qꝛ si non prius sciuisset tunc qñ iã discendo occurit intellectui intellectus nõ cognosceret sicut patet ex exem-plo de seruo fugitiuo prius posito. Solutio hoc argumentũ procede-ret si hoc ꝙ aliquis addiscit nullo modo presciret iam dictũ ẽ ꝙ hoc quod aliquis addiscit aliquo mõ prescit scꝫ in vli ⁊ in confuso. ⁊ ergo qñ in par-ticulari ⁊ in ꝓpria forma iam occurrit intellectui statim intellectus ipm̃ co-gnoscit. Et sic̃ de seruo fugitiuo non valet qꝛ ibi supponiꝰ ꝙ seruus nullo-modo prius fuerit a domino cognitus.

Arꝰ Boetius dicit in tercio de consolatu phylosophico Si platonis musa verum personat quod quisqꝫ discit imemor recordatur. ğ Solutia Boetius non loquitur ibi asserendo sed recitando sicut patꝫ satis ex verbis suis.

Capitulum secundum de definitione scire

Scire aũt arbitramur vnũquodq̀ simpliciter et non ꝛc.

In secũdo capl'o phus determiat de q̇ditate scire ꝛ demonstratõnis Et diuidit in q̃tuoꝛ ꝑtes. In ṗma definit scire. In secũda definit demonstratõnem. In tercia determiat de ꝓpõne imediata. Et in q̃rta cõpat scire premissarum ad scire conclusionis.

Querit Quare phs definit hic scire. Solutio q2 scire ẽ finis ipius demonstratõnis. ꝛ ingredit definitõnem demonstratõnis. cũ ergo ea que sunt ad finẽ nõ p̃nt ꝑfecte cognosci nisi ex rõne finis. g̃ ṗponit phs hic definitõem scire añ definitõem demonstratõnis

Querit Quõ definit scire Solutõ sic definit ab Aresto. Scire aũt arbitramur vnũqdq̀ simpl'r ꝛ nõ sophistico mõ qd est scire ẜm accidens cũ causam arbitramur cognoscere ꝓpter quã res ẽ et quoniã illius est causa ꝛ non est contingere hoc aliter se habere.

☞ Querit. quõ ꝓbat phs illã definitõem Solutio a signo q̇a tam scientes q̃ non scientes opinãtes tñ se scire tunc dicũt se scire qñ cãm rei cognoscũt ꝓpter quã res est. g̃ scire hoc mõ est bene definitũ.

Querit Quod est correlariũ qd infert phs ex ista definitõne. Solutio q illud cuiꝰ simpl'r est scia est necessarium et impossibile aliter se habere. Si aũt est aliq̇s alius modus sciendi de illo postea dicemus.

☞ Querit. quare phs definit hic scire in cõcreto ꝛ nõ scientiã in abstracto Solutõ q rõ est. q2 scire ẜcat sciam vt est in agere. sed scia ẜcat eam ꝓut est in habitu ꝛ in potentia. cũ ergo hic ṗncipaliter consideret scire conclusionis qd est scire in agere ꝛ effectus demonstratõnis iõ definitur ĩ concreto ꝑ modũ actus ꝛ nõ in abstracto ꝑ modũ habitus vel entis.

Querit Quot modis dicit scire ẜm linconiensem. Solutio q̃tuoꝛ modis Primo mõ cõiter ꝓut est apprehensio cuꝰlibet veritatis cognoscibilis ꝛ sic contingentia ad vtrũlibet etiã dicũtur sciri

Secũdo mõ ꝓprie ꝓut est apprehensio veritatis eoꝝ que fiunt semper vel frequenter. ꝛ sic necessaria est contingentia vt pluribus dicũtur sciri

Tercio modo magis ꝓprie ꝓut ẽ apprehensio veritatis illius quod ẽ necessarium non curando vtrũ cognitio eius acquiratur per demonstrationem siue non ꝛ hoc modo tam principia q̃ conclusiones sciunt.

Quarto modo dicit scire ꝓpriissime ꝓut est apprehensio alicuius necessarij qd solũ ꝑ demonstratõnem cognoscitur. Et sic accipitur scire ẜm q hic definitur qñ dicitur scire est rem per causam cognoscere ꝓpter quã res ẽ ꝛc̃

Querit Quot conditiones requirũtur ad hoc scire quarto modo dictũ. Solutio q quatuoꝛ que etiã tangũtur in p̃dicta definitõne Prima est q scire ꝓpriissime dictũ debet esse ꝑ causam et non per effectũ. ꝛ illa conditio tangit ꝑ hoc qd dicit scire est rem per causam cognoscere. Secunda est q debet esse ꝑ causam ꝓximã ꝛ nõ ꝑ causam remotam. Et illa tangitur cum dicitur ꝓpter quã res est Tercia est

ꝙ debꝫ esse ꝑ causam ꝯuertibilē ꝛ illa innuit̃ ꝑ hoc qđ addit̃. ꝛ qm̃ illius ē causa. Et quarta ē ꝙ debet esse ꝑ causam necessariā ꝛ nō ꝯtingentē ꝛ illa innuitur. per hoc qđ dicit̃. Et impossibile est hoc aliter se habere.

Ar̃ De deo habem⁹ sciam ꝛ de substantijs sepatis ꝛ tñ nō ꝑ cām q̃a de⁹ nō hꝫ cām ꝛ sbe sepate q̈uis forte habeāt cām illa tñ ē nobis ignota. g̊ p̈ma ꝯditio ē falsa. So° ꝙ licꝫ de deo ꝛ de substātijs sepatis habeam⁹ bñ sciam qꝛ est tñ nō possum⁹ hr̃e sciam ꝓpter q̇d de q̄ h̄ loq̇mur.

Ar̃ De reb⁹ naturalib⁹ ē vera scīa ꝛ possibile ē illas res aliter se hr̃e qꝛ sunt ꝯtingentes ꝛ variabiles. g̊ quarta ꝯditio ē falsa. Sol̃o ꝙ res naturales pñt dupliciter cōsiderari. Uno° i pticulari ꝛ sic ꝯtingit eas aliter se hr̃e sꝫ hoc mō de eis nō ē scīa. Alio° in vlī ꝛ in cōi ꝛ sic sūt necessarie ꝛ imutabiles ꝛ hoc modo de eis est vera scīa per cōpatōnem ad suas causas ꝛ principia.

De definitionibus demonstrationis

Querit̃ Quot sunt definitōnes demōstratōnis. Solutio ꝙ due q̄ sic differūt qꝛ p̈ma ē formalis explicās esse formale demonstratōnis. Et secūda materialis ostendens ex quib⁹ ꝛ qualib⁹ habet demonstratio materialiter constitui.

☞ Querit̃ que est prima definitio demonstratōnis. Sol̃o ꝙ demonstratio est syllogism⁹ apodixicon. id est syllogism⁹ faciens scire. ibi enim syllogismus ponit̃ loco generis. ꝛ faciens scire loco differentie.

Ar̃ Oīs bona definitio debet dari ꝑ priora definito. sed scire non est prius demonstratōne. g̊ ista p̈ma definitio nō ē bona. minor patet qꝛ scire est demonstratōnis effectus. Sol̃o scire cōsiderat̃ dupliciter. Uno mō vt est in executōne. ꝛ sic ē effectus ꝛ non ingredit̃ definitōem ipius demonstratōnis. Alio mō vt est in intentōe ipius demōstratōnis vel demōstrantis. ꝛ sic ē cā finalis demonstratōis ꝛ hoc mō ponit̃ in eius definitōe.

Ar̃ Doctor facit scire. g̊ nō demōstratio. Sol̃o doctor facit scire effectiue p̈ncipaliter sed demonstratio facit scire instrumentaliter

Querit̃ Que est secūda definitio demonstratōnis. Sol̃o Q̄ ista demonstratio est q̄ ꝓcedit ex p̈mis veris ꝛ imediatis notiorib⁹ priorib⁹ causisq̃ ꝯclusionis. Et ista definitio sequit̃ ex prima et concludit̃ tanq̃ conclusio ex ea.

Querit̃ Quō ꝓbat ph̃s ꝙ demonstratio debꝫ esse ex veris. Solutio sic quia demonstratio facit scire. sed qđ nō ē non ꝯtingit scire. quia non ens nō scitur cū g̊ falsum sit nō ens seq̇tur ꝙ falsum non potest sciri ꝛ per consequens demonstratio debet esse ex veris Minorē scꝫ ꝙ nō ens nō contingit scire. illā ꝓbat ph̃us exemplariter q̃a diametros esse symetros. i. dyametrū esse cōmensurabilem coste quadrati est non ens. ꝛ ergo non potest sciri.

Ar̃ Non ens p̄t sciri. g̊ non oportet demōstratōem ꝓcedere ex veris. Añs ꝓbat̃. qꝛ de rosa in hyeme habet̃ scīa ꝛ tñ nō est. Sol̃o licet rosa aliq̄n nō sit in actuali existentia. est tñ semꝑ in exñtia aptitudinali i sua

radice. ꝛ hoc modo de ea est scientia.

Ar̃ Verū pt sciri ex falsis. ḡ nō oportet demōstratōem ꝓcedere ex veris. Añs ꝓbat̃. q꞉ verū pōt syllogisari ex falsis secūdo prioꝝ. Soᵒ licet veꝝ posset aliquo mō occasionaliter ꝛ ꝑ accñs syllogisari ex falsis tñ non potest demonstrari.

Querit̃ Quō ꝓbat phs ꝙ demonstratio debet esse ex primis ꝛ imediatis. Solo q꞉ ex illis dꝫ ꝓcedere demōstratio sine quibꝫ nō ꝯtingit scire simpl'r sed sine primis ꝛ imediatis nō ꝯtingit scire simpliciter. ḡ demonstratio dꝫ esse ex primis ꝛ imediatis. minor ptꝫ q꞉ qꝺ scit̃ nō ꝑ ꝓ̄ma ꝛ imediata hoc nō scitur simpliciter ꝛ ꝑ indemōstrabilia ſꝫ ꝑ accñs ꝛ sub cōditōne tm̄ scꝫ si illa ꝑ q̄ scit̃ sint ꝓbata ꝑ alia priora.

Querit̃ Quomodo ꝓbat phus ꝙ demonstratio debet ꝓcedere ex prioribus ꝛ notioribus. Solo tali ratōne. Quicq̄d pocedit ex causis hoc procedit ex prioribus ꝛ notioribus. sed demōstratō procedit ex causis. ergo ꝓcedit etiam ex prioribus ꝛ notioribus. Maiorē ꝓbat quia oportet causas esse priores ꝛ notiores. Minorem etiam ꝓbat quia demonstratio facit scire. Sed tunc vere scimus cum causas rei cognoscimus. ergo demonstratio procedit ex causis.

Ar̃ Primo dictum est ꝙ demonstratio procedit ex primis. ergo superflue ꝛ nugatorie additur postea ꝙ debet esse ex prioribus. ꝯsequentia tenet. quia superlatiuus presupponit suū cōpatiuū. si ergo est ex primis satis intelligitur ꝙ etiā sit ex prioribus. Solutio ꝙ ille particule ex primis ꝛ ex prioribus referuntur ad diuersa. ꝛ ergo non ponūtur ibi nugatorie. Primū em̄ dicitur per abnegatōnem anterioris quia scꝫ demonstratō debet esse ex talibus que non habent ante se alia per que possint demonstrari. Sed prius dicitur per respectum ad posterius scꝫ ad conclusionem Et sic etiā debet dici de illis particulis prioribus ꝛ notioribus ꝙ referunt̃ ad diuersa. quia prioribus dicit̃ per cōpationem ad rem ꝛ ad conclusionem demonstratiuā. sed notioribus dicit̃ per cōpationem ad ipm cognoscentē seu demonstrantem.

Querit̃ Quot modis dicūtur aliqua priora ꝛ notiora. Solutō duobus modis. Uno modo quo ad nos. Et alio modo quo ad naturam ꝛ simpliciter. priora ꝛ notiora quo ad nos dicūtur q̄ sunt sensui ꝓxima sicut sunt singularia. Sed priora ꝛ notiora quo ad naturam et simpliciter dicūtur que sunt a sensu remotiora sicut sunt vl'ia.

☞ Ar̃. Phs dicit prio physicoꝝ ꝙ vl'ia ꝛ cōfusa magis sunt nobis notiora. ergo male dicit̃ hic oppositū scꝫ ꝙ singularia sint nobis magis nota

Solutio est duplex noticia scꝫ confusa ꝛ determinata. Jam vl'ia sūt nobis bene notiora noticia confusa sed non noticia determinata.

Querit̃ Quare phus nō addit illam particulam ex ꝓpriis in definitione demonstratōnis cum aliis particulis Solutio phi in textu ꝙ illa particula satis intelligitur qñ dicitur ex primis q̄a primū principium ꝛ ꝓprium sunt idem.

☞ Queritur quare non fuit addita illa particula ex necessarijs Solo quod illa etiã satis innuitur per hoc quod dicitur ex primis veris et imediatis quia prima vera et imediata sunt necessaria.

De ꝓpositione imediata

Queritur Quid est ꝓpõ imediata Solutõ ꝓpõ imediata ẽ qua nõ est altera prior neqz notior. Et talis ꝓpõ dr phus est principiũ demonstratõnis. Et quia in illa definitõne ꝓpõnis imediate ponitur ꝓpositio. ideo phs etiã definit hic ꝓpõnem

☞ Queritur quid est ꝓpositio Solo ꝓpositio est enunciatõnis altera pars vnum de vno enuncians.

Ar Si ꝓpõ esset enunciatõnis altera pars tunc vel esset subiectũ vel pdicatũ sed nulluz illorum potest dici. ergo minor patet quia tũc esset vel nomen vel verbũ Solutio quod enũciatio habet duplices partes scz integrales que sunt subiectũ et pdicatũ et subiectiuas que sũt species sue iã dicitur quod ꝓpositio nõ est altera pars integralis enunciatõnis sed subiectiua nec debet etiã altera ibi capi relatiue sed indefinite vt valet tm̃ sicut aliqua.

☞ Queritur quomodo diuiditur hic ꝓpositõ Solutio diuiditur in dyalecticam et demonstratiuam.

Queritur Quid ẽ ꝓpõ dyalectica. So° ꝓpõ dyalectica ẽ q̃ accipit ambas ptes cõdictõis. Et rõ ẽ quia dyalecticus ꝓcedit ex ꝓbabilibus sed vtraqz pars cõtradictõis potest esse ꝓbabilis. et ergo propositio dyalectica sumit ambas partes cõtradictõis non simul sed vnã vel aliam.

Queritur Quid est ꝓpõ demonstratiua. Solutio ꝓpõ demonstratiua est que determiate sumit alteram partem contradictionis que vera est.

Ar Propositio dyalectica etiã sumit alterã ptẽ cõtradictõis. ergo per hoc male definitur ꝓpõ demonstratiua. Añs pz quia ꝓpõ dyalectica ponitur in syllogismo. sed ibi nõ pt poni vtraqz ps cõtradictõnis. Solo quod differenter ꝓpõ demõstratiua sumit alterã ptẽ cõtradictõis et dyalectica quia ꝓpõ demonstratiua sumit alterã ptẽ determiate scz que vera ẽ. Sz ꝓpõ dyalectica facit hoc indetermiate scz hãc vel illã.

Queritur Quid ẽ enũciatio. Solo enũciatio est q̃ accipit quãlibet ptẽ cõdictõnis scz affirmatiuã vel negatiuã vlem vel pticularẽ. et istã definitõem enũciatõis ponit hic. quia supius enunciatio posita fuit i definitõne ꝓpõnis tãq̃ qdã supius et magis cõe ad ꝓpõem Et quia in ista definitõne enũciatõis ponitur cõdictio iõ etiã definit cõtradictõnem

☞ Queritur qd ẽ cõtradictio Solutio Cõtradictio ẽ oppositio cuius scdm se nõ ẽ dare mediũ. Et rõ illius definitõnis est quia de quolibet dicitur alterũ cõtradictoriorum de nullo vero simul.

☞ Ar. Illa definitio cõuenit cõtrarijs imediatis. ergo nõ ẽ bona. Añs ꝓbatur quia inter cõtraria imediata etiã nõ ẽ dare mediũ. Solo cõtraria imediata excludũtur ab ista definitõe per illã pticulã scdm se quia lz inter cõtraria imediata nõ sit dare mediũ hoc tñ nõ cõuenit eis scdm se sed rõne cõtradictõnis.

Ar Inter maxime distantia debet esse mediũ. sed extrema ꝯtradictõnis maxime distant. ergo Solõ inter maxime distantia locali distantia ⁊ ꝓprie dicta debet esse medium. sed inter extrema contradictõnis non est distantia localis vel proprie dicta. sed est distantia formalis ⁊ methaphorica que vocatur repugnantia extremorum affirmatõnis scz ⁊ negationis.

Queritur Quid est affirmatio ⁊ q̃d negatio. Solõ affirmatio est ꝑs ꝯtradictõis q̃ aliq̃d de aliquo affirmat. ⁊ negatio est ꝑs ꝯtradictõis q̃ aliq̃d ab aliq̃ negat.

☞ Querit̃ quõ diuidit̃ ꝓnciptũ imediatũ. Solutio diuidit̃ in

Dignitatẽ. vñ dignitas ẽ ꝓpõ indemõstrabil̃ quã nc̃c̃e est h̃re quẽlibet docẽdũ. ⁊ vocat̃ alio nomine maxima

Positõez. positio em̃ ẽ ꝓpõ idemõstrabil̃ quã nõ ẽ necesse habere quẽlibz docẽdũ. Et diuidit̃ ꝯñr in

Suppõem. Et definit̃ sic. Suppõ ẽ q̃ accipit quãlibz ꝑtẽ ꝯtradictõis ⁊ ꝑcat esse vel nõ esse.

Definitõez. ⁊ definit̃ sic. est positio q̃ non ꝑcat esse vel non esse. vnde definitio est positio dicit p̃hus sed non est suppositio.

Queritur Quõ ꝓbat p̃hus ꝙ definitio sit positio. Solutio hoc ꝓbat. q̃z arithmeticus ponit vnitatez esse indiuisibilẽ ꝫm q̃titatem ⁊ nõ demonstrat. sed vnitatẽ esse indiuisibilem ꝫm q̃titatem est definitio vnitatꝭ. g̊ definitio est positio.

Queritur Quõ ꝓbat p̃hus ꝙ definitio nõ sit suppõ. Solutio hoc sic ꝓbat. q̃z definitio dicit quid est aliquid ⁊ suppõ dr̃ aliquid esse sed illa nõ sunt idem. ergo etiam definitio et suppõ nõ sunt idem. Minor ꝓbat̃ exemplariter. q̃z nõ est idem q̃d est vnitas ⁊ vnitatem esse. definitio ergo ⁊ suppõ differunt ꝑ hoc ꝙ suppõ dr̃ esse vel nõ esse definitio vero nõ.

Ar Definitio etiã dr̃ esse. ergo ꝑ hoc nõ differt a suppõe. Añs ꝓbat̃ ꝑ arestotelẽ ꝑmo topicoꝝ. vbi dr̃ ꝙ definitio est oratio indicans esse rei. Solutio duplex est esse. scz esse q̃dditatiuũ ⁊ tale esse bñ dr̃ definitio. Aliud est esse ꝓpositionale quod ꝯsistit in ꝯpõne p̃dicati cum subiecto vel diuisione predicati a subiecto ⁊ tale eẽ nõ dicit definitio. sicut vult p̃hus in proposito.

Contra Definitio dicit esse ꝓpositionale. ergo illa solutio est falsa. Añs ꝓbatur q̃z definitio est ꝓpositio immediata

ſicut pꝫ ex diuiſione ꝓpõnis immediate ꝑus poſita ſꝫ ꝓpõ imediata dr eẽ
vel nõ eſſe Solutio q phus nõ poſuit hic diuiſionẽ ꝓpõnis immediate
ſed immediati ꝑncipij. ſed immediatum ꝑncipium poteſt dici nõ ſolũ ꝓ
poſitio ſed etiam definitio. vel poteſt dici q definitio poteſt accipi duplici
ter. vno mõ ꝭm ſe ⁊ ſic nõ eſt ꝓpoſitio. Alio mõ cum incluſione ſui definiti
et ſic eſt aliquo mõ ꝓpõ inquantũ de eo enũciatur.

De cõpatõne ſcire ꝑncipiorum ad ſcire ꝯcluſionis.

Queritur Utrum ꝑncipia demonſtratõnis magis ſciant cõ
cluſione. Solutio phi q ſic; vñ dr q nõ ſolum
opꝫ ꝑcognoſcere ꝑma principia aut omnia aut q̃dam ſed opꝫ ea magis
cognoſcere q̃ ꝯcluſionem.

Queritur Quare dr phs ibi aut oĩa aut q̃dã. Solutio. q
duplicia ſunt ꝑncipia quedã ſunt q̃ indigent pro
batõne ⁊ illa nõ opꝫ magis ſciri ꝯcluſione. Alia ſunt q̃ nõ egent ꝓbatõe ⁊
illa oportet magis ſciri ꝯcluſione.

Ar̃ Principia demõſtratõis nõ ſciunt. g̃ nõ magis ſciunt ꝯcluſione.
Añs ꝓbat. q ꝑncipia intelligunt. ⁊ ꝯña tenet q ꝯpatiuus ꝑſup
ponit ſuũ poſitiuũ. Solutio lꝫ ꝑncipia nõ ſciant accipiendo ſcire quar
to mõ ⁊ ꝓprijſſime ſciunt tñ accipiendo ſcire tertio mõ ſupius poſito.

Contra Ex illo ſeq̃ret q hic fieret ꝯparatio in eq̃uocis q eſt
aliud ⁊ aliud ſcire ꝑncipiorum ⁊ ꝯcluſionis. Solu
tio lꝫ ſit aliud ⁊ aliud ſcire in ſpeciali. tamẽ ꝯueniunt in vno mõ cõi q̃ eſt
apprehenſio veritatꝭ alicuius qđ eſt neceſſariũ ⁊ hoc ſufficit.

Querit̃ Quõ ꝓbat phus q ꝑncipia magis ſciuntur concluſio
ne. Solutio duabꝫ ratõnibus. Prima eſt q conclu
ſio ſcitur ꝓpter ꝑncipia. ergo ꝑncipia magis ſciunt. ꝯſequentia pꝫ. q pro
pter quod vnũquodqꝫ tale ⁊ illud magis. Sicut ſi amamus filiũ propter
patrem tunc patrem magis amamus.

Querit̃ In quibus cauſis habet illa ꝓpõ veritatẽ ꝓpter quod
vnũquodqꝫ tale. Solutio alberti q hꝫ maxime ve
ritatem in cauſis vniuocis ꝑ ſe agentibꝫ efficientibꝫ ⁊ finalibꝫ.

Ar̃ Homo eſt ebrius ꝓpter vinum ⁊ tñ nõ ſeq̃tur ergo vinum ẽ ma
gis ebrium. ergo videt q illa ꝓpõ nõ ſit vera Solutio q ibi nõ
arguit penes cauſam ꝑ ſe ſed ꝑ accidens. q vinum nõ eſt ꝑ ſe cauſa ebrie
tatis ſed ꝑ accidens inquantum eſt euaporatiuũ. vt dr albertus. Unde
aliqui aſſignant hic bñ q̃nqꝫ ꝯditões ad hoc q argumentũ ꝭm iſtam ꝓ
poſitõem vel regulã teneat. Prima eſt q arguat in ꝑdicatis accidentali
bus ⁊ ergo nõ ſeq̃tur filius eſt homo ꝓpter patrẽ. ergo pater eſt magꝭ hõ
Scđa q ꝑdicatũ poſſit ſuſcipere magis ⁊ minus. ⁊ ergo etiã nõ ſeq̃tur fi
lius eſt riſibilis ꝓpter patrẽ. ergo pater eſt magis riſibilis. Tertia. q argu
atur in cauſis vniuocis. ⁊ ergo nõ ſeq̃tur hec inferiora ſunt calida ꝓpter ſo

lem.ergo sol est magis calidus. Quarta q᷑ arguat᷑ in causis ꝑ se ꝛ nō ꝑ accidens. Et ergo nō seq̄tur.homo est ebrius ꝓpter vinum. ergo vinū est magis ebrium Quinta est.q᷑ arguatur etiā in causis totalibꝫ ꝛ ergo nō seq̄tur. lapis est calidus ꝓpter ignē.ergo ignis est magis calidus. qꝛ ignis nō est tota causa caliditatis lapidis sed etiam spissitudo ꝛ ꝯstantia ꝑtium et densitas lapidis est concausa caliditatis.

Queritur Que est scđa ratio qua ꝓbat᷑ phs q᷑ ṕncipia magis sciunt᷑ ꝯclusione. Solutio scđa ratio stat in hoc.illđ magis scitur quod scitur ꝑ se q̄ illud quod scitur per aliud. ſʒ ṕncipia sciuntur per se ꝛ conclusio per aliud. qꝛ conclusio scitur per principia ergo principia magis sciuntur

Ar Conclusio potest aliunde sciri q̄ per ṕncipia.ergo non opʒ ṕncipia ꝓpterea esse magis scita. Añs patʒ. qꝛ ꝯclusio potest sciri ꝑ sensum sicut q᷑ sol eclipsatur videmus ꝑ visum. Solutio phi q᷑ si ꝯclusio debet sciri ꝑ demonstratōem tunc opʒ ṕncipia esse magis scita. ſʒ si cōclusio sciatur aliquo alio mō q̄ ꝑ demōstratōem tunc nō opʒ ṕncipia magis sciri. Sicut si quis videret solem eclipsari nō essʒ necesse magꝫ scire ṕncipia ꝛ causas illius eclipsis.

Queritur Quod est correlarium qđ infert phus ex dictis. Solutio q᷑ nō solum opʒ ṕncipia magis scire ꝯclusione ꝛ magis eis credere.sed opʒ q᷑ eis etiam nihil sit credibilius ꝛ q᷑ oppositis ṕncipioꝝ in falsitate nihil sit notius. Et ratio illius est. qꝛ si aliquis sciens aliquid demonstratiue discrederet aliquo modo ṕncipiīs vel dubitaret de oppositis principioꝝ.ille vel nō sciret vel sciret ignotum per ignotum quod est impossibile.

¶ Tertium capitulum. de duobꝫ erroꝛibꝫ.

Quibusdam q̇dam igit᷑ ꝓpter id quod optet ṕncipia scire

In hoc capitulo excludit duos errores q̇ sumpserūt ortū ex dictis.

Queritur Quis fuit primus error. Solutio.primus error fuit eracliti qui dixit q᷑ nihil posset sciri simpl'r

☞ Queritur Quod fuit fundamentum istius erroris. Solutio. fundamentum istius erroris fuit.quia si aliquid sciretur hoc sciretur per aliqua principia precognita ꝛ illa nō scirentur nisi per alia prius cognita ꝛ illa iterum nisi per alia ꝛ sic in infinitum.Sed impossibile est infinitum ꝑtransire.ergo nihil contingit simpliciter scire.ꝛ si dicatur q᷑ est status in aliquibus principiīs. tunc sequitur q᷑ illa principia erunt ignota. Quia si essent nota vel essent nota per priora vel per posteriora non per priora qꝛ illa principia nō haberent priora nec ꝑ posteriora. quia ꝑ posteriora nō cōtingit aliquid vere scire.

Queritur Quō excludit phus istum ṕmū errorē. Solutio remouet eius fundamētum .fundebat᷑ em

in hoc qđ oĩe qđ scitur. scitur p̱ demonstratõem. Et hoc interimit aresto teles. ꝛ đt ꝙ nõ oĩe quod scitur scitur p̱ demonstratõem. sed aliqua sciũtur p̱ seipã sicut p̃ncipia que sunt penitus indemonstrabilia.

Queritur Quõ ꝓbat phus ꝙ p̃ncipia sunt indemonstrabilia. Solutio sic. qꝛ demõstratio ꝓcedit ex p̃oribus sed aliqua sunt p̃ncipia p̃ma ꝛ summa que nõ habent aliqua p̃ora qꝛ sunt imediata. g̃ illa sunt indemõstrabilia. ꝛ p̱ ꝯñs illoꝝ nõ est scia. ꝛ addit phus ꝙ nõ solum illoꝝ p̃ncipioꝝ nõ est scia sed ipã etiam sunt oĩs sciẽ p̃ncipium ꝛ causa ꝛ statim cognoscunꝶ cognitis terminis.

Queritur Quis fuit scđs error. Solutio scđs error fuit empedoclis q̃ dixit ꝙ oĩm esset sciã p̱ demõstrationẽ. scꝫ tam p̃ncipioꝝ q̃ꝫ ꝯclusionis.

Queritur Quod fuit fundamentũ istius erroris Solutio fundamentũ istiꝰ erroris fuit. qꝛ dicebãt isti ꝙ oĩe qđ sciꝶ sciꝶ p̱ demõstratõem. ꝛ ꝙ ꝯtingeret circulariter demonstrare ergo oĩm est sciã per demonstratõem.

Queritur Quõ remouet phus istum errorem. Solutio dicit ꝙ eius fundamentum est falsum. falsuꝫ eñ est ꝙ ꝯtingat circulariter demonstrare.

Queritur Quõ ꝓbat hoc phus ꝙ nõ ꝯtingit circulariter demõstrare. Solutio tribꝫ ratõibꝫ. Prima est. Impossibile est ꝙ idẽ sit seip̃o p̃us ꝛ notiꝰ sꝫ hoc ꝯtingeret si posset circulariť demõstrare. g̃ seq̃tur ꝙ nõ ꝯtingit circulariť demõstrare. Minor ꝓbaꝶ. qꝛ in syllogismo circulari idem est p̃ncipiũ ꝛ ꝯclusio. sꝫ p̃ncipium est notius ꝛ ꝯclusio ignotior. ꝛ ergo idẽ esset notius ꝛ ignotius. Scđa rõ est. Si ꝯtingeret circulariter demõstrare tunc idẽ demonstrareꝶ p̱ seip̃m et nihil aliud esset demonstrare q̃ꝫ dicere, hoc est hoc. sꝫ hoc est impossibile. ergo illđ ex quo seq̃tur. Sequela ꝓbaꝶ exemplariter in istis litteris a b c Si eñ sic arguaꝶ. si a est. b est. si b est. c est ꝛ vlterius sic si c est. b est. ꝛ si b est a est seq̃tur de p̃mo ad vltimũ ꝙ si a est. a est. ꝛ ibi manifeste idẽ demõstratur p̱ seip̃m. qꝛ quicq̃d est p̃ncipiũ p̃ncipij est etiam p̃ncipium p̃ncipiati. ¶ Tertia ratio est si possibile esset circulariter demonstrare hoc solũ fieret in terminis ꝯuertibilibꝫ ꝛ sic seq̃reꝶ aliud incõueniens scꝫ ꝙ aliquid possit demõstrari ex vno qđ est impossibile. qꝛ ex vno termino vel vna ꝓpositõne nihil seq̃tur syllogistice vt patuit p̃mo p̃oꝝ. Sequela tñ ꝓbaꝶ qꝛ vnũ cõuertibiliũ seq̃tur ad aliud. Etiã đt phus ꝙ nõ oĩa sunt ꝯuertibilia ꝛ ergo nõ oĩm esset sciã per demonstratõnem circularem quod tamen isti de secundo errore dicebant.

Ar Phus dicit scđo p̃orum ꝙ contingit circulariter syllogisare ergo etiam contingit circulariter demõstrare. ꝯsequentia probatur a simili. Solutio non est simile. quia plus requiritur ad demonstratõem q̃ꝫ ad syllogismum. ad demonstratõnem enim requiritur ꝙ premisse de-

bent esse priores ⁊ notiores simpliciter conclusionẽ sed hec nõ requiritur ad syllogismum. ⁊ ergo potest bene circulariter syllogisari sed non ꝯtingit circulariter demonstrare.

Arĩ Sicut effectus demonstratur per causam ita contingit causam demonstrari per effectum. ergo potest circulariter demonstrari. Solutio ꝙ tunc nõ est circulatio simpl'r sed solũ ꝫm q̇d. qꝛ est in diuersis generibꝫ cognitionũ ⁊ etiã i diuersis generibꝫ demõstrationũ. qꝛ effectus demõstrat̃ ꝑ cãm demonstratõne ꝓpter q̇d ⁊ a ꝓori sed cã ecõtra demonstratur per effectum demonstratõne qꝛ ⁊ a posteriori.

Secundus tractatus

Quoniã aũt impossibile est aliter se habere cuius est scientia simpliciter ⁊ qm̃ necessarium.

In secundo tractatu phus determinat de ꝯditõnibus specialibus ꝓncipiorum demonstratõnis.

Queritur Quot sunt conditõnes speciales principiorum demonstratõnis. Solutio ꝙ tres scꝫ de omni per se. ⁊ ꝫm ꝙ ipsum. ⁊ ꝫm hoc iste tractatus etiã diuidit̃ in tria capitula

Queritur Quõ habent se ille tres conditões. Solutio habent se ex additõne. quia posterior semper includit priorem ⁊ aliquid ei superaddit. vnde vbicunqꝫ est per se ibi est de omni ⁊ vbicunqꝫ est ꝫm ꝙ ipsum. ibi est de omni ⁊ per se ⁊ non econuerso de omni enim dicit necessitatem. per se necessariam inherẽtiam ⁊. ꝫm ꝙ ipsum conuertibilitatem.

¶ De de omni.

Queritur Quid est de omni. Solutio sic definit̃ ab aristotele. de om̃i q̇dem hoc dico qđ vtriqꝫ est. nõ in quodã quidem sic. in quodam aũt nõ sic. neqꝫ aliquando quidem sic. aliquando vero nõ sic. vt de om̃i hoĩe aĩal ⁊ in om̃i linea punctum

Queritur Quotuplex vniuersalitas requiritur ad de om̃i Solutio ꝙ duplex scꝫ vniuersalitas suppositorum. ⁊ vniuersalitas tempoꝝ. Et hoc ꝓbat phus a signo. qꝛ nos ferimus instantiã ꝯtra aliquã ꝓpõnem. In qua dꝛ eẽ de om̃i ꝑ hoc ꝙ p̃dicatum nõ inest subiecto ꝓ quolibet supposito vel ꝓ qualibet drã tpis. ⁊ g̊ signũ ẽ ꝙ ad de om̃i req̃ritur illa duplex vniuersalitas scꝫ suppositoꝝ ⁊ tpm

Arĩ Ista ꝓpositio est de omni luna eclipsatur ⁊ tamẽ p̃dicatum non conuenit subiecto ꝓ om̃i differentia temporis ergo. ꝙ sit de om̃i parꝫ qꝛ est scibilis. Solutio ista ꝓpositio ꝓ̃ie nõ est de omni nec scibilis luna eclipsuatur. qꝛ est contingens. Sed ista est de om̃i. luna est eclipsabilis ⁊ illa est scibilis ⁊ necessaria ⁊ p̃dicatum conuenit subiecto pro quas

liber differentia temporis.

Queritur Quare de omni definitur hic negatiue potius ꝙ̄ affirmatiue. Solutio. Ratio illius est. quia quedam sunt ꝓpositōnes de omni in quibus non est actualis multitudo suppositorum sub subiecto. Sicut in ista omnis sol lucet ⁊ similibus. Et in talibus nō esset verum dicere affirmatiue de omni est quod vtrīq; est in omni. sed tamen verum est dicere negatiue ꝙ nō est in quodā q̇dā sic ⁊ in quodā q̇dem nō sic. Et ergo potius definit negatiue ꝙ̄ affirmatiue.

Queritur Quare phus non definit de nullo sicut de omni Solutio ratio illius est. quia de nullo solum reperitur in propositōnibus negatiuis. sed ex negatiuis propositōnibus nō potest constitui demonstratio potissima. vl' potest dici ꝙ de nullo faciliter cognoscitur ex definitōne de omni. ⁊ ergo nō fuit necesse ip̄m definire

Queritur Quomodo differt de omni posterioristicum a dici de omni prioristico de quo agitur in libro priorum. Solutio differt ab eo tribus differentijs que superius posite sūt in secundo capitulo primi tractatus p̄mi p̄orum ibi videantur.

¶ Secundum capitulum. de modis pseitatis.

Per se autē sunt quecunq; sunt in eo ꝙ q̄d est vt triangulo

In isto capitulo determinat phus de secunda conditōne principiorum demonstratōnis que est pseitas. Et diuiditur in duas ptes. In p̄ma ponit modos pseitatis. ⁊ in scd'a ostendit quō demonstrator vtitur illis.

Queritur Quot sunt modi per se. Solutio ꝙ quattuor Et ratio est s̄m albertum. quia omnis modus per se vel est circa hoc quod est. aut circa hoc quod inest. aut circa causam propter quam inest. Si primum sic est tertius modus. Si secundum hoc est dupliciter. quia vel dat esse ei cui inest. ⁊ sic est primus modus. vel egreditur ab essentia eius cui inest. ⁊ sic est secundus modus Si tertium scz si dicit causam propter quam inest tunc est quartus modus.

Queritur Quomodo differunt modi per se Solutio. q̄a p̄mi duo sunt modi dicendi. tertius est modus essendi ⁊ quartus est modus causandi. ⁊ ergo per se analogice dicitur de quattuor modis.

Querit' Quis est primus modus per se. Solutio. primus modus est quando predicatum est de definitōne subiecti. Exemplum phi est vt triangulo per se inest linea ⁊ linee per se inest punctus. quia substantia ipsorum ex his est id est substantia trianguli est ex linea ⁊ substantia linee est ex punctis.

☞ Querit̄ q̄ sunt ꝓpões q̄ ɔmuniter ponunt̄ in isto ṕmo mō dicēdi ꝑ se. So°

Primo oẽs ille ꝓpões in q̄b; ꝑs definitiõis p̄dicatur de suo definito.
Scdo oẽs ille i q̄b; tota defini° p̄dicat̄ d̄ d̄finito
Tertio oẽs ille in q̄b; p̄dicatũ ẽ aliq̄d essentialr̄ inclusũ in eo qđ includit̄ in subiecto. vt homo ẽ ens. sortes est animal
Quarto oẽs ille ꝓpões in q̄b; idẽ p̄dicat̄ de seip̄o vt homo est homo.
Quinto oẽs ille in q̄b; inferi⁹ p̄dicat̄ indirecte de suo superiore.
Sexto oẽs ille ꝓpões in q̄b; cā p̄dicat̄ de suo effectu etiam reducuntur ad istum modum.

Ar̄ In ista ꝓpõne vacuũ est locus nõ repletus corꝑe. definitio p̄dicat̄ de suo definito ⁊ tñ nõ est in ṕmo mõ dicẽdi ꝑ se. ḡ videt̄ ꝙ istud dictũ sit falsum. Solutio ꝙ illa definitio nõ est definitio q̄dditatiua et essentialis de qua hic loq̄tur sed solum quid nõis.

Queritur Quotuplex est definitio Solutio quadruplex q2 quedam est quidditatiua ⁊ essentialis. ⁊ illa cõstituitur ex genere ⁊ differentia. Alia est descriptiua. ⁊ illa constituitur ex genere ⁊ ꝓprio. Tertia est causalis ⁊ illa datur per causam efficientem ⁊ finalem. Quarta est quid nominis ⁊ illa explicat q̄d per nomen ſ̄catur. et conuenit tam entibus q̄₃ nõ entibus. Jam pħus in isto ṕmo modo per se solum loq̄tur de ṕma definitõne nõ de aliȷ̄s.

¶ Secũdus modus ꝑ se est quando subiectum est de definitõne p̄dicati. Exemplum pħi est. vt rectum ⁊ circulare insunt ꝑ se linee ⁊ par ⁊ impar numero. q2 linea ponitur in definitõne recti ⁊ circularis ⁊ numerus in definitõne paris ⁊ imparis. Rectum eñ est linea cuius medium nõ exit ab extremis. Et circulare seu curuum est linea cuius medium exit ab extremis. Et par sic definitur. par est numerus in duo equalia diuisibilis. Jmpar vero d2 numerus q̄ in duo equalia diuidi nõ potest

Queritur Que sunt ille ꝓpositõnes que ponuntur in isto secundo modo perseitatis. Solutio ꝙ omnes ille ꝓpositõnes in quibus propria passio predicatur de suo subiecto. Et ratio illius est. q2 in talibus ꝓpositõnibus subiectum est de definitõe p̄dicati ⁊ ponit̄ in definitõe p̄dicati loco drẽ ɔtrahẽt̄ ad istũ modũ etiã reducunt̄ oẽs ille ꝓpositões in quibus effectus p̄dicat̄ de sua causa.

Ar̄ In ista ꝓpositõne animal est homo subiectum est de definitõe predicati ⁊ tamen nõ est in secundo modo perseitatis. Solutio ꝙ iste secundus modus ꝑseitatis intelligitur quando subiectum est de definitõne predicati in p̄dicatõne directa. sed in ista ꝓpositõe animal est homo nõ est p̄dicatio directa sed indirecta.

Queritur Quot sunt modi per accidens oppositi istis duobus ṕmis modis per se. Solutio ꝙ duo. Pri

mus est quando p̄dicatum nõ est de definitõne subiecti. Scd̃us est quã do subiectum etiam nõ est de definitõne p̄dicati. Exemplum phi est vt musicum ⁊ silr album p̄dicant̃ ꝑ accidens de aiali.

¶ Tertius modus est quo illud dicit̃ ꝑ se quod nõ dicit̃ de subiecto quo dam alio. sed per ꝓpriam suam substãtialitatem est ab alio independens ꝑ inherentiam. Et ſm istum modum substantia ⁊ maxime p̓ma substan tia que ſcat hoc aliquid dicit̃ esse per se q̃ nõ dicitur de aliquo subiecto cui inhereat sicut accidens. Et ergo accidentia sicut sunt album ⁊ ambulãs nõ dicuntur ꝑ se hoc tertio modo.

Queritur In quibus ꝓpositõnibus reperitur iste terti⁹ mo dus ꝑseitatis. Solutio reperitur in omnibus illis p̄dicatõibus in quibus aliquid gratia sui ip̄sius substat p̄dicato. vt cum dicitur nasus est symus homo est risibilis ibi eñ ex parte subiecti ꝑ se est iste tertius modus. Et ergo iste tertius modus etiam est vtilis demõ stratori. q̃ sicut in demõstratõe req̃ritur q̃ passio per se ⁊ immediate insit subiecto. ita etiam exigitur q̃ subiectum immediate ⁊ per se gratia sui ip̄si us substet passioni.

¶ Quartus modus per se est quando subiectum implicat causam qua re p̄dicatum sibi inest. Exemplum phi est vt interfectum interijt ibi eñ in subiecto includitur causa quare p̄dicatum sibi inest; q̃ qñ querit̃ quare interijt respondetur ꝯuenienter q̃ interfectũ est. interfectio eñ est sibi cau sa interitus.

Queritur Quis est modus ꝑ accidens isti modo opposit⁹. Solutio q̃ iste quando in subiecto nõ includi tur causa p̄dicati. vt si dicat̃ sorte ambulante chorus cat illa est ꝓpõ ꝑ accñs q̃ p̄dicatũ ꝯuenit subiecto nõ ꝓpter ip̄m sʒ om̃ino ꝑ accñs.

Queritur Quõ isti quattuor modi ꝑ se reperiunt̃ in demõ stratõne. Solutio est duplex demonstratio lo quendo de demonstratõne potissima q̃dam est que demonstrat passionẽ de subiecto. Alia est que demonstrat definitõem materialẽ ꝑ formalẽ In demonstratõe que demonstrat passionẽ de subiecto ꝑ definitõem passio nis. ibi in maiore est quartus modus ꝑ se vel ꝯuersus p̓mus. Et in mino re est p̓mus modus si p̄dicat̃ ibi definitio passionis vel scd̃s modus si pre dicatur ibi aliquod ꝯsequẽs ad subiectum. In ꝯclusione aũt sem̃ est se cundus modus. Sed in demonstratõne que demonstrat definitõem ma terialem ꝑ formalem ibi in maiore est quartus modus in minore vero ter tius modus ⁊ in conclusione semper est p̓mus modus ꝑseitatis. Et ista est mens dñi alberti circa istum passum arestotelis sicut latius deductũ habetur in ꝯmento.

Tertiũ capitulum de vniuersali.

Uniuersale aũt dico q̃ cũ de om̃i sit ⁊ ꝑ se est ⁊ ſm q̃ ip̄m

In hoc tertio capitulo determinat phus de tertia ꝯditõne p̄ncipioꝝ

Primi posteriorum

demonstrationis que est ſm q̄ ip̄m ſeu vniuerſale. Et diuidit̄ in duas p̄
tes In prima oſtendit quid ſit vniuerſale ⁊ in ſecunda ponit errores inci
dentes circa aſſignationem vniuerſalis

Queritur Quid eſt vniuerſale Solutio vniuerſale eſt qḋ
eſt de omni p̄ ſe ⁊ ſm q̄ ip̄m. i. vniuerſale vt acci
pit̄ in ꝓpoſito eſt ꝓpō in qua p̄dicatum ꝯuenit ſubiecto de om̄i p̄ ſe ⁊ ꝯuer
tibiliter. vt omnis hō eſt riſibilis. Nā ſm q̄ ip̄m noīat cōuertibilitatē ⁊ il
lam addit vniuerſale ad de om̄i ⁊ p̄ ſe. Et ergo qñ p̄dicatum non eſt ꝯuer
tibile cuꝫ ſubiecto tunc propoſitio non eſt vniuerſalis ſicut cū dicit̄ omnis
homo eſt animal.

Querit̄ Utrū vniuerſale accipiat̄ hic eodem modo ſicut in pre
dicabilibus Sol̓o. q̄ non. vnde vniuerſale poteſt acci
pi tripliciter. vno modo p̄ natura cōi apta nata predicari de pluribꝫ ⁊ ſic
accipitur a porphirio in p̄dicabilibꝫ. Alio modo vl̓e accipit̄ p̄ ꝓpōne cuiꝰ
ſubiectum eſt diſtributum p̄ ſignum vniuerſale. ⁊ ſic accipitur primo peri
hermenias. ⁊ p̄mo priorū. Tertio modo accipitur put dicit adequatōem
p̄dicati ⁊ ſubiecti. ⁊ ſic accipitur in ꝓpoſito.

Nr̄ Quod eſt correlariū qḋ infert ph̄s ex definitione vniuerſalis.
Soº q̄ in omni ꝓpōne vl̓i oportet predicatum ex neceſſitate in
eſſe ſubiecto. Et ratio eſt quia in propoſitione vniuerſali oportet predica
tum ineſſe ſubiecto de omni ⁊ p̄ ſe. ergo etiam neceſſario

☞ Querit̄. quō habēt ſe p̄ ſe ⁊ ſm q̄ ip̄m ſeu vniuerſale Sol̓o. ſunt idē
ſubiecto ſꝫ differunt rōne. ⁊ ergo ſi aliqḋ p̄dicatū ineſt ſubiecto ſm q̄ ip̄m
tunc etiam ineſt ſibi p̄ ſe. Et hoc probat ph̄s tribꝫ exemplis. Primuꝫ eſt
vt punctum ineſt linee p̄ ſe ⁊ ſm q̄ ip̄m punctum em̄ ineſt linee ſm primū
modū p̄ſeitatis. ſcd̄m eſt vt rectitudo ⁊ curuitas inſunt linee p̄ ſe in ſecun
do mō p̄ſeitatis et etiam ſm q̄ ip̄m. tertiū exemplū eſt vt habere tres an
gulos equales duobus rectis p̄ ſe ⁊ ſm q̄ ip̄m ineſt triangulo et non figu
re nec yſocheli. q2 habere tres angulos non ineſt omni figure. q2 non ineſt
quadrāgulo. nec etiam ineſt ſoli yſocheli. q2 etiam ꝯuenit yſopleuro. ſꝫ per
ſe et adequate ꝯuenit triangulo. q2 ꝯuertit̄ cum ip̄o ⁊ p̄ demonſtrationeꝫ
vl̓em demonſtrat̄ de ip̄o. de figura aūt et de yſocheli p̄t q̄dē demonſtrari
ſꝫ nō p̄ demōſtrationem vl̓em ſꝫ p̄ticularem tm̄.

Queritur Quot ſunt errores incidentes circa aſſignationeꝫ
vniuerſalis. Solutio q̄ tres. Primus error
eſt ſi ſit aliquod superius habens ſolum vnum inferius tunc ſi paſſio illi
us ſup̄ioris aſſignet̄ ineſſe illi inferiori tanq̄ꝫ adequato ſubiecto error eſt in
aſſignatione vniuerſalis. Exemplū. vt ſi triangulus non haberet ſub ſe ni
ſi vnam ſpēm ſcꝫ yſochelem tunc ſi habere tres angulos equales duobus
rectis demonſtraretur de yſocheli tanq̄ꝫ de proprio et adequato ſubiec
to eſſet error. Scd̄s error eſt ſi ſit aliqḋ ſup̄ius innoīatum qḋ habet
ſub ſe plura inferiora tunc ſi paſſio illius ſup̄ioris aſſignetur primo ⁊ per
ſe ineſſe inferioribꝫ error eſt in aſſignatione vniuerſalis. Exemplū eſt vt
ꝯmutatim ꝓportiōari eſt vna paſſio q̄ ineſt numeris lineis corp̄ibꝫ ⁊ t̄pibꝫ

ratione alicuius cōis ſupioris ĩnoĩati ſi ergo demōſtreꝛ illa paſſio de illis inferioribꝫ ꝯiunctim vel diuiſim eſt error.quia non conuenit illis tanq̃ pri mo et vniuerſali ſubiecto ſed conuenit eis ꝑ aliquod commune ĩnoĩatum

Tertius error eſt.ſi ſit aliquod ſupius qđ habet ſub ſe aliqđ inferiꝰ tã q̃ ꝑtem ſubiectiuuam. Si tūc paſſio illius inferioris demōſtreꝛ ineſſe ſu perioꝛi tanq̃ primo ⁊ adequato ſubiecto error eſt. Exēplū eſt vt nō ꝯcur rere eſt paſſio linearū paralellaruꝫ q̃ habent ſe vt inferius ad lineas rectas ſi ergo nō ꝯcurrere demōſtreꝛ ineſſe lineis rectis tāq̃ ṕmo ⁊ adeq̃to ſubie cto eſt error in aſſignatione vniuerſalis.

Querit
Qu e dicunꝛ linee ꝑalelle. Soᵒ linee ꝑalelle dicuntur linee equalr̃ diſtātes q̃ ſi in infinituꝫ ꝓtraherenꝛ nunq̃ concurrerent.

☞ Querit. An ille ſecūdus error ſolū ꝯtingit quādo ſupius eſt innoia tum Soꝫo phi ꝙ non.ſed etiã ꝯtingit quādo ſupius eſt nominatuꝫ et paſſio ſupioris demonſtraꝛ ṕmo et per ſe ineſſe inferioribꝫ ꝯiunctim vel di uiſim. Exemplū. vt ſi aliquis demonſtraret iſtam paſſionez q̃ eſt habere tres angulos equales duobꝫ rectis ṕmo et ꝑ ſe de ſpēbꝫ trianguli ꝯiunc tim acceptis vel de qualibet ſeorſum eſſet error. qꝛ illo facto adhuc non ſci retur.an plures eēnt ſpēs trianguli q̃ ille de quibꝫ eſſet mentio facta Etiã q̃uis ſic paſſio ſciretur ineſſe illis inferioribꝫ tamē adhuc non ſcireꝛ ineſſe illi ſupiori in propria forma ſed ſolum ꝑ accidens

Queritur
Quot ſunt documēta q̃bus poteſt videri ſi vni uerſale ſit bene aſſignatum Solutio ꝙ duo

Primū eſt. ꝙ debemus cōſiderare an eadem ratio illius cui paſſio aſſig natur ineſſe ⁊ illius cui talis paſſio primo conuenit.quia ſi ſic tunc bona eſt aſſignatio.et ſi non tunc eſt error. Exēplum. vt ſi habere tres angulos aſſignetur ineſſe yſocheli. videndū eſt an ſit eadem ratio yſochelis ⁊ trian guli cui primo conuenit. ⁊ ſi ſic tunc vniuerſale eſt bene aſſignatum. Si nō tunc male ¶ Secūdum documentum eſt. ꝙ nos debemus videre. An illud cui paſſio aliqua aſſignaꝛ ineſſe tanq̃ primo et adequato ſubiecto ſic ſe habeat ꝙ eo poſito ⁊ omnibus alijs ꝑ intellectum remotis ponaꝛ paſ ſio ⁊ eo remoto ⁊ omnibꝫ alijs poſitis remoueatur paſſio. qꝛ ſi ſic tunc eſt conueniens aſſignatio. Et ergo patet iterum ꝙ habere tres angulos non poteſt aſſignari ineſſe yſocheli tanq̃ ṕmo ſubiecto. qꝛ remoto yſocheli et poſito triangulo non remouetur illa paſſio

Tractatus tertius

Si igitur eſt demonſtratiua ſcientia ex neceſſitate princi pijs quod enim ſcitur.

¶ In tertio tractatu phus oſtendit ex quibus ⁊ qualibus procedit demonſtratio. Et diuiditur in tria capitula. In primo oſtendit q̃ō de monſtratio debet eſſe ex neceſſarijs per ſe et ex proprijs. Et ſcḋm hoc pri mum capl'm ſubdiuiditur in tres partes.

¶Ꝙ demonstratio debet esse ex necessarijs.

Queritur Q̄uo probat phs ꝙ demōstratio debet esse ex necessa
rijs Solutio probat duabꝫ rōnibus ꝛ vno signo
¶ Prima ratio est. ꝗcquid procedit ex his que per se insunt. hoc est ex ne-
cessarijs sed demonstrati procedit ex his que per se insunt his de quibus
predicantur. ergo demonstratio est ex necessarijs. Maior patet. quia om
ne per se est necessarium siue sit in primo modo per se siue in secundo. Mi
norem ꝓbat. quia omne predicatum aut est per se aut per accidens. sꝫ de-
monstratio non procedit ex his que sunt per accidens ergo
¶ Secūda ratio conclusio que scitur per demonstrationem est necessa-
ria. ergo demonstratio procedit et necessarijs, Cōsequentia tenet. qꝛ ne-
cessarium non potest sciri nisi ex necessarijs
A signo sic probat. qꝛ nos ferimus instantiam contra illos qui opinant
se demonstrare. quādo accipiunt ꝓpōes contingentes ꝛ non necessarias
Signum est ergo ꝙ demonstratio debet esse ex necessarijs

Queritur Quod est correlariū qd infert phus ex his. Solo ꝙ
stulti sunt illi qui opinantur se bene accipere principia
demonstrationis si solum accipiunt propōnes probabiles ꝛ veras sicut so
phiste faciunt Et ratio illius est. qꝛ vere scire est certā scientiam rei habere
sed certa scia non habetur nisi ex primis ꝛ imediatis. Ex hoc aūt ꝙ aliqd
est ꝓbabile vel improbabile non habet vt sic ꝙ sit ꝓmum vel non primum
ergo correlarium verum

Queritur Q̄uo ꝓbat phs hoc qd in scda rōne supposuit. s. ꝙ ne-
cessariū nō potest sciri nisi ex nccarijs Solo probat
duabus rationibus. ¶ Prima est. qꝛ nihil pt sciri nisi ꝑ cām ostendētē
ꝓpter quid sꝫ ꝯtingens non dicit cām ꝓpter nccāriū. ergo nccārium nō pt
sciri ꝑ cām ꝯtingentē. Minor ptꝫ. qꝛ ꝯtingens pt nō eē sꝫ nccāriū impos-
sibile est non eē. ergo ꝯtingens nō dicit cām nccārij. qꝛ als nō ens eēt cā
entis ¶ Scda ratio est. Si aliqs mō nescit aliquā ꝯclusionē quā ꝑus
dixit se scire. cū tn̄ adhuc habeat eandem rōem quā prius habuit. ꝛ ipe sci
ens saluatus est in eē. ꝛ res scita non est corrupta. nec sciens etiam est obli
tus tūc manifestum est ꝙ ꝑus non sciuit illam ꝯclusionē. sꝫ ille q̄ habet cō
clusionē nccāriaꝫ ꝑ medium ꝯtingens illo medio corrupto nescit eam et
tn̄ habet adhuc eandē rōnem ꝛ sciens saluatus est ꝛ res non est corrupta
et sciens nō est oblitus. g̊ nunꝗ ꝑus sciuit illā ꝯclusionē ꝑ mediū ꝯtingēs
nec valet si dicat̄ ꝗuis ꝯclusio nccāria non possit sciri ꝑ mediū cōtingens
qn̄ est corruptū tn̄ videt̄ ꝙ possit sciri ꝑ tale mediū quādo nō est actu cor-
ruptū. hoc nō valet Et ratio illius est. qꝛ ꝗuis mediū ꝯtingens actu nō
sit corruptū tn̄ potest aliqn̄ corrūpi ponat̄ ergo ꝙ sit actu corruptum sequi
tur ꝙ ꝯclusio necessaria non potest per ipm sciri.

Ar Ista scda ratio phi ꝓsupponit falsuꝫ qꝛ presupponit ꝙ medio cō
tingente corrupto rō ꝑ quā scit̄ cōclusio pt manere sꝫ hoc est fal-
sum qꝛ ratio et medium sunt vnū ꝛ idem Solo ꝙ medio ꝯtingēte cor

rupto ſm eē reale adhuc poteſt ratio manere ſm eſſe ꝯgnitū̄ apud intellectū. et ita debet intelligi textus Areſtotelis.

Queriť Quot ſunt modi qb⁊ amittiť ſciā So° quatuoꝛ qui tacti ſunt in iſta ſecū̄da rōne. Pꝛimus modus eſt quā do ratio ꝑ quam aliqs ſciebat aliqd excidit a mente. Secū̄dus modus eſt ꝓpter coꝛruptionē ſcientis. coꝛrupt̄ eī̄ nobis coꝛrū̄punť oīa que in nobis ſunt. Tertius modus eſt per coꝛruptōnem rei ſcite. Quartus modus eſt per obliuionem.

Queritur An ne neceſſariū̄ poſſit ſyllogiſari ex non neceſſarijs Solᵒ phi ꝙ ſic. ſicut eī̄ ex falſis pt̄ ſyllogiſari verū̄. ita etiā ex medio non neceſſario vel ꝯtingenti poteſt bñ ſyllogiſari ꝯcluſio neceſſaria. ſ3 non poteſt ſciri vel demonſtrari niſi ex neceſſarijs. Et ratio diuerſitatis eſt. q2 plus reqriť ad demrationē ꝙ̄ ad nudū̄ ſyllm

Queriť An ſicut ꝑ mediū̄ ꝯtingens poteſt ſyllogiſari concluſio neceſſaria. An ſic ecōtra ꝑ medium neccāriu3 poſſit etiā ſyllogiſari ꝯcluſio ꝯtingens. Solᵒ phi ꝙ non. Et ratio eſt a ſimili qa ꝙ̄uis ex falſo poſſit ſyllogiſari vera ꝯcluſio. tamē ex medio vero nunꝙ̄ poteſt ſyllogiſari falſa cōcluſio. ergo etiam ꝙ̄uis ex contingenti medio poſſit ſyllogiſari neccāria concluſio non tamen econuerſo

¶ Demonſtratio debet eſſe eoꝛum que ſunt per ſe.

Queritur Quō̄ probat phs ꝙ demonſtratio debet eſſe eoꝝ que ſunt per ſe Solutio dupliciter. pmo ex pte ꝯcluſionis. ſcdo ex pte pmiſſarum

☞ Queriť. quō̄ ꝓbat phs ex pte ꝯcluſionis So° tali ratione. Accidentium q̄ non ſunt accidentia ꝑ ſe non poteſt eſſe ſcientia demonſtratiua ergo demōſtratio debet eē eoꝛum que ſunt ꝑ ſe. ꝯña tenet. ſ3 añs ꝓbať qa illoꝛum non poteſt eſſe ſcientia que non ſunt neccāria ⁊ in quib⁊ nō ꝯtingit ex neccītate demōſtrare ꝯcluſionem ſ3 accidentia que non ſunt accidentia ꝑ ſe. ſunt hmōi. g̊ eoꝛū̄ non poteſt eſſe ſcientia. Minoꝛ patet. q2 illa accidētia poſſunt non ineſſe

Queritur Quotuplicia ſunt accidentia So° ꝙ duplicia. Quedā eī̄ ſunt accidentia ꝑ ſe ⁊ ꝓpꝛia q̄ ſc3 fluū̄t ex pncipijs ſpēi ⁊ illoꝛum accidentium pt̄ bene eſſe ſcientia. Alia ſunt accidentia cōmunia que fluunt ex pncipijs indiuidui. ⁊ de talibus dicit phs non poteſt eſſe ſcientia.

☞ Queriť. Si ꝯcluſio que ſcitur debet eē neceſſaria et per ſe ⁊ nō ex his que inſunt ꝑ accidēs quare tunc interrogamus ſepe ꝯſenſum reſpondentis de pmiſſis ꝓbabilib⁊ ⁊ non neceſſarijs. Et videtur ꝙ ſuꝑflue interrogenť. q2 ſiue cōcedanť ſiue non nihil magis ꝓpter hoc ſcietur concluſio.

Solᵒ phus ꝙ non ſuꝑflue interrogantur q2 licet concluſio non ſciatur per pmiſſas pꝛobabiles ⁊ ꝯtingentes tamē concluſio ſeqtur bene de neceſſitate ex talib⁊ pmiſſis. et ergo ſi pꝛemiſſe ſint vere ⁊ reſpondēs ꝯcedat

tales p̄missas oportz q̄ etiam p̄cedat ꝯclusionē

Queritur Quō ꝓbat p̄hs q̄ demōstratio debet etiā eē ex p̄missis q̄ sunt per se. Solutio tali ratōne demōstratio est etiā ex p̄missis necessarijs sz illa que nō sunt ꝑ se nō sunt necessaria. ergo demōstratio debet esse ex his q̄ sunt ꝑ se. Maior ptz ex p̄us dictis. Minor ꝓbatur, q2 que nō sunt ꝑ se possunt quandoq3 nō esse sed necessarium semper est.

Querit Quot correlaria infert p̄hs ex hoc. Solutio q̄ duo p̄mū est. Q2 si p̄misse essent vere ⁊ necessarie. sz nō ꝑ se tunc nō sciret vere ⁊ ꝓpter quid ip̄a ꝯclusio. Exemplum vt si aliq̄s ꝓbaret q̄ om̄e elementatū est corruptibile. ꝑ hoc q2 ip̄m antiquat talis probatio esset a signo ⁊ nō ꝑ se ⁊ ꝓpter quid. q2 scire ꝓpter quid est causam rei cognoscere. Scdm correlariū. q̄ in demōstratōe opz mediū ꝑ se inesse tertio ⁊ p̄mum medio. id est opz medium ꝑ se inesse minori extremitati ⁊ maiorem extremitatem ꝑ se inesse medio. ita sc3 q̄ sit necessaria habitudo medij ad ambo extrema.

Demōstratio debet esse ex ꝓprijs.

Querit Quō ꝓbat p̄hs q̄ demōstratio d3 ꝓcedere ex ꝓprijs. Solutio hoc ꝓbat dupl'r. Primo ꝑ hoc q̄ nō est ex extraneis. scdo ꝑ hoc q̄ nō est ex cōmunibus

Querit Quō ꝓbat p̄hus q̄ demonstratio non est ex extraneis. Solutio. q2 si demonstratio esset ex extraneis tūc cōtingeret demonstratorē descēdere de genere in genus. sed hoc est falsuz. ergo demōstratio nō p̄t esse ex extraneis sed ex ꝓprijs.

Dr̄ Quid est descendere de genere in genus. Solutio est ꝑ propria p̄ncipia vnius scīe ꝓbare passionē alterius scīe. Sicut si geometria ꝑ sua principia demonstraret aliquam passionē de subiecto arithmetice. Et hoc nō potest fieri.

Querit Quō ꝓbat hoc p̄hs q̄ nō ꝯtingit demōstratorē descēdere de genere in genus. Solutio tribus ratōnibus q̄ p̄nt elici ex textu. Prima sumit ex his q̄ ingrediunt demonstratōem. et potest sic formari Sint tria q̄ ingrediunt demonstratōem sc3 passio dignitas ⁊ subiectū. inter que lic3 dignitates quandoq3 possint eē eedem in diuersis scientijs. nō tamē passio vel subiectū. ergo seq̄tur q̄ demōstrator nō potest demonstrādo descendere de genere vnius scīe in genus alteri⁹ scīe. Minorē ꝓbat p̄hus exemplariter. q2 alia sunt subiecta. et alie passiones in arithmetica ⁊ alia in geometria. subiectū em̄ in arithmetica est numer⁹ subiectum vero in geometria est magnitudo ⁊ ergo nō potest arithmeticus demonstrare de numero aliquam passionem magnitudinis. nisi magnitudines sint numeri.

Ar̄ Statim dictū est q̄ numerus ⁊ magnitudo sunt distincta subiecta. ergo magnitudines nō sunt numeri ⁊ ꝑ ꝯn̄s male addit hoc

nisi magnitudines sint numeri. Solutio magnitudo ⁊ nūerus possunt dupl'r ɔsiderari. vno mō formaliter ⁊ hoc mō magnitudines nō sunt numeri. sed sunt subiecta distincta. Alio mō material'r inquantū hoc subiectum quod est magnitudo efficit sub subiecto quod est numerus. Et hoc modo magnitudines sunt numeri ⁊ efficiuntur vnius generis sicut superius ⁊ inferius. vnde vult phus ꝙ illo modo demonstratio potest bñ descendere de genere in genꝰ sicut demōstratio arithmethica descēdit in geometriam. qꝛ sic subiectū geometrie efficit sub subiecto arithmetice vt linea sub numero. qꝛ vna linea nō est dupla alteri nisi bis ɔtineat eā nec tripla nisi ter ɔtineat ⁊ sic de alijs. Et ergo infert arestoteles ꝙ cuiuslibꝫ sciētie necesse est esse vnum ꝓprium genus siue subiectum cuius principia ⁊ ɔclusiones sumantur ⁊ sic nō ɔtingit descēdere de genere in genus Aut si demonstrator debet descēdere de genere in genus. opꝫ quodāmodo esse vnum genus ita scꝫ ꝙ ad minus vnum sit sub alio. sicut in scientijs subalternatis. al's est impossibile. Secūda ratio est ista. qꝛ oportet in demonstratōe mediū ⁊ extrema esse in eodē genere. ergo demonstrator nō pt descēdere de genere in genus. ɔsequētia est nota. sed antecedēs ꝓbatur. qꝛ al's ꝑmum nō inesset medio ⁊ medium postremo quod tamen ad demonstrationem requiritur vt prius patuit.

Ar Medium ⁊ extrema in demonstratōne differunt sicut substātia et accidens. ergo nō sunt in eodem genere. Antecedēs ꝓbatur. qꝛ medium est definitio que est de p̄dicamento substantie ⁊ vnum extremorum est passio que est in p̄dicamento qualitatis Solutio ꝙ nō opꝫ medium demonstratōnis ⁊ extrema esse in eodem genere p̄dicamentali. sed in eodem genere scibili. Et ergo dicit albertus ꝙ genus nō accipitur hic tertio modo vt accipitur a Porphirio. sed scđo modo. vt genus dicit p̄ncipium vniuscuiusqꝫ generatōnis. vnde genus scibile in proposito proprie vocatur subiectum inq̄ꝫtum ex ip̄o gignitur ꝑ se passio Et ꝓpter hoc dicit phus ꝙ ad geometriam nō spectat demonstrare ꝙ ɔtrarioꝝ est eadem disciplina. qꝛ hoc nō ɔtinetur sub genere scibili geometrice scie sed logice. Etiam ad geometriam nō spectat ostendere ꝙ duo cubi sunt vnus cubus. qꝛ hoc spectat ad genus scibile arithmetice: Et vltra loquēdo nō ɔuenit alicui scie demonstrare hoc quod est alterius scie nisi in sciētijs subalternatis vbi vna ē sub alia sicut perspectiua sub geometria musica sub arithmetica.

Queritur Quid est cubus. Solutio cubus est numerus ꝗ resultat ex ductu alicuius numeri in seipsum bis. sicut bis duo bis faciunt octo. ⁊ ergo octenarius est cubꝰ seu numerus cubicus. quando vero vnus numerus cubicus ducitur in aliū numerum cubicum tunc resultat tertius numerus cubicus. ⁊ sic debet intelligi exemplum phi ꝙ duo cubi sunt vnus cubus. Tertia ratio. in scia nō demonstrantur quecunqꝫ passiones de subiecto sed solum passiones ꝓprie ⁊ que insunt illi subiecto ꝰm ꝙ ipsum sed tales passiones non possunt inesse alijs subiectis. ergo etiā nō potest demōstrator descēdere de vno genere in aliud genus. Maior patet exemplariter. qꝛ si aliqua passio inest lis

dee sed nõ sm q linea est illam passionem nõ demonstrat geometria. Sicut q pulcherrima linearum sit recta vel huiusmodi aliquod hoc enĩ magis spectat ad physicam. qz hoc ꝯuenit linee sm q hz esse in materia.

Demonstratio est ppetuoꝝ.

Queritur Utrum demonstratio sit ppetuorum ꝛ incorruptibilium Solutio phi q sic. Et ratio est. quia demonstratio pcedit ex ppositõnibus vniuersalibus que sunt de omni p se ꝛ sm q ipsum. ergo conclusio que scitur ex talibus propositõnibus est ppetua ꝛ incorruptibilis. Et ex hoc infert phus q corruptibilium sicut stz singularia nõ est scientia simpliciter. sed solum per accidens. Et ratio ptz ex dictis. qz nihil scitur nisi quod est vniuersale. sed corruptibilia nõ sunt vniuersalia. qz nõ sunt de omi. ergo corruptibiliũ nõ est scia

Arñ Nos scimus q corruptibilia sunt corruptibilia. ergo corruptibilium potest esse scia. Solutio corruptibilium potest bene esse scia tãq subiectorum sed nõ tanq ꝯclusionum g de aliquo subiecto corruptibili possumus bene scire q sit corruptibile et illa scientia est necessaria ꝛ incorruptibilis. sed conclusio scita de tali subiecto corruptibili non potest esse corruptibilis sed incorruptibilis ꝛ ppetua.

Queritur Utrum definitio etiam sit ppetuoꝝ ꝛ incorruptibilium. Solutio phi q sic Et ratio est quia demonstratio est ppetuoꝝ ꝛ incorruptibilium. ergo etiam definitio. cõsequentia tenet. qz definitio vel est medium demonstratõis vel est tota demonstratio positõne differẽs vel est ꝯclusio q̃dam demõstratõnis.

Queritur Utrum eorum que frequenter fiunt sicut eclipsis lune uel solis potest esse demonstratio et scientia. Solutio phi q sic.

Arñ Jam dictum est q demonstratio est ppetuoꝝ ꝛ incorruptibiliuz sed illa que fiunt frequenter vt eclipsis lune vel solis nõ sunt ppetua. qz aliquando sunt ꝛ aliquando nõ sunt. ergo illoꝝ nõ potest esse scientia vel demonstratio. Solutio q illoꝝ que frequenter fiunt non est demonstratio nec scia sm q aliquando sunt ꝛ aliquando nõ sunt. quia sic sunt singularia. sz sm q sp sunt p ordinẽ. scz ad suas causas ꝛ pncipia.

¶ Demonstratio nõ est ex cõmunibꝰ

Queritur Quõ pbat phus q demõstratio nõ debet eẽ ex cõmunibꝰ Solutio hoc pbat in effectu duabꝰ ratõnibꝰ. Prima est qz demõstratio debet pcedere ex his q̃ faciunt scire sm q ipsum sed principia communia non faciunt scire sm q ipsum. ergo demõstratio nõ pt pcedere ex cõibus. Minor ptz pncipia cõmunia licet sint vera indemõstrabilia ꝛ immediata. tamẽ nõ sunt adequata. Scda ratio. Si demõstratio posset esse ex cõibꝰ tunc ratio brissonis esset bona. q̃ voluit quadrare circulum sed hoc est falsum. ergo illud ex quo sequitur.

Sequela ꝓbatur qꝛ ipse ꝓcessit ex cõibus sic arguendo. vbicũqꝫ est dare maius ꝛ minus ibi est dare equale sed est dare quadratum maius circulo et quadratum minus circulo. ergo est dare quadratuꝫ equale circulo illa eñ demõstratio brissonis nõ valet. qꝛ maioꝛ eius est cõmunis ꝛ mediũ etiam aliis inest q̃ȝ illi de quo fit ibi demonstratio.

Ar̃ Contingit quandoqꝫ in demonstratiõe mediũ nõ esse in eodem genere cũ passione. ergo videtur ꝙ demõstratio p̃t fieri ex cõmunibus. Añs ꝓbatur. qꝛ ꝯtingit aliquid demõstrari in musica ꝑ arithmeticaꝫ Solutio lȝ in scientiis subalternatis possit aliquo mõ ꝓcedi ex cõmunibus inq̃ȝtum in illis p̃t fieri demõstratio ex eisdẽ p̃ncipiis hoc tñ est differenter. qꝛ scia superioꝛ demonstrat ꝓpter q̇d ꝛ alia solum quia.

Queritur Utrum aliqua scia ꝑticularis possit demonstrare sua ꝓpria p̃ncipia. Solutio phi ꝙ nõ. sȝ si illa ignoꝛentur opȝ recurrere ad sciam cõem q̃ ita se hȝ ad p̃ncipia oĩbꝫ aliis cõia sicut se hñt alie scie ad ea q̃ st̃ ꝓpria Et ista scia ẽ p̃ma phia seu metaphysica q̃ ꝓpter hoc est in oĩbꝫ aliis eminentioꝛ ꝛ dignioꝛ. qꝛ ipsa speculatur illa ex q̇bus p̃nt ꝓbari ꝛ stabiliri aliarum sciarum p̃ncipia.

Secundum capitulum. de p̃ncipiis ꝓpriis ꝛ cõibꝫ

Difficile aũt est nosse si sciunt aut nõ difficile est nosse.

In hoc scdo capitulo phs occasione p̃dictorum determinat de p̃ncipiis ꝓpriis ꝛ cõmunibꝫ. Et diuiditur in quattuoꝛ ptes. In p̃ma ostẽdit q̃ dicuntur p̃ncipia in cõi. In scda ꝯpat p̃ncipia ad nõ p̃ncipia s̄m ꝯuenientiam ꝛ dr̃ãȝ. In tertia distiguit p̃ncipia cõia a ꝓpriis In q̃rta distiguit cõia int̃ se

Qr̃ Utrum necesse fuerit determinare de p̃ncipiis ꝓpriis ꝛ cõmunibꝫ Solutio phi ꝙ sic. Et rõ est qꝛ difficile est scire an aliq̇s habeat sciam vel nõ ꝓpter hoc. qꝛ est difficile videre an sumpsit p̃ncipia propria ex q̇bus solum ꝯtingit scire. Et qꝛ sic difficultas est in cognitiõe p̃ncipiorum demõstratõnis. ideo necesse fuit de eis determinare.

Queritur Que dicuntur p̃ncipia loquendo de p̃ncipiis in cõmuni. Solutio p̃ncipia dicuntur q̃ cũ sint nõ cõtingit ea demonstrare saltem in illo genere in quo sunt p̃ncipia. Et ratio est. quia nõ habent aliqua prioꝛa.

Queritur Quõ ꝯpat phus p̃ncipia ad nõ p̃ncipia penes ꝯuenientiã ꝛ dr̃ãm Solutio dr̃ ꝙ in hoc ꝯueniunt tam p̃ncipia q̃ȝ nõ p̃ncipia. ꝙ opȝ de oĩbꝫ supponere q̇d est qd̃ ꝑ nomẽ s̄catur. sed in hoc dr̃ñt qꝛ de p̃ncipiis opȝ etiã p̄supponere qꝛ sunt. sed de nõ p̃ncipiis opȝ hoc demonstrare. Et intelligit hic phs ꝑ p̃ncipia subiecta ꝛ dignitates. ꝛ ꝑ nõ p̃ncipia passiones vel etiã ꝯclusiones demõstratõis s̄m albertũ. Exemplũ phi est de vnitate q̃ est p̃ncipiũ ꝛ subiectũ in arithmetica ꝛ de rectoꝛ curuo q̃ sunt nõ p̃ncipia. qꝛ sunt passiones. p̄supponitur eñ in arithmetica q̇d est quod ꝑ noĩa illa s̄catur. sȝ vltra hoc de vnitate p̄supponitur etiã qꝛ est. id est qꝛ esse hȝ in rerum natura sȝ hoc nõ p̄supponitur de passionibꝫ sȝ demõstratur. Sic etiam est de magnitudine ꝛ triangulo in geometria.

Querit̃ Quotuplicia sunt p̃ncipia. Sol'o sunt duplicia q2 q̃dam sunt propria. Alia vero cōia. Principia propria dicunt̃ que non ꝯueniũt pluribus scientijs s3 vni scie sunt adequata. vt ꝙ linea sit extensio indiuisibilis inter duo puncta ⁊ ꝙ linea recta sit extensio breuissima inter duo puncta illa enim p̃ncipia sunt adequata geometrie. Sed p̃ncipia cōia dicuntur que ſm analogiã ꝯueniũt plurib9 sciẽtijs vt si ab equalibus equalia demas remanẽtia sunt equalia. equalitas eñ per analogiã repit̃ in plurib9 p̃mo in nũeris scd'o in ꝯtinuis Et ergo hoc p̃ncipiũ est ſm analogiam cõmune pluribus

Querit̃ Quõ differunt p̃ncipia cõia a ꝓprijs. Sol'o sic drñt q2 p̃ncipijs cõib9 non vtunt̃ scientie demonstratiue in sua cõitate s3 ſm ꝙ cõtrahunt̃ ad certũ genus scibile huius vel illius scie Sicut illo p̃ncipio si ab equalib9 equalia demas ⁊c. non vtitur arithmetica in sua cõitate. s3 vt ꝯtrahit̃ ad nũeros Sic dd'o si ab equalib9 nũeris equales nũeros demas ⁊c. Et geometria ſm ꝙ ꝯtrahit̃ ad magnitudines dd'o sic. Si ab eq̃lib9 magnitudinib9 equales magnitudines demas remanentes sunt equales. Sed p̃ncipijs ꝓprijs vtuntur scie demonstratiue in q̃ꝫtũ ꝓpria sunt Et p̃supponũt ea esse ⁊ circa ea speculant̃ passiones Sicut arithmetica ꝯsiderat vnitates tãq̃ p̃ncipia ⁊ subiecta ⁊ circa eas multas speculat̃ passiones. Et sil'r geometria pũcta ꝯsiderat ⁊ lineas et de illis speculat̃ suas passiones vñ de hmõi subiectis p̃supponit̃ quid est et q2 est. sed de passionib9 q̃ illis subiectis insunt ꝑ se solum p̃supponit̃ q̇d est sicut arithmetica p̃supponit quid est par vl' impar. q̇d quadrangulus et cub9. geometria vero q̇d sit rõnale in lineis q̇d reflexum et curuum S3 ꝙ ille passiones suis subiectis ꝑ se insint hoc demrãnt ꝑ p̃ncipia cõia hoc est ꝑ illa p̃ncipia que demrãntur ꝑ p̃ncipia cõia. Et etia3 hoc infert ph's ꝙ oĩs scientia demonstratiua est circa tria que precognoscuntur que sunt subiectum passio ⁊ dignitas de quib9 prius satis dictum fuit

Queritur An semꝑ oporteat supponere illa tria sc3 q2 est de dignitate. q̇d est de passione. ⁊ sil' quid est ⁊ q2 est de subiecto Sol'o ꝙ non. q2 illa aliq̃ñ sunt manifesta ad sensum et g̊ dicit ph's ꝙ nihil prohibet quasdã scias q̃dã istorum despicere. Sicut ꝙ calidũ sit vel frigidũ non oportet ꝑtractare cum respondente. quia manifestum est ad sensum et sic de alijs

Querit̃ Circa exemplũ prius positum què vocatur linea rõnalis Solutio linea rationalis vocatur que est ꝯmensurabilis ſm aliquam proportionem linee date. Et vocatur rationalis quia de ea possumus rationari ſm debitam mensuram. Et per oppositu3 vocat̃ linea irratõalis q̃ non est cõmensurabilis ſm aliquam ꝓportionẽ linee date ⁊ vocat̃ alio noĩe linea surda

☞ Queritur. quot sunt pncipia cōmunia Solutio ꝙ quinqꝫ. scilicet

Dignitas
Suppositio
Petitio
Questio
Definitio

¶ Et continentur in hoc metro. Digni. supqꝫ. peti. quest. dif. cōia princi.

Ar Demonstrator in hoc differt a dyaletico. qꝛ demōstrator nō querit vel interrogat. ergo petitio ꝛ questio non sunt pncipia cōia demōstratiōis So° demōstrator nō interrogat sicut dyaleticus de vtraqꝫ pte ꝯtradictōnis. Sed bene interrogat de vna pte cōtradictōnis vt ducat discipulū in maiorē noticiam

Ar Phs supius diuidendo pncipiū imediatū posuit solū tria principia scꝫ dignitatem suppositōem ꝛ definitōem. ergo male enumerat hic quinqꝫ Solutio neganda est ꝯsequētia. ꝛ ratio est. quia phus sub suppōne supius ꝯprehendit suppōem proprie dictam petitōem ꝛ questionem. qꝛ illa tria ſm substātiā sunt vnū ꝛ idē ꝛ solū ſm rōem distinguūtur

Queritur Quō differūt ista pncipia cōmunia inter se Solutio pmo dignitas differt a suppōne ꝛ petitione in duobus pmo qꝛ dignitas non habet rōem exteriorem per quam possit probari. sꝫ solum reqrit interiorem consensum mentis Sed suppositio ꝛ petitio possunt per rationem exteriorem probari. Secundo qꝛ ꝯtra dignitatem non potest instari per interiorem rationem licet voce possunt negari. sed ꝯtra suppositionem et petitionem potest instari per interiorem rationem vere vel apparenter.

Queritur Quō conueniūt ad inuicem. suppositio petitio et questio So° phi ꝙ in hoc ꝯueniunt illa tria ꝙ licet sint demonstrabilia per aliam scientiam superiorem. tamē demōstrator assumit ea ꝛ non demonstrat

Qr Quō differunt illa tria. Solo sic differunt. quia propositio quam sumit demonstrator ꝛ non demonstrat si sit probabilis addiscenti cui fit demonstratio tūc dicit suppō nō sumitur sꝫ ad illuz qui sic vtitur ea Petitio vero dr ꝓpō accepta put addiscēs nihil opinat neqꝫ scꝫ ꝯsentit neqꝫ dissentit. Sed si addiscens opinetur contrarium illius ꝓpōnis tunc vocatur questio.

Qr Quō differūt definitio et suppositio Solutio dupliciter. primo. qꝛ omnis suppositio dicit esse vel non esse. sed definitio nō dicit esse vel non esse. Secūdo quia omnis suppositio est vniuersalis vel pticularis definitio vero non. qꝛ in definitōne nihil pdicatur

Queritur An suppositio sp sit vera. Solutio ꝙ sic Sed ꝯtra hoc arguit geomiter supponit aliquā lineā in puluere descriptā esse rectam que tamē non est recta et supponit lineam esse pedalem que tamen non est pedalis. ergo suppositio aliquādo est falsa, Solo ꝙ geometer hoc faciens non supponit falsum qꝛ de ea gratia

tulari linea quam scripsit in puluere vel in pariete nihil demõstrat sed de linea vl̃i q̃ per illam pticularem intelligitur.

Querit̃ An tale vl̃e de quo demonstrando oportet esse aliq̃d sepatum a singularibꝫ.sicut dixit Plato. Sol̃o ph̃i ꝙ non. Et ratio illius est.qꝛ ratio vniuersalis est ꝙ sit vnum in multis ⁊ de multis.et ergo vniuersale non potest esse vnũ aliquid extra multa.hoc est extra singularia. Et ꝓpterea.qꝛ illa est ratio vniuersalis ꝙ sit vnum in multis ⁊ dicatur de multis sequit̃ ꝙ illa ratione non exñte nõ sit vniuersale. Et si non sit vniuersale non erit mediũ demonstrationis. qꝛ tale mediũ oportet esse vniuersale Et ↄ̃sequẽter seq̃tur si nõ sit mediũ demõstrationis ꝙ nulla erit demõstratio ⁊ p ↄ̃ñs nõ oportet ꝓpter demõstratiões ponere ideas p se subsistentes siue vl̃ia sicut voluit plato

¶Tertium capitulum:

Cõtingere autem simul affirmare vel negare neqꝫ vna recipit demonstratio sꝫ aut si

¶In tertio cap̃lo ↄ̃ñr ph̃s ostendit quõ scĩe demonstratiue se habent ad ista p̃ncipia. Et diuiditur in duas ptes. In prima ostendit quõ scientie demonstratiue se habent ad p̃ncipia cõmunia. In secunda vero quõ habent se ad ꝓpria p̃ncipia Prima diuidit̃ iterũ in duas qꝛ p̃mo ostẽdit quõ scientie se habẽt ad cõmunissima p̃ncipia Scd̃o quõ se habent ad alia p̃ncipia cõmunia

Quõ scientie habent se ad principia cõmunia

Querit̃ Quõ scĩe demõstratiue se habent ad hoc primũ principium ꝙ non ↄ̃tingit idem affirmare ⁊ negare Soº hoc primũ ꝙ non ingreditur formaliter aliquã demonstrationem ostensiuam nisi velimus demonstrare maiorem extremitatem de minore in conclusione ⁊ eius oppositum de eadem negare. Quia si hoc velimus facere tunc oportet in maiore ꝓpõe maiorẽ extremitatez affirmare de medio et eius oppositum negare de eodem. Sic arguendo.om̃is homo est aĩal et nõ est nõ aĩal. Callias est hõ. g̃ callias est aĩal ⁊ nõ est non aĩal.

Querit̃ Quare in tali demõstratione affirmatio ⁊ negatio ponunt̃ ad maiorẽ extremitatem et non ad medium vel ad minorem extremitatem. Sol̃o ꝙ hoc nihil differt facere.quia adhuc sequitur eadem conclusio.vt si sic dicatur ponendo ad medium homo et nõ.nonhomo est animal ⁊ non est non animal.sed callias est homo ⁊ non est non homo.ergo callias est animal et non est non animal vel sic ad minorem extremitatem. Omnis homo est animal ⁊ non est non animal callias ⁊ non callias est homo.ergo callias est animal ⁊ non est nõ animal. Uel potest dici sic.ꝙ non oportet sumere affirmationem ⁊ negationem ad medium vel ad minorem extremitatem.quia hoc nihil faceret ad v̾itatẽ ptis affirmatiue.sicut ad v̾itatẽ istius.oĩs hõ est aĩal nihil refert vtrum non homo sit etiam aĩal. Et ad veritatem istius callias est

aial nihil refert vtrū nō callias sit aial Et ratio istius est qr maior extremitas habet se in plus q̄ mediū & q̄ minor extremitas. Et ergo pōt stare cum medio negato & minore extremitate negata Sed ecō tra maior extremitas negata non pt stare cū medio vel cum minore extremitate. & ergo oportet affirmatōem & negatōem ferri ad maiorem extremitatem & non ad mediū vel ad minorē extremitatē. Et istud totum habet veritatē in termis incōuertibilibꝫ qr in cōuertibilibꝫ vnū nō est in plus q̄ aliud &c.

Queritur Quō scientie demōstratiue vtunt isto pncipio de quolibet affirmatio vel negatio vera Solō phi q illo pncipio vtit demōstratio ad ipossibile. Et ratio est. qr in demōstratione ad impossibile pbat alqd esse verum p hoc q eius oppositum est falsum. sz hoc non posset fieri nisi necesse esset vnum affirmari & aliud negari. ergo.

Queritur Utrū demōstratio ad impossibile semp vtit illo pncipio Soº q non. Et ratio est. qr hoc oppositum qđ ostenditur esse falsum qñqz non est negatio vel ɔtradictorium sed solum ɔtrariū imediatum. Sicut quando ostendit q aliqs nūerus ē par p hoc q oppositū eius est falsuz scz q ipe sit impar.

Queritur Quō demonstratio ad ipossibile vtit isto pncipio Soº q nō vtitur eo vt in sua communitate. sed inq̄tum contrahitur ad aliquod certum genus subiecti.

¶ Querit. Quō habent se scie demōstratiue ad alia pncipia cōmunia Solō. oēs scientie pticulares cōicant in principijs cōibꝫ & vtunt eis tanq̄ his ex quibꝫ ɔfirmāt suas demonstrationes. Sz in pprijs pncipijs sicut in subiectis & passionibꝫ distinguunt

Arguitur Prius dictum est q demonstratio nō pcedit ex cōibꝫ. sed ex proprijs pncipijs. ergo male dr hic q scie pticulares vtunt pncipijs cōibꝫ Solutio scias pticulares vti cōibꝫ pt intelligi dupl. vnoº m substātiam & formaliter inq̄tū cōia sunt & sic nō vtunt eis. Alioº m ɔtutē et vt sunt ɔtracta & sic bñ eis vtunt vel vtunt eis inq̄tū sua ppria principia p illa pncipia cōmunia ɔfirmant.

Queritur Quō dialetica & metaphisica vtunt pncipijs cōibꝫ Soº sic vtūtur qr p illa pncipia cōmunia probant aliquo modo ppa principia aliaꝝ sciaꝝ Differēter tñ qr metaphisica circa illa cōia pcedit p modum demōstratōis sz dialeticus p modū pbabilis disputatōnis

¶ Quō scientie habent se ad principia propria

Queritur Utrum in qualibet scientia sunt proprie interrogationes. propie responsiones et proprie disputationes Solutio. phi q sic

Queritur Quomodo probat q in qualibet scientia sunt proprie interrogationes Solutio. quia quelibet sciētia habet suas ppias ppōes. ergo etiā habet ppas interrogatōes

Consequentia patet. qꝛ interrogatio ꝛ propō sunt idem ꝫm substantiam. Añs pbaꝭ. qꝛ in qualibet scīa fiunt proprij syllogismi ad demonstrandū ꝓpriam passionem. ergo etiam quelibet scientia habet suas ꝓprias ꝓpōes Et ergo infert phs ꝙ nō omnis interrogatio est geometrica vel medicinalis sed solum illa dicitur geometrica que est de his q̄ in geometria ꝯsiderantꝭ aut saltem de his q̄ ꝑ aliqua ṗncipia geometrie ostenduntꝭ. sicut est interrogatio q̄ fit in ꝑspectiua q̄ est scīa subalterna geometrie.

Queritꝭ Quō pbaꝭ ꝙ in qualibet scīa sunt ꝓprie responsiones. Solutio. qꝛ quelibet scīa habet suas proprias interrogatōnes. ergo etiam proprias respōsiones. Añs iam patuit. Cōsequentia pbaꝭ qꝛ sicut non p̄t q̄libet sciens de qualibet questione interrogare. ita etiā nō potest interrogatus de qualibet respondere sed solum de illa que est ꝫm illam sciam in qua ip̄e est sciens interrogatio enim et responsiō habent fieri circa idem

Queritꝭ Quō probaꝭ ꝙ in qualibet scīa sunt proprie disputationes Solꝰ qꝛ in qualibet scīa sunt proprie interrogationes. ꝛ responsiones ergo etiam proprie disputatōnes. Cōsequentia tenet. qꝛ disputatio ex interrogatione ꝛ responsione ꝯficiꝭ. Et ergo si geometer disputet cū geometra ex ꝓprijs ṗncipijs geometrie tūc bñ disputat Si vero disputet cū geometra et non de his que sunt geometrie sꝫ alteriꝰ scientie. puta musice vel hmōi tūc praue disputat qꝛ non ex proprijs disputat nec ꝯuincit nisi ꝑ accidens inq̄ꝫtum scꝫ accidit geometrā etiam musicum esse ꝛ scire musicam scientiam

Queritꝭ Quot questiones mouet hic phs circa predicta Soꝰ ꝙ tres Quarū prima est, vtrū sicut sunt alique interrogationes geometrice sic etiā sunt alique non geometrice. Scđa questio est. vtrū interrogationes q̄ sunt ꝫm ignorātiā geometrie etiaꝫ sint geometrice. Tertia est. vtrum syllogismus ignorantie geometrie fiat ꝫm aliquam fallaciam.

☞ Queritꝭ. Quō soluit phs ṗmā questionem Solꝰ dicit affirmatiue ꝙ sic. sicut sunt alique questiones geometrice. ita etiam sunt alique non geometrice. qꝛ questiones musice vel que fiunt in alia arte non sunt geometrice nec ꝫm materiā nec ꝫm formam

Queritur Quō soluit secūdā questionē Solꝰ per distinctionem dicens ꝙ est duplex ignorantia. scꝫ pure negatōnis et praue dispōnis. iam interrogationes que sunt ꝫm ignorantiam pure negationis geometrie nullo modo sunt geometrice Sed interrogationes que sunt ꝫm ignorantiam praue dispositionis sunt aliquo modo geometrice ꝛ aliquo modo non. Sunt eñ geometrice ꝫm materiam qꝛ sunt ex oppositis ṗncipioꝝ geometrie sꝫ non ꝫm formam qꝛ non habent formā demōstrationis geometrice.

Qr̄ Quot modis aliqua interrogatio potest dici non geometrica Solutio duobꝫ modis sicut duobꝫ modis dicitꝭ Arithmon.

Uno modo eñ dicit arithmon qđ oĩno est sine rithmo.i.sono sicut lans. Alio modo qꝛ prauũ habet sonũ sicut plũbum Sic etiam vno modo in terrogatio dicit nõ geometrica. qꝛ nihil habet de geometria.⁊ hoc modo interrogatio musica dicitur nõ geometrica. Alio modo dicitur geometrica qꝛ habet aliquid de geometria sꝫ habet hoc praue Sicut interrogatio que querit An linee paralelle concurrant

Querit Qũo soluit phs tertiam questionem. Soº dicit ꝙ syllogismus ignorantie geometrie vel cuiuscunqꝫ alterius scientie nõ fit sm aliquã fallaciã. Et ratio illius est. qꝛ in scientijs demõstratiuis nõ fit ꝑalogismus sm aliqua fallaciã. Sed syllogismus ignorantie fit in sciẽtijs demõstratiuis.ǧ nõ fit sm aliquã fallaciam

Qr̃. Qũo ꝓbat phs ꝙ in scientijs demõstratiuis nõ fit ꝑalogismꝰ sm aliquã fallaciam. Soło hoc ꝓbat dupl'r.ꝑmo ꝙ non fiat sm fall'am indictõe. scđo ꝙ etiã nõ fiat sm fallaciã extradictionẽ

Querit̄ Q̄uō docet phs in negatiuis reducere ꝑpōnes mediatas ad imediatas Solʼo. hoc docet phus triplʼr. Primo in pma figura. et dt ꝙ ad reducendū aliquā ꝑpōnem mediatā ad immediatā in pma figura debet sumi mediū qd est supra subiectū ꝛ a quo prius remoueat̄ maior extremitas q̄ȝ a minore extremitate. et hoc faciendū est quousqȝ deueniat̄ ad aliqd pmū a quo pmo maior extremitas remoueat̄. Exemplū. vt ista ꝑpō est mediata. nullū aīal est q̄ntitas. sumat̄ ḡ aliqd mediū quod est supra aīal. sicut corpus aīatum. ꝛ postea supra corpus aīatuȝ corpus. ꝛ supra corpus subam. nam sic faciendo deuenit̄ ad ꝑpōnem negatiuā imediatā istā scȝ. nulla suba est q̄ntitas. qꝛ ibi supra subiectū nō est amplius aliqd accipe de quo pmo q̄ntitas neget̄

¶ Secūdo ostendit hoc idem in secūda figura. ꝛ dt ꝙ ad reducendū ꝑpositionem mediatā ad immediatam in secūda figura etiam debet sumi medium quod est supra subiectū ꝛ a quo primo remoueatur medium q̄ȝ maior extremitas remoueat̄ a minore, et qꝛ nō ꝯtingit supra subiectū sumēdo ire in infinitū, ꝯtingit tandē sic sumēdo deuenire ad imediatā

¶ Tercio ostendit q̄uō iste modus reducendi mediatas ad imediatas nō est vtilis in tercia figura. Et rō illius est. quia medium in tercia figura est semper subiectum ꝛ non excedit aliquod extremoꝝ. et ergo si sumeret̄ medium s̄m dispositionem tercie figure magis iretur ad ꝑpōnes mediatas q̄ȝ immediatas. Exemplū est. vt si ad demonstrandū ꝙ animal est substātia sumeret̄ hoc mediū qd est homo. vel ad demonstrandū ꝙ nullū animal est q̄ntitas sumat̄ idem mediū. dicendo hō est substātia. vel nullus hō est q̄ntitas. tales ꝑpōnes sunt magis mediate q̄ȝ pme

Octauus tractatus

¶ Cum aūt sit demonstratio. alia quidē vlʼis. alia vero par.

¶ In octauo tractatu. phs determinat de ꝯparatione demōstrationum ad inuicem

Qr̄ q̄t sīt disiōes demōstratōis. Solʼo ꝙ tres
- Prima est demrātionū alia ē
  - vniuersalis
  - ꝑticularis
- Scda ē ꝙ demrātionū alia ē
  - affirmatiua
  - negatiua
- Tercia ē ꝙ demrātionū alia ē
  - ostensiua
  - ad ipossibile

Et s̄m istā triplicē diuisionē p̄ns tractatus diuidit̄ in tria capl'a In quoꝝ pmo phs determinat de ꝯpatōe demōstrationis vlʼis ad ꝑticularē.

Queritur Quare non ponit hic phs quartã diuisionẽ demonstrationis qua scz diuidit in demonstratõem ꝓpter qd ⁊ qa Solutio illa superius posita fuit in quarto tractatu. Et ibi etiã cõpate fuerunt ille demonstratõnes ad inuicẽ tam in vna scientia ꝙ in diuersis. et ergo illam diuisionem hic non resumit.

Queritur Quid ẽ demõstratõ vlis. Soº demõstratõ vlis ẽ ĩ qua ꝓpria passio demõstrat de suo ꝓprio ⁊ adequato subiecto per causam que est de omni per se ⁊ ꝺm ꝙ ipm. Exemplũ est vt oĩe aĩal rõnale aptũ natũ ad ridendũ est risibile. Sed hõ est aĩal rõnale aptũ natũ ad ridendum. ergo hõ est risibilis.

Queritur Quid est demonstratio particularis Solutio demõstratio particularis est in qua ꝓpria passio demonstratur de subiecto cui licet insit de omni ⁊ per se nõ tamen conuertibiliter sicut qñ passio demonstrat de inferiori vel de superiori sui ꝓprij subiecti. Sicut si habere tres angulos demonstret inesse ysocheli. vel si risibile demonstret inesse aĩali est demonstratio particularis.

Ar Nulla est demonstratio particularis. ergo. Aña ꝓbatur. quia particulare non scitur. Solutio demonstratio in ꝓposito ꝓprie loqñdo nõ dicit particularis vt ꝑticulare idẽ est ꝙ singulare sicut imaginat argumentũ sed dicit particularis a particulari seu partiali appropriatõe cause seu medij. Et ergo ꝙuis idem sit mediũ in demonstratõne vli ⁊ particulari ꝺm substantiã non sñ ꝺm virtutem. quia in demonstratõne vli est appropriatũ ⁊ adequatũ sed in particulari non.

Queritur Que illaꝝ demonstrationũ est potior vtruz vniuersalis vel particularis Solutio demonstratio vniuersalis est potior ꝙ particularis. Et hoc ꝓbat phs septem rõnibus.

Prima est. illa demonstratio est potior que magis ostendit causam ⁊ ꝓpter quid. sed demonstratio vlis est hmõi. ergo est potior particulari. minor ꝓbatur quia subiectum vle passionis est illud cui per se ⁊ primo passio inest Particulare vero est cui inest ex cõsequenti ⁊ secundario iam primuz in vnoquoqꝫ genere est magis causa ꝙ secũdũ.

Secunda rõ illa demonstratio est potior que resoluit cõclusionẽ vsqꝫ ad causam vltimã vltra quã non contingit querere aliã. sed demonstratõ vlis est hmõi ⁊ non particularis. g. Maior ꝓbatur quia ꝑ causaz vltimã maxime scimus. Minor ptz qz demonstratio vlis resoluit conclusionez vsqꝫ ad prima principia. sed conclusio particularis non quia illa sumit ꝓ principio cõclusionem demonstratõnis vlis.

Tercia rõ. illa demonstratio est potior que magis recedit ab infinito sz vniuersalis demonstratio est hmõi. g. Maior ꝓbatur. qz demonstratio facit scire sed infinita vt hmõi non sunt scibilia. Minor patet quia indiuidua et singularia ꝺm potentiam diuisibilitatis materie sũt infinita. sed vle magis recedit a singularibus ⁊ indiuiduis. g magis recedit ab infinito.

Quarta rõ illa demõstratio ẽ potior que magis facit scire. Sed demon

stratio vl'is magis facit scire. ḡ est potior. Minor ꝓbat. qꝛ demonstratio vl'is facit scire hoc ⁊ illud. sed demonstratio particularis facit scire hoc tm̄ id ē demōstratio vl'is facit scire vl'e ⁊ etiā particulare contentū sub tali vl'i sed demonstratio particularis facit scire particulare tm̄.

Quinta rō ē illa demonstratio ē potior que procedit ex medio ꝓpinquiori primo principio. sed vl'is est hmōi. ḡ. Minor ꝓbatur. quia vniuersalis ꝓcedit ex principio imediato sed particularis solum ex principio mediato qꝛ illa capit cōclusionem demonstratōnis vl'is ꝓ medio.

Sexta rō est Illa demonstratio est potior que procedit ex potioribꝰ ꝓpositionibus. sed vniuersalis demonstratio est hmōi. ḡ. Minor probatur. qꝛ demōstratio vl'is procedit ex ꝓpositōnibꝰ vniuersalibus ꝑticular3 ꝟo ex ꝑticularibus. Jam ꝓpositio vniuersalis ē potior q̄ȝ particularis. quia ꝓpositio vniuersalis facit scire vniuersale ⁊ particulare. particularis vero facit solum scire particulare. Et ista rō differt a quarta. quia illa loquitur de cōparatione cōclusionū. ista vero de cōpatōne ꝓpōnum.

Septima rō est. Illa demonstratio est potior que est magis intelligibilis. sed vniuersalis demonstratio est hmōi. ergo est potior. Minor ꝓbatur quia in demōstratōe vniuersali ꝯcluditur vniuersale quod solo intellectu cognoscitur. sed in demonstratōne particulari concluditur particulare. qđ directe per sensum cognoscitur.

Queritur Quot rōnes ponit ph's quibus arguit ꝙ demonstratio particularis debet esse potior q̄ȝ vniuersalis. Solutio tres.

Prima est. Q3 illa demonstratio debet esse potior que magis facit scire sed demonstratio particularis magis facit scire q̄ȝ vniuersalis. ergo demōstratio particularis est potior. Minor ꝓbatur. quia demonstratio particularis facit scire ꝫm se ⁊ i ꝓpria forma. vniuersalis vero facit scire ꝫm aliud tm̄. sed magis est scire aliquid ꝫm se ⁊ in ꝓpria forma q̄ȝ ꝫm aliud. S3 ad istam rōnem debet dici ꝙ illa rō plus valet ad sui intentionis oppositū q̄ȝ ꝓpositum. Et rō est. quia si illud quod facit scire ꝫm ꝙ ipm magis facit scire q̄ȝ illud qđ facit cognoscere ꝫm partem tunc sequitur ꝙ demonstratio vniuersalis est potior q̄ȝ particularis. Sequela patet qꝛ demonstratio vniuersalis facit scire passionē de suo proprio subiecto cui vniuersaliter et adequate conuenit. Sed demonstratio particularis facit scire passionem solū de inferiori sui subiecti cui non conuenit vniuersaliter ⁊ adequate. q̄a passio non conuenit inferiori nisi gratia sui superioris.

Secunda ratio est. Illa demonstratio est potior que est de magis ente. sed particularis demonstratio est hmōi. ergo est potior. Minor probatur quia vniuersale non est aliquid preter singularia. sed demonstratio vniuersalis facit opinari ⁊ videri ꝙ vniuersale sit aliquid ⁊ ꝙ habeat aliquā entitatem in natura. Sed ad hanc rōnem dicit phus ꝙ minor est falsa. qꝛ vniuersale est magis ens q̄ȝ particulare. Et ratio est quia cum de rōne vniuer

salis sit ꝙ sit in multis non equiuoce sed vniuoce ipsum est incorruptibile Singularia vero corrumpuntur cum igitur incorruptibile sit magis ens ꝙ̄ corruptibile sequitur ꝙ demonstratio vniuersalis est de magis ente ꝙ̄ particularis ꝛ per consequens etiam potior particulari.

Tercia ratio est. Illa demonstratio est potior que minus facit errare. sed particularis minus facit errare. ergo est potior. Maior patet quia error contrariatur scientie que est finis demonstratõnis. Minor probatur. quia vniuersalis demonstratio facit opinari ꝙ vniuersale sit sepatum a singularibus quia ipsa demonstrat aliquid de aliquo cõmuni ẞm se quasi tale cõmune sit aliquid preter singularia. Sed ad istam rõnem dicit phus ꝙ demonstratio vniuersalis non est causa illius erroris ꝛ false opinionis qua aliquis opinatur vniuersale esse aliquid ẞm se extra singularia. Sed causa illius erroris est inconsideratio ipsius intelligentis inq̄ztum scz aliquis opinatur ꝙ hoc quod potest intelligi sine alio ꝙ hoc possit etiam esse sine alio quod tamen falsum est sicut patet in accidentibus. Accidentia em̃ possunt intelligi ꝛ significari sine substantia sicut quando dicitur in abstracto albedo nigredo ꝛ sic de alijs. ꝛ tamen nõ sequitur ꝙ accidentia possint a parte rei esse sine substantia. Patet ergo ꝙ tres iste ratõnes probantes ꝙ demonstratio particularis sit potior vniuersali non concludunt. Istas tamen ratõnes phylosophus in textu preponit ante alias septem sed pro faciliori memoria hic eas per modũ argumentoꝝ subiunxi.

Capitulum secũdum

Quod autem affirmatiua sit potior priuatiua hinc manifestum est. Si enim ꝛc.

In hoc secundo capitulo phylosophus agit de comparatõne demonstrationis affirmatiue ad negatiuam.

Queritur Quid est demonstratio affirmatiua. Solutio ẞm auctorem tractatus correspondentis libro posteriorum sic definitur. ꝙ demonstratio affirmatiua est que demonstrat necessitatez sue conclusionis in barbara. quia in illo modo fiunt omnes demonstrationes potissime vt superius ꝓbatum fuit. Sed demonstratio particularis est que demonstrat necessitatem sue conclusionis in celarent vel in alio modo negatiuo.

Queritur Que illarum demonstrationum est potior vtrum affirmatiua vel negatiua Solutio phylosophi ꝙ affirmatiua est potior. Et hoc probat quinq̄ rationibus.

Prima ratio est. Illa demonstratio est potior que procedit ex pautioribus sed demonstratio affirmatiua est huiusmodi. ergo est potior. Maiorẽ ꝓbat phus quia ceteris paribus pautiora media conuenientius probant

q̄ plura quia si sint eque nota tunc citius contingit cognoscere per pauca
q̄ multa. Minorē etiā ꝓbat. quia demonstratio affirmatiua ꝓcedit soluꝫ
ex ꝓpōnibus affirmatiuis. sed demonstratio negatiua illa procedit ex affir
matiua ⁊ negatiua simul.

Ar. Demonstratio affirmatiua habet tot terminos ⁊ ꝓpōnes q̄t habꝫ
negatiua. ergo demonstratio affirmatiua non ꝓcedit ex paucioribus
q̄ negatiua. Solutio q̄ demonstratio affirmatiua nō dicit̄ ꝓcedere ex
paucioribus q̄ negatiua q̄tū ad terminos ⁊ ꝓpōnes sed q̄tū ad qualita/
tem ꝓpōnum. quia sꝫ affirmatiua ꝓcedit ex solis affirmatiuis ꝓpōnibus.
sed negatiua ex vna affirmatiua ⁊ alia negatiua vt dictū fuit.

Secunda rō est. Illa demonstratio est potior que ꝓcedit ex efficatioribꝰ
et magis credibilibus. sed demonstratio affirmatiua est hmōi. ergo. Minor
ꝓbatur. quia demonstratio affirmatiua ꝓcedit ex ꝓpōnibus affirmatiuis.
sed ille sunt efficatiores q̄ negatiue. q2 ex duabꝰ affirmatiuis pt̄ fieri syllo/
gismus non autem ex duabus negatiuis.

Tercia rō ē. Illa demōstratio est potior que aliā demonstrat ⁊ ad quā
alia reducit̄. sed principia demonstratōnis negatiue resoluunt̄ in affirma/
tiuā ⁊ ostendūtur p eam. ergo. Minor ꝓbatur. quia in demonstratōne nega
tiua si ambe premisse sint mediate ita q̄ debeant ꝓsyllogisari ⁊ resolui in sua
ꝓncipia tūc affirmatiua debet ꝓsyllogisari ⁊ resolui in duas affirmatiuas
et negatiua in vnā affirmatiuā ⁊ aliā negatiuā. Et ita tali resolutōne erūt
quatuor ꝓpōnes quaꝝ vna soluꝫ erit negatiua ⁊ alie tres affirmatiue. Cū
ergo illud ꝑ quod aliud demonstrat̄ ⁊ ꝓbatur sit notius ⁊ credibilius eo
q̄ per ipm demonstrat̄ seq̄tur q̄ ꝓpositio affirmatiua sit notior ⁊ credibili/
or q̄ negatiua. ⁊ ꝑ ꝯñs etiā demonstratio affirmatiua erit potior ⁊ dignior
q̄ negatiua.

Quarta rō ē. Illa demonstratio est potior que habet dignius ⁊ nobili/
us principium. sed demonstratio affirmatiua est hmōi. ergo. Minor probat̄
quia principium demonstratōnis affirmatiue est ꝓpositio vniuersalis affir
matiua. ⁊ principium negatiue est propositio vniuersalis negatiua. sed pro
positio affirmatiua est potior q̄ negatiua. Tum primo. quia per affirmati/
uam probatur negatiua ⁊ non econtra. Tum secundo quia affirmatio ha
bet se sicut esse. negatio vero sicut non esse. sed esse naturaliter potius est et
prius q̄ non esse.

Quinta rō est. Illa demonstratio est potior ex qua alia dependet sed de
monstratio negatiua dependet ex affirmatiua. ergo demonstratio affirma
tiua est potior. Minor ꝓbatur. quia non potest esse demonstratio negati/
ua sine propositōne affirmatiua vt prius patuit.

Ar. Videtur q̄ demonstratio negatiua sit potior q̄ affirmatiua. ergo
istud dictum est falsum. Antecedens probatur. quia illa demon/
stratio est potior que habet fieri in pluribus figuris. sed demonstratio nega
tiua est huiusmodi. ergo. Minor patet quia demonstratio affirmatiua so
lum fit in prima figura. sed negatiua hꝫ fieri in qualibꝫ. Soᵒ q̄ maior ē fal/
sa q2 posse fieri in pluribus figuris non arguit perfectionem sed magis

imperfectōnem. Et ꝙ hoc verū sit patꝫ qꝛ sil'r vl'is affirmatiua eēt īperfectissima qꝛ illa nō cōcludit in aliqua figura nisi in prima ⁊ ī vno mō tm̄.

Ar Demonstratio negatiua vtitur duplici qualitate suaꝝ p̄missaruꝫ affirmatiua solū simplici. g̊ negatiua est potioꝛ qꝛ est pluralioꝛ in forma. Sol'o licet demonstratio negatiua sit pluralioꝛ in forma ex ꝑte suaꝝ premissaꝝ nō tamē ex parte cōclusionis. qꝛ ergo formalitas syllogismi attendit̄ ſm ꝯclusionē. ⁊ ꝯclusio negatiua debilioꝛ est q̄ȝ conclusio affirmatiua. sequitur ꝙ demonstratio negatiua etiā debilioꝛ est ⁊ imperfectioꝛ q̄ȝ affirmatiua.

Capitulum tercium

Ex quidem cathegorica ⁊c.

In tercio capitulo p̄n̄ter ph's ꝯꝑat demonstratōnem ostensiuā ad demonstrationem ad impossibile.

Queritur Que vocat̄ demonstratio ostensiua Solutio demonstratio ostensiua est que oñdit necessitatē sue cōclusionis discursu directo ⁊ ordinato a maioꝛe ꝑ minoꝛē ad illatōnē cōclusionis ꝓcedente. Uel sic vt dicūt alij demonstratio ostensiua est que ꝓcedit ex p̄missis veris ⁊ notioꝛibus ꝯclusione ad inferendū cōclusionē simpliciter verā Exemplū vt omne aīal rōnale aptum natū ad ridendū est risibile. oīs hō est aīal rōnale aptū natū ad ridendū. g̊ oīs homo est risibilis.

Queritur Quid est demonstratio ad impossibile. Solutio demōstratio ad impossibile est syllogismus reciprocans premissam ex incōpossibilitate cōclusiōis actualiter vl' hitualiter syllogisate Et dicit̄ notanter actualiter vel hitualiter qꝛ perinde est ad demonstratōnē ad īpossibile siue ꝯclusio sit p̄us syllogisata actual'r siue sit syllogisabl'i Alij tn̄ solent cōiter sic definire ⁊ in idem redit. Demonstratio ad impossibile est que ꝓcedit ex opposito conclusionis vere cū vna p̄missa vera ad inferendū cōclusionē manifeste falsaꝫ ex cuiꝰ interemptōne interimitur premissa falsa ⁊ fit reditus ad ꝓbandam conclusionē p̄ncipaliter intentam.

Queritur Quō cōueniunt iste demonstratōnes oñsiua ⁊ ad impossibile. Sol'o cōueniunt in duobus. Primo qꝛ possunt fieri ex eisdem terminis qn̄ ordinantur ad ꝓbandū eandem conclusionem. Secūdo etiā cōueniunt qꝛ in vtraqꝫ demonstratōne negatiua cōclusio finalis ꝓbatur ꝑ aliam negatiuā notioꝛē se. Et hoc manifestū est in demonstratōne ostensiua negatiua. Sed in demonstratione ad impossibile sic ostendit̄. quia qū syllogismus prioꝛ est affirmatiuus tunc oppositum cōclusionis eius est negatiuū. ⁊ ex illo tanq̄ȝ ex notioꝛi in syllogismo ad īpossibile concluditur finaliter oppositum alicuius premisse. ⁊ hoc oppositum est ꝓpositio negatiua p̄ncipaliter ꝓbanda ꝑ talem syllogismū ad impossibile. Et ergo patet ꝙ in syllogismo ad impossibile ꝯcl'o finalis negatiua ꝓbat̄ per aliam notioꝛem se.

Queritur Quō dr̄n̄t iste demōstratōnes. Sol'o sic dr̄n̄t. qꝛ in demōstratōne oñsiua sillogisat̄ ex p̄missis simpl'r notio-

ribus ⁊ prioribus conclusione sed in demonstratõne ad impossibile syllogisatur ex posteriori ⁊ min⁹ noto ad notius. Et rõ illius est. q2 in syllogismo ad impossibile ꝯclusio est notior in sua falsitate q̄ꝫ premissa ⁊ oppositũ cõclusionis est notius in sua veritate q̄ꝫ oppositũ premisse.

Querit̃ Que istaꝝ demonstratõ nũ est potior. An demonstratio ostensiua vel ad impossibile. Solutio demonstratio ostensiua est potior. Et rõ illius est. quia illa demonstratio est potior q̄ procedit ex prioribus ⁊ notioribus ꝯm naturam. sed demonstratio ostensiua est hmõi. ergo est potior. Minor ꝓbatur. quia principia conclusionis sunt ꝯm naturam priora ⁊ notiora ꝯclusione. Sed demonstratõ ostensiua ostendit conclusionẽ ꝑ principia. sed demonstratio ad impossibile ostẽdit premissam ꝑ cõclusionem que est principiata. g̃.

Ar̃ Uide꞉ q̄ demonstratio ad impossibile eẽ ꝓcedat ex notioribus et prioribus. g̃ illa rõ ph̃i est falsa. Añs ꝓbaꝛ. q2 licet cõclusio que infertur in syllogismo ostensiuo vt sic sit posterior tñ ip̃a vel ei⁹ opposita ꝯm q̄ fit p̄missa in syllogismo ad impossibile sic est prior ⁊ notior. q2 sic fit principiũ ad interimendũ aliud. Ad illã cauillatõnẽ rñdet ph̃s. q̄ licet hoc qd̃ est ꝯclusio in syllogismo ostensiuo postea fiat p̄missa in syllogismo ad ĩpossibile ex hoc tñ nõ seq̄tur q̄ sit p̄ncipiũ prius ⁊ notius simpliciter ⁊ ꝯm naturam sꝫ solũ ꝯm q̄d ⁊ ad hypotesim rñdentis inq̄ꝫtũ scꝫ sumit꞉ vt p̄ncipiũ solum ad hoc vt possit fieri syllogismus contra hypotesim rñdentis. Sed illa que sunt in syllogismo ostensiuo sunt principia simpliciter. ex quibus infertur conclusio ex eis principiata. Et ergo in syllogismo ostensiuo p̄misse se habent ad conclusionem vt totũ ad partẽ non autem in syllogismo ad impossibile.

Ar̃ Uidetur q̄ demonstratio ad impossibile sit potior demonstratione ostensiua. ergo dictũ ph̃i est falsum. Añs ꝓbaꝛ q2 demõstratio ad impossibile vtit꞉ digniori ⁊ potiori p̄ncipio. q2 vtit꞉ p̄mo p̄ncipio qd̃ est de quolibet affirmatio vł negatio de nullo vero simul Solutio q̄ dignitas demonstratõnis nõ sumit꞉ ex quibuslibet p̄ncipijs sed ex p̄ncipijs intrantibus demonstratõnem ꝯm substantiã iam hoc primũ p̄ncipiũ non intrat demonstratõnẽ ad impossibile ꝯm subam sed solũ ꝯm virtutẽ

Nonus tractatus

Certior aũt scia et prior quecunq꞉ ipsius q2 et ꝓpter quid

In nono ⁊ vltimo tractatu hui⁹ p̄mi libri ph̃s determiat de ꝯpatõne sciaꝝ ad inuicẽ. Et diuidit꞉ in duo capł'a. In quoꝝ primo ph̃us comparat scientiã ad sciam. In secũdo vero cõparat sciam ad habit⁹ intellectuales Primũ capitulũ habet sex partes: In p̄ma ꝯpat ph̃s sciam ad sciam penes certitudinem. In secunda penes vnitatem ⁊ pluralitatem. In tercia ostendit quõ eadem conclusio potest demonstrari ꝑ plura media. In q̄rta q̄ casualiũ ⁊ fortuitoꝝ non potest ẽẽ scientia. In quinta q̄ eorum que co-

gnoſcuntur per ſenſum non poteſt eſſe ſcientia. Et in ſexta ꝙ oīm ſyllogiſ‑
moꝝ non poſſunt eſſe eadem principia.

De certitudine ſcientiaꝝ.

Querit̃ Circa ṗmā ꝑtē capl'i q̃t modis vna ſciētia poteſt eſſe certior alia Sol'o phi ꝙ trib' modis. Primo modo illa ſcientia eſt certior que demonſtrat quia ⁊ ꝓpter quid q̃z illa que demōſtrat quia tm̄. Et ſic ſcientia ſubalternans ſemꝑ eſt certior q̃z ſcientia ſubalternata. Secūdo modo illa ſcientia eſt certior que nō eſt de ſubiecto q̃z illa que eſt de ſubiecto ⁊ ſic arithmetica eſt certior q̃z muſica ⁊ geometria certior q̃z perſpectiua.

Ar̃ Omnis ſcientia habet ſubiectū. ergo male dicit̃ hic ꝙ illa ſcientia ē certior que non eſt de ſubiecto. Solutio Areſto. non loquit̃ hic de ſubiecto attributōnis ſed per ſubiectum intelligit materiā ſenſibilem. vnde ille ſcientie in ꝓpoſito dicūtur non eſſe de ſubiecto que abſtrahunt a materia ſenſibili ſicut ſunt ſcīe pure mathematice vt arithmetica ⁊ geometria. Et ille dicūtur eſſe de ſubiecto que nō abſtrahūt a materia ſenſibili ſicut ſunt ſcīe medie que ſunt partim mathematice ⁊ ꝑtim phīce vt muſica et ꝑſpectiua ille em̄ cōſiderant ſubiectū mathematicū ad materiā ſenſibilē contractum. Et ergo ſcientie pure mathematice dicuntur eſſe certiores q̃z iſte. Tercio modo illa ſcientia eſt certior que eſt ex minoribus ⁊ pautioribus q̃z illa que eſt ex appoſitione ſeu additione. ⁊ ſic arithmetica certior eſt q̃z geometria. quia arithmetica eſt de vnitate tāq̃z de principio. geometria vero de puncto ſed vnitas eſt ſimplicior puncto quia punctum ſuperaddit ſubſtantie vnitatis poſitionem in continuo.

Ar̃ Sunt tm̄ duo modi quibus vna ſcientia dicitur certior alia. ergo male ponuntur hic tres. Antecedens probatur ꝑ phm̄ in prohemio de anima. Solutō. ꝙ phus in proemio de anima non ponit ꝓpe modos certitudinis ſed modos dignitatis ⁊ illi ſunt duo tm̄. Sed hic ponit modos certitudinis ⁊ illi ſunt tres vt patuit.

De vnitate et diuerſitate ſciētiarum

Querit̃ Circa ſecūdā partē capituli a quo ſcīa habet ſuā vnitatem. Sol'o phi ꝙ ſcīa capit ſuā vnitatē ṗncipaliter a ſubiecto. ita ꝙ illa ſcīa ꝓprie dicit̃ vna que eſt vni' generis ſcibilis ſiue ſubiecti. Poſſunt tñ ex textu elici quatuor cōditiones requiſite ad vnitatē ſcīe Pria ē vnitas generis ſcibilis. i. ſubiecti Scd̄a ē idēptitas ṗmoꝝ ṗncipiorum. Tercia eſt ꝙ habeat partes ꝑ ſe. Et quarta eſt ꝙ habeat etiā ꝑ ſe paſſiones q̄ ꝓbant̃ ſubiecto vel ꝑtib' ꝑ ſe ineſſe.

Querit̃ Quō ꝓbat̃ hoc ꝙ ſcīa capit ſuā vnitatē ṗncipalr̃ a ſubiecto. Sol'o ṗt extra textū ſic ꝓbari. Sicut ſe hꝫ obiectū ad potentiā ita etiā ſe habet ſubiectū ad ſciam ſed potentia ſumit vnitateꝫ ſuā a ſuo obiecto. ḡ etiā ſcīa debet capere ſuā vnitatē a ſuo ſubiecto.

Queritur Quare scientia potius ꝛ principalius capit vnitatem a subiecto ꝙ̃ a passione vel dignitate. Solutio ratio est ista q2 diuerse scientie non cõmunicant in suis ꝓprijs subiectis sed bene cõicãt in passionibus ꝛ in dignitatibꝫ sicut patet de scientia subalternante et subalternata.

Arguitur Diuerse scientie possunt habere idem subiectũ.ergo scientia nõ debet capere vnitatẽ suam a subiecto. Añs ꝓbatur. quia de eadem re potest considerari in physica mathematica ꝛ metaphysica Solutio licet diuerse scientie possunt considerare de eadem re materialiter nõ tamen formaliter quia in diuersis scientijs semꝑ est alia ꝛ alia formalis rõ considerandi sub qua oĩa considerant in illa vel illa scientia.

Arguitur Ab illo scientia non capit vnitatem quo destructo potest scientia adhuc manere.sed destructo subiecto potest scientia adhuc manere.ergo.minor ꝓbatur de scientia rose in hyeme Solutio licet hoc subiectum quod est rosa non habeat in hyeme esse existentie actuale in rerũ natura habet tamen adhuc esse existentie radicale quod conuenit sibi per comparationem ꝛ relationem ad sua principia sicut etiam superius dictũ fuit.

Queritur A quo scientie capiunt suam diuersitatem. Solutio phi ꝙ a principijs. Et ratio illius extra textũ est. Quia ab illo capit scientia diuersitatem a quo in eadem fluunt diuerse passiones considerate in diuersis scientijs .sed diuerse passiones fluunt a diuersitate principiorum.ergo ꝛc. Minor patet quia ex hoc ꝙ vnuz ꝛ idem subiectum materialiter compatur ad diuersa principia ſm hoc ex eo fluunt diuerse passiones de quibus consideratur in diuersis scientijs.

Queritur Quot modis scientie dicũtur esse diuerse. Solutio duobus modis. Uno modo ille scientie dicuntur esse diuerse quarum principia necꝫ sunt penitus ex eisdem necꝫ penitus ex diuersis Et hoc modo scientia subalternans ꝛ subalternata sunt diuerse. Et tales scientie non sunt simpliciter diuerse. Alio modo ille scientie dicunt esse diuerse quorum principia penitus ex alteris sunt ad vnũ aliquid non respiciẽtibus. Et tales scie que sic sunt diuerse sunt simpliciter diuerse sicut physica ꝛ mathematica. Et hoc ꝓbat phs a signo q2 oportet ea q̃ demonstrãtur seu ꝯclusiones esse in eodẽ genere cũ ꝑncipijs indemonstrabilibꝫ vt patet ex prius dictis q2 nõ ꝯtingit demõstratorẽ descendere de genere in genus. Et ergo seq̃tur ex opposito ꝙ si ꝑncipia indemonstrabilia sint diuersa et in diuersis generibꝫ ꝙ demõstrata seu ꝯclusiones ex eis demõstrate erũt in diuersis generibꝫ.ꝛ ꝑ ꝯñs ille scientie erunt simpliciter diuerse quorum principia sunt diuersa.

Arguitur Ab eodem res capit diuersitatẽ a quo habet suã vnitatem sed dictum est prius ꝙ scientia capit suam vnitatem a subiecto. ergo etiã debet capere suã diuersitatem a subiecto .ꝛ per consequens male dictum est ꝙ scientie capiunt suam diuersitatem a principijs.

Solutio ꝙ ab eodem formal'r ꝯsiderato hꝫ etiã scia suam vnitatem ⁊ diuersitatẽ. Pro quo notandũ est ꝙ subiectũ p̃t dupl'r ꝯsiderari. vno° material'r ⁊ sic a subiecto nec causaꝛ vnitas scie nec diuersitas ꝓprie. Alio mõ formaliter ⁊ sic ab vnitate subiecti formaliter ꝯsiderati causatur vnitas ⁊ a diuersitate eius causaꝛ diuersitas scie. Sꝫ tñ qꝛ illa diuersitas formalis subiecti causaꝛ a p̃ncipijs. ideo p̃ma ratio diuersitatis attribuiꝛ p̃ncipijs sꝫ p̃ma ratio vnitatis attribuiꝛ subiecto.

Eadẽ ꝯclusio potest demõstrari ꝑ plura media.

Queritur Circa tertiam partem capituli. vtrum eadem conclusio possit demõstrari ꝑ diuersa media. Sol'o phi ꝙ sic. ☞ Queriꝛ ad qđ ꝓpositum ostendit hoc phus hic. Solutio ad remouendũ dubium. dictũ em̃ est iam quõ scia est vna ⁊ qꝛ scia est effectus demonstratõnis possit aliquis dubitare an ad sciam vnius ꝯclusionis non possint adduci plures demõstratõnes vel plura media. Ad hoc ergo dubium remouendũ đt hic phus ꝙ sic ꝙ eadem cõclusio potest bene demõstrari per plura media.

Queritur Quot modis ꝯtingit hoc ꝙ eadẽ ꝯclusio demõstraꝛ ꝑ plura media. Solutio duobꝫ modis. vno° sumẽdo plura media eiusdẽ ordinis ⁊ nõ ꝯtinua extremis. Exempli gratia ad ꝓbandũ istam ꝯclusionẽ oĩs hõ est suba p̃t sumi hoc mediũ qđ est corpus vł hoc mediũ qđ est aĩal q̃ sunt media eiusdem ordinis nõ ꝯtinua hoc est nõ immediata vtriusq3 extremoꝝ. vñ potest sic argui. Om̃e corpus est substãtia oĩs hõ est corp⁹. ergo oĩs hõ est substãtia. Vel sic om̃e aĩal est substãtia. oĩs hõ est aĩal. ergo oĩs hõ est substãtia Alio mõ sumendo plura media diuersoꝝ ordinũ. Exemplũ vt ad ꝓbandum istam ꝯclusionem. omne letans transmutaꝛ p̃t sumi hod mediũ quod est mouens se. vt sic. Omne mouens se transmutatur. sed omne letans est mouens se ergo omne letãs transmutatur. vel potest sumi hoc medium quiescens. sic dicendo. omne q̇escens transmutaꝛ. sed om̃e letãs est q̇escens. ergo om̃e letans transmutatur. ibi em̃ illa duo media scꝫ mouens se ⁊ q̇escens sunt diuersoꝝ ordinũ et opposita ⁊ tñ sumunꝛ ad ꝓbandũ eandẽ ꝯclusionẽ.

¶ Casualiũ ⁊ fortuitorũ nõ est scia.

Queritur Circa quartã ꝑtem capituli. Vtꝝ eoꝝ que fiunt a casu et fortuna p̃t esse scia ꝑ demõstratõem. Solutio phi ꝙ nõ. Et hoc ostendit dupl'r. Primo quo ad p̃missas. scđo quo ad cõclusionẽ. Ex ꝑte p̃missaꝝ ponit talem rõnem Om̃is demõstratio ꝓcedit ex necessarijs aut ex his q̃ fiũt frequẽter. sꝫ casualia ⁊ fortuita fiũt extra sꝑ et frequẽter. ergo eoꝝ nõ potest esse scia per demonstratõem. Ex ꝑte conclusionis ponit talem ratõem. Om̃is ꝯclusio demonstratõnis est necessaria vel vt frequẽter vera sꝫ casualia ⁊ fortuita nõ sunt necessaria nec vt frequẽter vera. ergo eoꝝ nõ p̃t esse scia tanq3 ꝯclusionis. Maior ꝓbaꝛ. qꝛ ex ꝓpõnibus necessarijs seq̇tur ꝯclusio necessaria ⁊ ex ꝓpõibꝫ veris vt frequẽter seq̇tur ꝯclusio vt frequenter vera. ⁊ nunq3 ex ꝓpõnibꝫ necessarijs aut

vt frequenter verũ pt seq̃ ↄclusio p̃a vt in paucioribꝫ. qꝛ sic seq̃ret ꝙ aliq̃n
p̃misse essent vere ⁊ ↄclusio falsa quod est impossibile. patꝫ ergo ꝙ necesse
est ꝙ oĩs ↄclusio demonstratõnis sit vel necessaria vel vt frequenter ve-
ra. Minor patꝫ. quia casualia ⁊ fortuita sunt extra semper ⁊ frequenter ⁊
vt in paucioribus.

Ar Phus scðo physicoꝝ determinat de casu ⁊ fortuna. ergo eorum
que fiunt a casu ⁊ fortuna potest esse scientia Solutio casualia
et fortuita possunt considerari dupliciter. vno modo in speciali. Et sic de
eis nõ potest esse scientia Alio modo in cõmuni ⁊ sic de eis potest esse ali
quo modo scientia qua scꝫ docetur ꝙ ipsa in generali sic dicta sunt casua-
lia ⁊ fortuita.

¶ Sensibilium nõ est scientia.

Queritur Circa quintam ꝑtem capituli Utrum eorũ que
cognoscunt̃ per sensum potest esse scientia So
lutio phi ꝙ nõ. Et ratio est. quia scientia est vniuersaliũ que sunt vbiqꝫ et
semper. sed ea que cognoscuntur per sensum sunt singularia que sunt hic ⁊
nunc. ergo eorum nõ potest esse scientia.

Queritur Quis fuit error quorundã antiquoꝝ circa hoc
Solutio ꝙ volebant dicere ꝙ eorum que co
gnoscuntur ꝑ sensum esset scia. quia dicebant ꝙ scire ⁊ sentire essent idem
Sed phus dicit ꝙ hoc est falsum. Et ostendit hoc per duo exempla. Pri
mum est. quia si cognosceremus per sensum ꝙ iste triangulus habet tres
angulos equales duobus rectis adhuc tamen nõ sciremus vniuersaliter
ꝙ omnis triangulus habeat tres angulos equales duobus rectis. Et ra
tio est. quia sensus est solum singularium huius vel illius. Sed scientia cõ
sistit in cognoscendo vniuersale. Scðm exemplum est. Si aliquis esset su-
pra lunam ⁊ videret interpositõnem terre inter solem ⁊ lunaꝫ talis ad sen
sum cognosceret lunam eclipsari propter talem interpositõnem tamẽ ad-
huc nõ haberet scientiã de eclipsi lune. quia adhuc nõ sciret vniuersaliter
causam eclipsis, imo posset dubitare an sit etiam aliqua alia causa eclipsis
lune possibilis.

Queritur Que cognitionũ est honorabilior. vtrum scienti-
fica vel sensitiua. Solutio phi ꝙ cognitio scien
tifica est honorabilior quacũqꝫ alia cognitõne. Et rõ illius est qꝛ illa cog-
nitio est honorabilior q̃ est ꝑ causam nobiliorẽ. sed cognitio scientifica ẽ hu
iusmodi. ergo Minor ꝓbat̃. qꝛ est ꝑ causam ꝑ se ⁊ vniuersalẽ. sed cognitio
sensitiua nõ est ꝑ causam vl'em. qꝛ impossibile est vl'e apphẽdere ꝑ sensuꝫ.

Querit̃ Utꝝ cognitio sensitiua sit tũc penitꝰ inutil' ad scientiã
Solutio phi ꝙ nõ. qꝛ lꝫ scia nõ sit cognitio sensitiua
tñ cognitio sensitiua multũ ↄfert ad sciam. Et rõ est. qꝛ q̃dã sunt de quibꝫ
q̃rimus ⁊ dubitamus de quibꝫ nõ q̃reremus si videremus. nõ tamẽ qua
si per visum habeamus sciam sed quia ex rebus visis ⁊ singularibus in-
ducimus vniuersale de quo est scientia. Exemplum huius est Aliq̃s quere-
rit ⁊ dubitat propter quid lumen ꝑtransit vitrum quod tamen nõ quere-

ret si videret vitrum perforatum et lumen sic pertransire. verum tamen est dicit phus quod ex illo visu nō cognosceret vniuersaliter propter quid hoc esset sed quia ex singularibus frequenter visis induceret vlr sic esse in omnibus

Quod nō oīm syllogismorum sunt eadem principia.

Queritur Circa sextam partem capituli. Utrum oīm syllogismorum possint esse eadem principia. Solutio phi quod nō. Et hoc probat dupliciter. primo logice et per ratōnes cōmunes. secūdo analytice et per ratōnes proprias.

Queritur Quō probat logice Solutio ponit primo talem rōem quia quedam sunt syllogismi veri et quedam falsi. sed syllogismorū verorum et falsorum nō sunt eadem principia. ergo nō oīm syllogismorum sunt eadem principia. Minor patz quia principia syllogismorum verorum sunt vera et principia syllogismorum fasorum sunt falsa.

Arguitur Principia syllogismorum verorum possunt esse falsa. ergo videtur quod syllogismoruz verorum et falsorum possint esse eadem principia Añs probatur. quia contingit ex falsis syllogisare verum. Solutio phi ad hoc argumentū quod quamuis ex falsis possit syllogisari verum hoc tamen nō contingit nisi semel et in primo syllogismo tantum Sed si premisse talis primi syllogismi concludētis verum ex falsis debeant probari per alios prosyllogismos tūc illi prosyllogismi nō possunt procedere ex veris. sed necesse esset quod procederēt ex falsis. quia ex veris nunquam concluditur falsum quamuis bene econtra. Et ergo quia alie sunt propositiōes vere et alie false. sequitur manifeste quod alia etiā sunt principia verorum syllogismorum et alia falsorum.

Queritur Utrum oīm syllogismorum falsorum sint eadē principia. Solutio phi quod nō. Et hoc sic probat quia contrariorum nō possunt eē eadē principia. sed quedā conclusiones syllogismorum falsorum sunt contrarie et incōpossibiles. ergo nō oīm syllogismoruz falsorum sunt eadē principia Minor patz exemplariter de istis conclusionibus iusticia est iniusticia. iusticia est timor. homo est equus homo est bos equale est maius equale est minus.

Queritur Utrum oīm syllogismorum verorum sint eadē principia Solutio phi quod nō. Et hoc probat quattuor rōnibus. Prima est diuersorum generuz nō possunt eē eadē principia. sed quedā syllogismi veri sunt diuersorum generum nō sunt eadē principia. Maior probatur exēplariter. quia magnitudo et numerus differunt genere. et ergo habent diuersa principia. principia enim magnitudinū sunt puncta. et principia nūerorum sunt vnitates. Minor patz de syllogismis veris qui fiunt in geometria et qui fiūt in arithmetica. vnde ad concludendū aliquid de nūero nō possunt pūcta accipi pro principio. quia pūcta nō possunt eē mediū, vel extrema in ordine ad numerum. nec ad concludendum aliquid de magnitudinibus possunt accipi vnitates propter eandem causam

¶ Secūda rō est. Si oīm syllogismorum verorum essent eadē principia hoc maxime eēt verū de principijs cōmunibus sicut est istud de quolibet affirmatio vel negatio. sed hoc nō. ergo nō oīm syllogismorum verorum sunt eadē principia. minor probatur. quia sola metaphysica vtitur illo principio in sua cōmunitate. Et alie scie non vtuntur eo nisi sit appropriatum suo subiecto sed principia sic appropriata diuersis

subiectis non sunt eadem.ergo.

Tertia p̄ncipia nō sunt multo pauciora ꝯclusionibꝫ sed ꝯclusiones nō nō sunt eedē in diuersis scientijs.imo sunt quasi infinite.ergo p̄ncipia non sunt eadem oīm syllogismoꝝ.

Ar Quilibet syllogismus hꝫ duo p̄ncipia.hoc est duas p̄missas ⁊ solū vnā ꝯclusionē.ḡ videt̄ ꝙ p̄ncipia sunt multo plura ꝯclusionibus. Solutio p̄ncipia pn̄t ꝯpari dupl'r. vno° ad ꝯclusiones suas vltimas.⁊ hoc mō p̄ncipia sunt plura ꝯclusionibꝫ. qꝛ sic st̄ duo p̄ncipia ⁊ solum vna ꝯclusio. Alio° pn̄t ꝯpari ad ꝯclusiones quascūqꝫ nō tm̄ vltimas sꝫ etiā remotas. Et sic sunt plures ꝯclusiones q̄ꝫ p̄ncipia.nō tn̄ sunt multo plures. Exempli gr̄a si ostendat̄ ꝙ iste hō sit sub̄a ꝑ media q̄ sunt corpus aīal rōnale ⁊ hō tūc sex erūt ꝯclusiones ⁊ solū quattuor p̄ncipia. que erunt ꝓpōnes immediate ad illas ꝯclusiones.

Ar Superi° dictū est ꝙ nō ꝓcedit̄ in infinitū in p̄dicatōnibꝫ.ḡ male dr̄ hic ꝙ ꝯclusiones sunt infinite. Sol'o ꝙ ph̄s supius loquut̄ est de p̄dicatōibꝫ ꝑ se.sꝫ hic loq̄tur vl'r de qualibet p̄dicatōe siue ꝑ se siue ꝑ accn̄s. Et ad hoc innuendū dr̄ ph̄s ꝙ ꝯclusiones sunt infinite termini ām finiti.qꝛ ex finitis terminis pn̄t ꝫm potētiā fieri infinite ꝯclusiones ⁊ hoc ꝫm diuersas ꝯbinatōes. Quarta rō.q̄rundā syllogismoꝝ p̄ncipia sunt ꝯtingentia ⁊ quorundā necessaria sꝫ p̄ncipia ꝯtingentia ⁊ necessaria non sunt eadem.ḡ nō oīm sylloꝝ st̄ eadē p̄ncipia.maior pꝫ ex p̄mo poꝝ.

Querit̄ Quō ꝓbat ph̄us Analytice ⁊ ꝑ rōnes ꝓprias demōstratiue scie ꝙ nō sunt eadē p̄ncipia oīm syllogismoruꝫ.

Solutio ponit tres ratōnes. Prima in effectu est ista. Si oīm essent eadē p̄ncipia tunc seq̄ret̄ ꝙ oīa essent eadem sed hoc est falsum ergo. Seq̄la ꝓbat̄.qꝛ quecunqꝫ eisdē sunt eadē etiam inter se sunt eadem. Et ergo si aliquis sic arguat ꝓpriaꝝ sciaꝝ sunt ꝓpria principia.⁊ diuersaꝝ sciaꝝ sunt diuersa p̄ncipia. sed ista ⁊ illa sunt p̄ncipia. ergo oīm sunt eadem p̄ncipia est argumentū sophisticum ꝫm fallaciā ꝯsequentis. Secūda ratio. Si oīm syllogismoꝝ essent eadem p̄ncipia tunc sequeret̄ ꝙ quodlibet posset demonstrari ex quolibet principio sed hoc est impossibile ⁊ stultum dicere ergo illud ex quo sequitur. Sequela est manifesta. Et ꝙ sit stultum ⁊ impossibile patꝫ.qꝛ hoc neqꝫ fit in scientijs manifestis que ꝓcedunt ex ꝓpositionibus immediatis neqꝫ in resolutorijs hoc est in illis que ꝓcedunt ex mediatis q̄ in im̄ediatas resoluunt̄ Tertia ratio est .diuersoꝝ generū sunt diuersa genere p̄ncipia.sꝫ quedā scientie sunt diuerse genere.ergo. minor patꝫ ex prius dictis.qꝛ sunt de diuersis subiectis sed diuersa subiecta dicuntur diuersa genera scibilia.

¶ Secundum capitulum.

Scibile aūt ⁊ scīa differunt ab opinabili ⁊ opinione.

In scd̄o capitulo ph̄us determinat de ꝯpatōne scie ad alios habitus intellectuales. Et diuiditur in duas ptes. In p̄ma determinat de ꝯpatōne scie ad opinionē. In scd̄a de ꝯpatōne scie ad alios habitus.

Queritur Quõ differt scia ab opinione. Solutio phs assignat duas differẽtias. Prima sumit ex pte subiectoꝝ de q̃bus sunt scia ꝛ opinio. Et est ista. Scia est vniuersalium et necessarioꝝ que nõ ꝯtingit aliter se habere. Sed opinio est circa contingentia ꝛ q̃ pñt aliter se habere. g̃ drñt ab inuicem scia ꝛ opinio

Querit Quõ pbat phus ꝙ scia nõ est circa ꝯtingentia ꝛ què possunt aliter se habere. Solutio hoc sic pbat. quia si sic tũc seq̃retur ꝙ impossibilia aliter se habere essent possibilia aliter se habere sed hoc est incõueniens ꝛ oppositio in adiecto. g̃ illud ex q̃ seq̃tur.

Queritur Utrum intellectus sit circa contingentia ꝛ que possunt aliter se habere. Solutio phi ꝙ non sicut nec scientia.

Qr Utꝝ intellectus sit idẽ cum scia. Solutio ꝙ nõ. Sed differunt ſm phm dupl'r. pmo qꝛ intellectus est pncipiũ scie. ſꝫ nõ est ꝓprie pncipiũ opinionis. Et ꝙ hoc veꝝ sit ꝙ scꝫ intellectus sit pncipium scie. ptꝫ qꝛ intellectus est habitus pncipioꝝ demõstratõis. scia vero habitus ꝯclusionis. Sicut ergo pncipia sunt cã ꝯclusionis ita opꝫ etiam ꝙ intellectus sit pncipiũ ꝛ causa scie. Scdõ differunt qꝛ scia est ꝓpõnis mediate ꝛ demonstrabilis que scꝫ per medium potest demonstrari. Sed intellectus est acceptio ꝓpõnis immediate ꝛ indemonstrabilis.

Queritur An isti tres habitus de quibus est iam mentio facta scꝫ intellectus scia ꝛ opinio nõ habeãt in aliquo ꝯuenientiã. Solutio phi ꝙ sic. qꝛ in hoc ꝯueniunt ꝙ quilibet eorũ est circa verum. Sed tamẽ differẽter. qꝛ intellectus ꝛ scia sunt circa verum quod nõ ꝯtingit aliter se habere. ꝛ ergo illi duo habitus sic sunt circa veꝝ ꝙ nõ possunt esse circa falsum. Sed opinio est circa verum quod ꝯtingit aliter se habere. ꝛ ergo opinio potest etiam esse circa falsum. Et ergo dicit phus ꝙ q̃uis opinio aliquando accipiat ꝓpositõnem immediatam nõ tamen accipit eam vt necessariam ꝛ per modum immediatõnis. sed vt probabilem ꝛ possibilem aliter se habere.

Queritur Que est scdã differẽtia qua differt scia ab opinione. Solutio scdã differẽtia sumit ex pte scientis ꝛ opinantis. Et est ista. qꝛ nullus dicit se opinari vel habere opinionẽ quando accipit aliquid quod impossibile est aliter se habere ſꝫ dicit se scire. Sed quando accipit aliquid vt possibile aliter se habere. tũc dt se opinari ꝛ habere opinionẽ g̃ seq̃tur ꝙ opinio nõ sit scia nec econtra.

Queritur Quot dubitatões mouet phus circa iam dicta Solutio duas. Prima est. vtꝝ eiusdem possit esse scientia ꝛ opinio hoc est vtrum vnum ꝛ idem potest opinari ꝛ sciri Secunda est vtrum opinio ꝛ scientia sunt idem.

Queritur Quõ procedit phus circa istas dubitatõnes. Solutio primo arguit pro secunda dubitatio-

ne ꝙ opinio sit scientia. Secundo soluit illam secundam dubitatõnem. ⁊
tertio soluit primam.

Queritur Quõ arguit ꝙ opinio sit scia. Solutio phus
ponit tria argumenta in textu ẜm egidium de ro
ma. Primũ est nihil ꝯtingit scire quod non ꝯtingat opinari ⁊ econuerso
nihil ꝯtingit opinari quod nõ ꝯtingat scire. ergo scire ⁊ opinari sunt idez
et ꝑ ꝯsequens opinio ⁊ scia sunt idẽ. Scđm argumentũ est. Sicut scia ꝓ
cedit ꝑ media donec veniat ad immediata. Ita etiam opinio ꝓcedit re
soluendo ꝑ media donec veniat ad immediata. ergo opinio videt̃ esse scia
Tertium argumentũ est ꝓprium videt̃ esse scie diuidi ꝑ qꝛ ⁊ ꝓpter quid sꝫ
hoc ꝯuenit opinioni. qꝛ ꝯtingit opinari qꝛ ⁊ ꝓpter quid. ergo videtur ꝙ sci
entia ⁊ opinio sint idem.

Querit̃ Quõ soluit phus istam scđam dubitatõem Solu
tio dicit ꝙ opinio ⁊ scia nõ sunt idẽ. Et rõ illius est. qꝛ
qñ aliq̃d ꝓcedit ꝑ media q̃ nõ ꝯtingit alit̃ se hr̃e sicut sunt definitiões ꝑ q̃s
demõstratões ꝓcedũt tũc generat̃ scia. Sꝫ qñ ꝓcedit aliq̃s ꝑ media ꝓ̃a
sꝫ ꝯtingẽtia aliter se hr̃e tũc generat̃ opinio ⁊ ꝗ pꝫ ꝙ nõ sunt idẽ scia ⁊ opinio
Et ꝑ h̃ facilit̃ iã soluunt̃ argumẽta ꝓ̃us facta Ad ꝓ̃mũ eñ dr̃ ꝙ lꝫ vnũ
⁊ idẽ ꝯtingat sciri ⁊ opinari nõ tñ ꝑ eadẽ media. ⁊ hoc magꝭ patebit ex so
lutõne scđe dubitatõnis. Ad scđm ⁊ tertiũ dꝫ dici ꝙ sicut ꝯtingit scire
qꝛ ⁊ ꝓpter quid ꝑ mediata ⁊ immediata. ita etiã ꝯtingit opinari qꝛ ⁊ ꝓpter
quid. quia si quis opinetur per immediata ⁊ sciat resoluere opinabilia me
diata vsq̃ ad immediata. tunc opinatur quia ⁊ ꝓpter quid. Sed si opi
netur solum per mediata ⁊ nõ sciat illa vsq̃ ad immediata resoluere tunc
opinatur quia tantum.

Querit̃ Quõ soluit phs ꝓ̃mam dubitatiõem qua q̃rebat̃ vtꝝ
eiusdẽ potest esse scia ⁊ opinio. Solutio dr̃ ꝙ vnius
et eiusdem materialiter potest esse scia ⁊ opinio. sed nõ formal'r. Et hoc ꝓ
bat phus tali rõne. Sicut opinio vera ⁊ opinio falsa sunt eiusdẽ scia ⁊ opi
nio possunt esse eiusdẽ. Sꝫ opinio vera ⁊ falsa nõ sunt eiusdẽ formal'r sꝫ so
lum material'r. ergo etiã scia ⁊ opinio nõ possunt esse eiusdẽ formal'r sꝫ so
lum material'r Minor ꝓbat̃. qꝛ tunc seq̃rent̃ incõuenientia. scꝫ ꝙ nulla eẽt
opinio falsa ⁊ multa similia. Etiã pꝫ ista minor exemplariter. qꝛ istiꝰ opi
nabilis formaliter accepti ꝙ diameter ẽ symeter ẽ opinio falsa sꝫ nunq̃ eiꝰ
ꝑt esse opinio vera. qꝛ illud opinabile nũq̃ ẽ verꝝ. Sꝫ tñ de eodẽ opinabili
material'r sicut de dyametro in ordine ad diuersa ꝓ̃dicata ꝑt eẽ opinio ve
ra ⁊ falsa. Et ꝙ sic etiã sit de scia ⁊ opinione ꝓbat phs exemplariter. qꝛ si
aliq̃s cognoscat de hoĩe ꝙ necesse est hoĩem esse aĩal tunc hꝫ sciam. Sed si
cognoscat ꝙ sit aĩal ita ꝙ ꝯtingat ip̃m nõ esse aĩal. tunc hꝫ solũ opinionẽ ⁊
nõ sciam. Et sic vnius ⁊ eiusdẽ ꝓpõnis scꝫ ꝙ hõ est aĩal material'r potest
esse scia ⁊ opinio sub alia ⁊ alia ratõne.

Queritur Quod est correlariũ qđ infert phs ex hoc So
lutio ꝙ vnus ⁊ idem homo nõ ꝑt habere sil't ⁊ se
de eodẽ sciam ⁊ opinionẽ. Sꝫ bñ duo diuersi hoĩes vel vnus ⁊ idẽ homo

successiue in diuersis temporib9. Et rō istius est. q2 si vnus ⁊ idem hō simł haberet de eodē scia ⁊ opinionē tunc cognosceret simul ⁊ semel de eadē re ꝙ posset se aliter habere ⁊ ꝙ nō posset se aliter habere qd̾ est īpossibile.

Queritur Circa scd̾am ꝑtem capituli quō phus ꝯꝑat scientiam ad alios habitus intellectuales Solutio ꝯꝑat dupłr. pmo ad habitus q̇ sunt de ꝯclusionib9. scd̾o ad habitum qui respicit medium. Quo ad pmum breuiter se absoluendo d̾t ꝙ quō oportet distinguere inter reliqua scꝫ inter ratōnem intellectum sciam arteꝫ prudentiam ⁊ sapientiā nō spectat ad p̄sentem speculatōem sed ꝑtim spectat ad physicā ꝑtim vero ad moralem phiam.

Querit̄ Quid intelligit phus hic ꝑ ratōnem quid per intellectum sciam ⁊ sic de alijs Solutio ꝙ ꝑ ratōnem intelligit potentiam anime de qua spectat ꝯsiderare ad physicum quō scꝫ distinguatur ab intellectu memoia ⁊ alijs potentijs cognitiuis. Intellectus em̄ accipitur dupliciter. vno modo vt nominat potentiam ⁊ sic ꝯsideratio eius spectat etiam ad physicam. Alio modo vt nominat habitum sicut etiam alia quattuor. scꝫ scia ars prudentia sapientia. ⁊ ergo determinatio illorum spectat ad moralem phiam. Vel potest dici fm̄ egidium de roma ꝙ ꝑ ratōnem intelligit phus habitum ꝯclusionis que subdiuiditur ꝯsequenter in quattuor alios habitus. scꝫ in artem prudentiam scientiam ⁊ sapientiā. Pro quo notandum est ꝙ habitus intellectiuus qui est veri tantum. Prima sui diuisione diuiditur in intellectum qui est habit9 pnciptorum ⁊ in ratōnem que est habitus ꝯclusionis. quia cōclusio habetur per ratōnem non autem principia. Et ratio ꝯsequenter subdiuiditur in quattuor alios habitus. q2 ꝯclusio vel est practica vel speculatiua. si practica hoc est dupliciter. q2 vel est de agibilibus. ⁊ sic est prudētia. vel de factibilibus ⁊ sic est ars. Si speculatiua hoc etiam est dupliciter. q2 vel habetur per causas altissimas ⁊ sic est sapiētia. vel per causas nō altissimas et sic est scientia.

Queritur Quid est sollertia. Solutio sollertia est pmptitudo vel subtilitas quedam inueniendi mediuꝫ in nō prospecto tempore. Et ponit phus in textu de hoc tria exempla. Primum est vt si queratur ab aliquo propter quid luna conuersa ad solem habet splendorem. Et statim in nō prospecto tempore respondeat ꝙ hoc ideo est. quia luna nō habet lumen suum a se sed a sole. talis dicitur habere sollertiam. Secundum exemplū est. vt si queratur quare diues disputat vel litigat cum paupere. Si tunc statim sine magna deliberatione respondeat. quia diues concessit aliquid pauperi quod repetit. talis dicitur esse sollers. Tertium exemplum est. Si queratur quare isti qui prius fuerant inimicitiam facti sunt amici tunc si respondeat quis ꝙ hoc est propter vnum tertium cuius facti sunt inimici illa vocatur sollertia.

Queritur Utrum sollertia etiam ꝑtineat ad scientiam ⁊ demonstratōnem. Solutio ꝙ sic. Et ratio illius

est. quia sollertia est habitus cognoscendi medium. sed talis cognitio medij est ꝓpter quid ⁊ demonstratiua. ergo sollertia ptinet ad demõstratõẽ

Queritur Quõ ꝓbat phus ꝙ talis cognitio medij est propter quid ⁊ demonstratiua. Solutio probat dupliciter. Primo ratõne sic. Omnis cognoscens causas mediatas statim cognoscit vltimas ⁊ immediatas in quibus stat resolutio immediatarũ. sed habens sollertiam cognoscit causas mediatas. ergo statim cognoscit vltimas ⁊ immediatas. sed cognoscẽs causas vltimas ⁊ immediatas cognoscit propter quid. ergo talis cognitio medij, que est per sollertiam ẽ cognitio propter quid. Secundo ostendit phus hoc idem ꝑ exemplum superius positum ordinando ipsum ad formam syllogismi sic arguendo. Quicquid habet lumen a sole splendet ꝯuersum ad solem sed luna habz lumen a sole. ergo luna splendet conuersa ad solez. in tali em̃ syllogismo cõclusio scitur propter quid per medium per sollertiam cognitum. ergo seq̃tur ꝙ cognitio talis medij est ꝓpter quid ⁊ demõstratiua.

Queritur Quare sollertia nõ ꝯnumerantur ꝯmuniter inter habitus intellectuales sicut scientia ⁊ intellectus. Solutio sollertia accipitur dupliciter. vno modo vt est quedam naturalis vis ⁊ industria deueniendi ꝓmpte ⁊ faciliter de causa in causatum ⁊ econtra. ⁊ sic nõ potest ꝯnumerari inter habitus. quia inest solum a natura. Alio modo vt est quedam promptitudo vel subtilitas acquisita ad cito inueniendum medium. ⁊ sic est habitus sed nõ est habitus distinctus ab alijs sed ꝯprehenditur sub alijs. quia si medium sic inuentuz sit necessarium tunc sollertia ꝯprehenditur sub scientia. Si vero est cõtingens tunc ꝯprehenditur sub opinione. Alia autem que solent etiam hic queri de numero istorum habituum ⁊ de definitõnibus eorundem habita sunt prius in preambulis logice circa ꝑncipium. Et ergo hec de ꝑmo libro posterioꝝ arestotelis dicta sufficiant.

Circa initiũ secũdi libri posteriorum Arestotelis.

Queritur Primo de quo determinatur in hoc libro. Solutio de potestate syllogismi demonstratiui que consistit in inuentõne medij.

Qr Quõ iste liber diuidit. Soº diuidit ꝑma sui diuisione in duos tractatꝰ ſm ꝙ duplex ẽ ꝑncipiũ sylli demõstratiui. s. medium

et ꝓpõnes ꝑme ⁊ indemõstrabiles. Unde in primo tractatu determinat phus de ꝯgnitione medij. In secundo de ꝯgnitione primaruꝫ propositionum. Primus tractatus diuidit in duo capla. In primo inuestigat qd sit medium in demonstratonib. In secũdo inquirit qũo hoc mediũ nobis inotescit. Primũ capkm subdiuidit in tres ptes. In prima phs enumerat questiones vere scibiles ⁊ eas distinguit. In scda reducit eas ad duas questiones Et in tertia reducit eas ad vnã. ꝑmo ergo ponit phs istam ꝓpositionem

Uestiones sunt equales numero his quecunqꝫ vere scimus. Querimus autem quatuor. quia. ꝓpter quid. si est. et quid est.

Cuius propositiones sensus est ꝙ questiones demõstratiue que de reb demõstrabilibus querũtur ⁊ non alie. sunt equales numero numerositate specifica ⁊ formali his que vere scimus hoc est vere scibilib que ꝑ demõstrationẽ accipimus. vel ꝑ ea q̃ sunt in demõstratione.

Arguit De vno scibili vel quesito possunt formari quatuor questiones. ergo questiones non sunt equales nũero. his que vere scimus Añs probat. qꝛ de hoĩe potest queri. an est qd est ⁊c̃

Solo licet de vno q̃sito materialiter accepto possint formari quatuor questiones non tamen de eodem quesito accepto formaliter iam questiones scibiles nũerant et distinguunt ad nũerum ⁊ distinctõem q̃sitorũ vel scibilium formaliter acceptorum et illis dicuntur esse equales

Querit Quare phs incipit istum librum a questionib So ꝙ ratio illius est quia phs intendit hic determinare de inuentione medij sꝫ medium ordinat ad hoc vt per ipm deueniamus in noticiam alicuius scibilis. qꝛ ergo scibile antecꝫ sit cognitum est quesito ideo phs a questionib vere scibilibus incipit istum librum. Et hoc ꝯuenienter. qꝛ vt dicitur ꝑmo metaphisice Ex ammirari inceptũ est phari.

☞ Querit. quid est questio Solutio. questio in cõi sic definit a petro hys. Questio est dubitabilis ꝓpõ. vel sic ꝓm linconiensem. Questio ẽ motus q est suꝑ rem quesitam ꝑtim notam ⁊ ꝑtim ignotã

Querit Quid est questio scibilis So. questio scibilis ꝓm ꝙ in ꝓposito accipit est interrogatio alicuius ꝓpõnis determinabilis ꝑ demõstratõem vel que p̃t elici ex demõstratione Et ad ipaꝫ requirunt tria. Primũ est ꝙ illud de quo q̃ritur sit dubitabile q̃tum de se est. Secũdum ꝙ aliquid presupponat Et tertium est ꝙ habeat mediuꝫ per quod possit demonstrari

Ar Nulla questio est scibilis g. Añs ꝓbatur, qꝛ oĩs questio vt huiusmodi est dubitabilis. Solutio. ꝙ licet questio vt hmõi formaliter ꝯsiderata non sit scibilis sed dubitabilis. tamẽ qꝛ realiter idẽtificatur cum scibili vel scito cuius est questio. ergo in ꝓposito vocatur q̃stio scibilis. Uel p̃t dici ꝙ q̃stio nõ dicitur hic scibilis in ntõ sꝫ in grõ sub hoc sensu questio scibilis. id ẽ questio que q̃rit de aliquo vere scibili.

Qr̃ Quot sunt questiones scibiles Solutio ꝙ quatuoꝛ.scȝ

Si est.
Quid est.
Quia est.
ꝓpter q̇d est.

Et vocātur questiones scibiles qꝛ ꝑ ip̄as querimus de vere scibilibus Uere aūt scibilia sunt quatuoꝛ scȝ esse rei.q̇dditas rei. inherentia passio-nis in subiecto.⁊ causa talis inherentie.vnde questio si est q̄rit de esse rei absolute.Quid est querit de quidditate seu definitione rei.quia est de inherentia passionis in subiecto,⁊ ꝓpter quid de causa talis inherentie.Exemplū de si est.vt an centaurus est vel non.an deus est vel non.Exēpluȝ de q̇d est.vt quid est deus.aut quid est homo Exemplū de qꝛ est.vt vtꝛ sol eclipsaꝛ vel non.Exempluȝ de ꝓpter quid.vt ꝓpter quid sol eclipsatur ꝓpter quid terra mouetur

Queritur Q̄uo dr̄n̄t iste quatuoꝛ questiones abinuiceȝ. Sol'o sic differūt.qꝛ due dicūtur ꝯposite siue ponentes in nūeꝝ.Et alie due dicunꝛ simplices ⁊ nō ponētes in nūerum

Qr̃ Que questio dicitur ꝯposita seu ponens in numerū.Et q̄ simplex siue non ponens in numerum. Sol'o Alberti illa questio dicitur ponens in numerū que querit de subiecto in oꝛdine ad predicatuȝ positum in propositione de est tertio adiacente.Et ratio illius est.qꝛ tale predicatum est dr̄ n̄a substantialis vel accidentalis respectu subiecti ꝑ quam esse subiecti nūeraꝛ vel in numerū ponitur.Et ergo questio qꝛ est que querit de inherentia predicati in subiecto ⁊ questio ꝓpter q̇d q̄ q̄rit de causa talis inherentie dicuntur ponere in numerū.Et ille questiones vocantur etiam cōposite.Quia questio composita est cuius vltimū quesitum ⁊ intentum est scire compositum.Sed illa questio dicitur non ponens in numerū que querit de subiecto in oꝛdine ad predicatum qḋ est hoc verbū est simpliciter acceptū et scd̄m adiacēs.Et ratio illius est q̇a esse in cōmuni acceptū ſm ꝙ ꝑcaꝛ ꝑ hoc verbum est secundum adiacens non distinguiꝛ a subiecto nec facit numerū cū eo.Et ergo questio si est q̄ querit de esse rei absolute ⁊ questio quid est que querit de q̇dditate rei nō ponūt in numerū.Et ille questiones etiam vocantur simplices.Nam questio simplex dicitur cuius vltimū quesitum et intentum est scire simpliciter.Solet tamen cōmuniter sic dici.ꝙ illa questio dicitur ponere in numerū que querit de predicato quod est realiter distinctum a subiecto.Et illa dicitur non ponere in numerum que querit de predicato quod est realiter idem cum subiecto

Queritur Que est sufficientia istarū quatuoꝛ questionum. Solutio sufficientia sumitur ex iam dictis.Quia omnis questio scibilis vel ponit in numerum vel non ponit in numerum.Si non ponit in numerum hoc est dupliciter quia vel querit esse rei simpliciter.⁊ sic est questio si est.vel querit q̇dditatem rei.et sic est questio quid est.Si ponit in numerū hoc est etiam dupliciter quia vel querit

de inherentia passionis in subiecto z sic est questio quia est vel querit de causa talis inherentie. z sic est questio propter quid.

Ar̃ Sunt infinite questiones. ergo nō sunt quatuor. Añs ꝓbat᷑. q̇a questio est dubitabilis ꝓpositio. sed infinite pn̄t esse ꝓpositiones dubitabiles de homine de asino de leone zc̄ijs. Solutio. licet sint infinite questiones loquēdo de questionibꝫ in cōi non sunt tamē nisi quatuor questiones scibiles de q̇bꝫ hic loq̇mur Vel dicēdū ꝙ licet possint esse infinite questiones ſm numerū nō tñ ſm spēm et formā

Ar̃ Est aliqua questio quid nois z illa non est hic posita. ergo erunt plures q̄ quatuor Sol'o quid nois presupponitur in om̄i demonstratione z disputatione et ergo de eo nō format᷑ aliqua q̄stio scibilis ☞ Contra. ex illo sequeretur ꝙ nō esset aliqua questio q̄ est. nec aliqua questio q̇d est. Sequela probatur. q̄ q̇a est et quid est etiam presupponuntur in omni demonstratione quia sunt precognitiones Solutio ꝙ quia est et quid est accipiuntur dupliciter. vt dictum est superius circa ꝓ̇ncipium huius ibi queratur

Ar̃ Omnis questio debet fieri cum aliqua nota interrogationis. sed si est z quia est non includunt aliquam notā interrogatōnis. ergo non sunt questiones. Sol'o quādo dicitur ꝙ si est ē questio vel quia est est q̄stio tunc hoc cōplexum si est vel hoc ꝯplexum q̄ est nō est nti casus sz genitiui casus. z est oratio trūcata. vnde sensus est. si est questio. i. ip̄ius si est questio. q̄ est ē questio. i. ip̄ius quia ē est questio vel de q̄ est ē questio. Et ergo patet ꝙ questio si est non fit p si est nec questio quia est per quia est sz vtraqꝫ fit per aliquod signū interrogatiuum An vtrū vel huiusmodi. Et ergo dicit Albertus ꝙ vbi nostra translatio habet si est ibi trāslatio arabica habet (an est) Et vbi trāslatio nostra habet quia est ibi arabica habet (hoc an insit huic)

Queritur An iste quatuor q̄stiones possint reduci ad duas Solutio phi ꝙ sic. quia questio si est. z quia est non faciunt nisi vnam questionem quia ille due questiones non querunt nisi vtrū vel si illius quod per illas questiōes queritur sit aliquod mediū Et questio propter quid z questio quid est etiam non faciunt nisi vnam questionē. q̄ querūt quod sit illud medium. Et sic omnes quatuor questiones reducunt᷑ ad duas scz si est mediū z quid est medium

Queritur Quā differenter q̄stio si est et questio quia est q̄runt si est medium. Sol'o ꝙ tam differenter quia questio si est querit si est medium esse rei simpliciter sed questio q̇a est querit si est medium esse rei in p̄te. Et hoc declarat phus exemplariter. quia quando queritur. An luna est aut non, vel an nox est vel nō tūc queritur esse simpliciter. Sed quando queritur. An luna eclipsatur vel deficit. tunc queritur esse in parte quia tunc non queritur simpliciter z absolute an luna habeat esse sed an insit sibi illa proprietas q̄ est eclipsis. et hoc non est esse lune simpl'r sz esse accidentale z in p̄te

Querit̃ An ne omnes iste questiones possint reduci ad vnam. Solutio phi ꝙ sic scʒ ad questionem medij. q̈a oi̊s questio est questio medij.

☞ Querit̃. quõ probat hoc phs ꝙ oĩs questio sit questio medij. Sol'o ꝓbat dupliciter .s. rõne et signo. Ratione sic Omis questio querit causam quesiti sʒ medium ⁊ causa sunt vnũ ⁊ idem. ergo omnis questio est q̃stio medij. Maiorẽ ꝓbat phs inductiue. p̃mo de questione quia est. qꝛ quã-do queritur vtrũ luna eclipsatur tunc querit̃ an sit aliqua cã ꝑ quã possit ꝓbari lunã eclipsari. scõo de questione ꝓpter quid qꝛ qñ scimus ꝙ sit aliq̃ causa eclipsis lune q̃rimus ꝯñr ꝓpter quid luna eclipsat̃. qꝛ illa questio q̃-rit quid est hoc qđ est causa vel que sit causa ꝓpter quã luna eclipsat̃. Et eadem ratio est etiam in alijs questionibꝫ qꝛ qñ querit̃ ꝑ q̃stionẽ si est An eclipsis sit. tũc queritur an sit aliqua causa ꝑ quã possit ꝓbari eclipsim eẽ. et dato ꝙ sit tunc queritur ꝑ questionẽ q̇d est. quid est cã Minorẽ etiã ꝓbat phus. qꝛ siue querat̃ esse simpliciter cuiusmodi querit̃ de subiecto qđ non est esse hoc aut hoc. sed est esse simpliciter siue querat̃ esse nõ simplici-ter sed esse aliquid quale est esse eoꝝ q̃ predicant̃ ꝑ se vel ꝑ accidens sꝫ in oĩbꝫ talibꝫ causa que querit̃ est ip̃m medium et ergo ptʒ ꝙ in oĩbus me-dium et causa sunt vnũ et idem

de subiecto esse

Queritur Quãdo queritur de subiecto esse simpliciter ⁊ qñ esse aliquid. Soº ꝙ tunc q̄ueritur de subiecto esse simpliciter qñ querit̃ de subiecto absolute ⁊ ꝭm se sicut quãdo querit̃ de luna. vtrũ sit vel de terra vel de triangulo vtrũ habeat esse. Sʒ tũc que-rit̃ de subiecto eẽ aliq̇d qñ q̃rit̃ de subiecto esse ꝭm q̇d. ⁊ ꝭm ꝑte Sicut qñ querit̃. vtrũ luna eclipsat̃ aut non vel vtrũ triangulus habeat tres angu-los equales duobꝫ rectis vel non. oĩa eñi illa sunt noĩa passionuʒ ⁊ dicunt esse hoc in hoc qđ non est esse simpliciter sʒ eẽ in ꝑte seu esse ꝑticulatũ.

Querit̃ Ex quo dictum est prius ꝙ questio quid ⁊ questio pro-pter quid faciunt vnã questionẽ qꝛ scʒ idem q̃runt quõ probatur hoc ꝙ questio quid et propter q̇d idẽ querũt Soº licet hoc satis pateat ex dictis tñ phs interponit ⁊ addit hic talem rationẽ Quia ille questiones idẽ querũt ad quas dat̃ vna responsio sʒ ad questionẽ q̇d et ꝓpter quid datur vna responsio. ergo ille due questiones idẽ querunt. Minorem probat duplici exemplo. Primũ exemplum est naturale. vt cum queritur quid est eclipsis lune. respõdet̃ ꝙ est ꝑuatio luminis in luna ab interpositione terre inter solẽ et lunã Et dũ querit̃ ꝓpter q̇d eclipsat̃ lu-na respondet̃ idem ꝙ prius scʒ propter interpositionẽ terre inter solem et lunã. Scõm exemplũ est musicale. vt cum q̃rit̃ quid est harmonia vel con-sonantia. Respõdet̃ ꝙ est proportio nũerorũ inter acutuʒ ⁊ graue ꝭm nu-merũ notarum ⁊ neumatũ. Et si queratur ꝓpter q̇d acutũ ⁊ graue cõso-nant. respõdetur eodem modo scʒ ꝓpter ꝓportionẽ numerorũ inter acutũ et graue ꝭm nũerum notarum ⁊ neumatum

Querit̃ Quõ probat iam phs a signo ꝙ oĩs q̃stio sit q̃stio me-dij Solutio sic ꝓbat. qꝛ illius est questio quo habito

cessat omnis questio seu inq̄sitio sed habito medio cessat oīs questio. ergo oīs questio est questio medij. Minor p3 exemplariter in sensibilibus. q2 nos q̄rimus si est eclipsis lune vel nō propter hoc. q2 nō sentimus vel videmus medium qđ est causa eclipsis lune z sic absentia medij est nobis causa querēdi. Sz si essemus sup lunam tunc nō q̄reremus si est eclipsis lune vel propter q̄d est. q2 tunc ad oculum videremus z cognosceremus mediū sc3 terram interpositā inter solē z lunā q̄ interpositio est cā eclipsis lune.

Arḡ Sensus est solū singulariū sed illa que q̄runt̄ p istas questiones sunt vniuersalia. ergo nō p̄t mediū de quo est questio a nobis cognosci p sensum. Solutio phi ad hoc argumentū. q̄ l3 sensus sit solum p̄ticulariū tñ ex p̄ticulari sensato p abstractōem fit in nobis vl'e. qđ est p̄ncipium cognoscendi causam vl'r z in omnibus.

Arḡ Omnis questio est questio ɔclusionis. ergo male d2 hic q̄ omnis questio est questio medij. Añs pbat̄. q2 ɔclusio est q̄ querit̄. Solutio q̄ omnis questio est bñ ɔclusionis tanq̄ finalis z vltimati q̄siti. Sed nō tanq̄ p̄ncipij p qđ ɔclusio terminat̄ sed sic omnis questio est questio medij q2 medium est illud p quod terminatur ɔclusio.

Arḡ Si est z q2 est nō sunt questiones medij. ergo nō oīs questio est questio medij. Añs p3 ex forma querendi illa2 questionū. q2 qñ q̄ritur si hō est vel an sol eclipsat̄ ibi nō querit̄ aliqđ mediū p qđ illa possint demōstrari. Solutio l3 ille questiones ex forma sua querendi nō q̄rant medium q̄runt tñ mediū s'm quandā ɔcomitantiā q2 si sol eclipset̄ vel hō est seq̄tur q̄ sit dare vel inuenire aliqđ mediū ad demonstrandū ea q̄ sic q̄runt̄. Et ratio illius est q2 de immediatis nunq̄ fit questio q2 de se sunt manifesta z nō habent aliquod medium. Et ergo si de aliquo est questio seq̄tur q̄ ipsum habeat medium.

Querit̄ Utrū questio si est sit demōstrabilis vel vtrū possit per demōstratōem terminari. Solutio q̄ sic. Et ratio illius est. q2 sicut se hñt propter q̄d z q2 est. ita se hñt q̄d est z si est. vt p3 ex dictis. Sz propter q̄d d2 cām ipsius q2 ē ergo q̄d ē etiā d2 cā3 ipsius si est z p ɔñs questio si ē p̄t p q̄d est hoc est definitōem indicantē q̄dditatē rei terminari z demōstrari. Preterea quicq̄d h3 causam a qua dependet hoc p̄t p eam demonstrari sed esse rei simpl'r qđ querit questio si est in rebus creatis h3 causam a qua dependet. ergo p̄t p illam demōstrari. maior est nota. minor pbat̄. q2 nulla res creata h3 suum esse a se sed h3 hoc sibi accōmodatum z p̄ticipatum a p̄ma causa. z ergo illa causa ydonee appropriata p̄t esse medium terminandi z certificādi questionē si est de quelibet re creata vt sic arguēdo. p̄ma causa s'm ratōnem pure bonitatis semp est. ergo effluxio entitatis cuiuslibet creature est vel sic deus q̄ est actor sempiterne vigilie influēdo suas bonitates. est ergo quelibet res vniuersi est vel ergo tota vniuersitas entium est. Et huiusmodi demōstratōnes q̄uis quo ad nos videantur plurūq3 pbabiles z parum ostendentes congrue tamē reducte in euidentiam suo2 p̄ncipio2 sunt efficacissime notiores z sunt sapientiales generantes in nobis nō habitum scie proprie sed sapientie.

Ar Questio si est q̃rit esse existẽtie. sʒ hoc est corruptibile. ergo questio
si est nō pt p demōstratōem terminari. ꝯña tenet. q₂ demōstratio
est ꝑpetuoꝝ ⁊ incorruptibiliū vt ṗus patuit. Solutio ꝙ est duplex eẽ
existentie scʒ aptitudinale seu radicale ⁊ actuale iam licʒ esse existentie ac-
tuale ⁊ ratum in natura quod ꝯuenit suppositis sit corruptibile nō cadēs
sub arte vel demonstratōne tamen esse existentie aptitudinale seu radica-
le quod est idēpticum essentie ⁊ ꝯuenit spēi est incorruptibile ⁊ ꝑpetuum.
Et tale esse existentie querit questio si est ⁊ ergo questio si est potest p de-
monstratōnem terminari.

¶ Secundum capitulum.

Quō aūt ꝙ q̇d est ostendit̃ ⁊ quis modus introductōnis.

In scd̃o capitulo pħus ostendit quō medium demōstratōis nobis in-
notescit. Et diuidit̃ in duas ꝑtes In ṗma ostēdit quō ip̄m ꝙ q̇d est ⁊ ꝓpt
quid se habent ad demonstratōem. In scd̃a vero quō opʒ ipsum ꝙ quid
est ⁊ ꝓpter quid inuestigare. ṗma subdiuiditur in duas. q₂ prima facit hoc
de quid est. scd̃o de ꝓpter quid.

Queritur Quot questiones mouet hic pħus circa ip̄m qđ
quid est. Solutio ꝙ quattuor. ṗma est. vtruʒ
oīm quoꝝ est demonstratio sit definitio. scd̃a est ꝯuersiua ṗme. vtrum scʒ
oīm quoꝝ est definitio sit demōstratio. tertia est An ne alicuiꝰ eiusdē po-
ssit esse demōstratio ⁊ definitio ⁊ ecōtra. Quarta q̄ est ṗncipalius hic in-
tenta est vtꝝ ipsum ꝙ quid est possit p syllogismū vel demonstratōeʒ ostē-
di de eo cuius est.

Queritur Quō soluit pħus ṗmam questionem. Solutio dicit
ꝙ nō oīm quoꝝ est demonstratio est definitio. Et pro-
bat hoc quattuor ratōnibus. Quaꝝ ṗma est ista. Omne quod ꝑtinet ad
definitōnem p̄dicatur vniuersaliter ⁊ affirmatiue de eo cuius est. sed sunt
multe demonstratōnes que nō sunt vniuersales ⁊ affirmatiue. ergo non
omniū quorum est demonstratio ē definitio. Minor patʒ. quia oēs de
mōstrationes scd̃e figure sunt negatiue ⁊ oēs demonstratōnes tertie fi
gure sunt particulares. Secunda ratio est. Quia aliquid scitur per de-
monstratōem qđ nō scitur p definitōem. ergo nō oīm quoꝝ ē demonstra
tio est definitio. Añs ꝓbat̃. q₂ ista ꝯclusio ꝙ oīs triangulus hʒ tres angu
los equales duobus rectis scit̃ p demonstratōem q̄tū nō pt sciri p defini
tionem. Et ꝙ nō possit illa ꝯclusio sciri p definitōnem patʒ dupl'r. primo
quia nihil quod scitur per demonstratōem habet definitōnem. q₂ al's po
sset sciri per definitōnem ante demonstratōnem. Scd̃o etiam. quia nihil
scitur per definitōem nisi incōplexū. sed illa ꝯclusio est q̇d ꝯplexum. Ter-
tia rō est. demonstratio est eoꝝ q̄ p se insunt. sʒ definitio nō est eoꝝ q̄ per se
insunt vel p accidens. ergo nō oīm quoꝝ est demōstratio ē definitio. Ma-
ior est nota ex ṗus dictis. ⁊ minor ꝓbat̃. q₂ sepe postq̄ʒ aliqua res est defi-
nita adhuc nihil cognoscimus de illis que insunt ei per se vl' per accidens
Quarta ratio est. definitio est notificatiua substantie sed illa de quibꝫ

sunt demonstratõnes nõ sunt substantie.ergo nõ om̃is cuius est demonstratio est definitio. Maior patz dupl'r.p̃mo q2 substãtia p̃ncipal'r definitur.accidens vero solum definit̃ p additamentũ.vt dicit̃ septimo methaphysice.Scđo q2 accidens nõ definit̃ nisi p̃cetur p modũ substãtie in abstracto vt dicendo albedo nigredo ꝛc.

Queritur Quõ soluit phus scđam questionẽ. Solutio soluit eam negatiue Dicens ꝙ nõ oĩm quorum est definitio est demõstratio. Et ꝓbat hoc duab9 rõnib9. Prima ẽ illud quod est demõstrabile vere scitur p demonstratõnem.ergo impossibile est ꝙ illud idem possit sciri p definitõem. ꝯsequẽtia ꝓbat̃. q2 vnius inq̃ztum vnum est tm̃ vna scia seu vnus modus cognoscendi. Etiã nisi sic.tunc aliquis habens definitõnem sciret aliquod demõstrabile nõ habita demõstratõne.quod est incõueniens. Secunda ratio est.quia definitiões st̃ p̃ncipia demonstrationũ.sed p̃ncipia sunt indemonstrabilia.ergo definitiones etiam sunt indemonstrabiles ꝛ per ꝯsequens nõ oĩm quorum est definitio est demonstratio. Minor patz q2 nisi sic tunc esset processus in infinitum in demonstratõnibus.

Querit̃ Quõ soluit phus tertiã questionẽ. Solutio etiam negatiue. Dicens ꝙ vnius ꝛ eiusdẽ nõ p̃t esse definitio ꝛ demonstratio. Et hoc ꝓbat trib9 ratõib9. Prima est q2 definitio manifestat ip̃m ꝙ q̇d est cuiuslibet rei. s3 demõstratio nõ manifestat s3 p̃supponit.ergo vnius ꝛ eiusdẽ nõ est definitio ꝛ demõstratio. Minor pt3 exemplariter.q2 in mathematicis p̃supponit̃ quid est vnitas ꝛ q̇d est par. Secunda ratio est. In illo quod p demonstratõem scitur p̃dicat̃ aliquid de aliquo.sed in definitõne nõ p̃dicatur aliquid de aliquo.ergo eiusdem non est definitio ꝛ demonstratio. Minor pt3 exemplariter . q2 in hac definitõne homo est animal bipes nec p̃dicat̃ bipes de animali.nec animal de bipede. Tertia ratio est diuersorum sunt diuerse notificatõnes. nisi vnum sit pars subiectiua vel species alterius.sed quid est ꝛ quia sunt diuersa et vnum nõ est pars alterius.ergo habebunt diuersas notificatõnes . sed q̇d est notificatur per definitõnem.ergo nõ poterit notificari per demonstrationem.ꝛ per ꝯsequens eiusdem nõ sunt definitio ꝛ demonstratio.

Ar Passio definitur ꝛ etiam demonstratnr , ergo vnius ꝛ eiusdem est definitio ꝛ demõstratio Solutio ꝙ passio potest accipi dupliciter.vno modo s̃m se ꝛ absolute.ꝛ sic ip̃a definitur ꝛ est cognoscibilis p definitõem. Alio modo ꝯsideratur quantũ ad esse ꝛ inherẽtiã eius in subiecto ꝛ sic cognoscitur per demõstratõnem.ꝛ sic vnius ꝛ eiusdem respectu eiusdem nõ est definitio ꝛ demonstratio sed bene respectu diuersoꝝ.

Queritur Quõ soluit phus quartam questionem qua q̃ritur vtrum ipsum ꝙ quid est possit per syllogismum vel demonstratõnem ostendi de eo cuius est. Solutio soluit eã negatiue ꝛ vult ꝙ ipsum ꝙ quid est non potest per syllogismum neq3 demonstratõnem ostendi vel inuestigari de eo cuius est.

Queritur Quid intelligiꝛ hic ꝑ ip̄m ꝙ quid est. Solutō ꝑ quid est intelligiꝛ hic definitio veꝝ tñ est ꝙ ſm ratōem diſtinguunꝛ q̄d est ꝛ definitio. qꝛ illud qđ explicaꝛ ꝑ definitōnem vocaꝛ ꝓprie ꝙ quid est. ſed illud qđ explicat vocaꝛ definitio. Et ita dr̄īt ſicut ſignum ꝛ ſignatum.

Qr Quid est inueſtigare ip̄m ꝙ quid est de eo cuius est. Solutio nō est aliud q̄ꝫ ꝯcludere aliquam concluſionem demonſtratiue in qua definitio denotaꝛ ineſſe ſuo definito.

Queritur Quō ꝓbat pħus ꝙ ip̄m ꝙ quid est nō p̄t inueſtigari ꝑ ſyllogiſmū vel demonſtratōem de eo cuius est. Solutio dupl'r. qꝛ p̄mo ponit quoſdā ſpeciales modos ſeu vias q̄bus poſſet videri ꝙ ipſum ꝙ quid est poſſet demōſtrari vel ꝑ ſyllogiſmum inueſtigari ꝛ ꝓbat ꝙ tales vie ſint inutiles ſeu ꝙ per tales modos ſeu vias ipſum ꝙ q̄d nō p̄t oſtēdi de eo cuiꝰ est. 2º oñdit h̄ idē ꝑ rōes cōes

De vijs inutilibꝫ inueſtigādi ꝙ quid est.

Queritur Quot ponit vias inutiles ad inueſtigādū ip̄m ꝙ quid est. Solō ꝙ ſex ſicut ex textu colligiꝛ. ¶ Prima est via demōſtratiua ex terminis ꝯuertibilibꝫ. Et ꝙ illa via ſit inutilis. ꝓbaꝛ p̄mo ſic. In om̄i demōſtratiōe demōſtraꝛ aliq̄d de aliquo ꝑ mediū. ſed inter definitōem ꝛ definitū nō est aliqđ mediuꝫ. ergo definitio ſeu ip̄m ꝙ quid est nō poteſt demōſtrari de ip̄o definito. Minor ꝓbaꝛ. qꝛ definitio p̄dicaꝛ cū hac reduplitatōne in eo ꝙ quid est de definito. qꝛ ꝑ illā reduplicatōem diſtinguiꝛ modus definitōnis ab alijs modis ſubſtantialium p̄dicatoꝝ. ꝛ ergo definitio est ꝓpria ꝛ ꝯuertibilis ꝛ immediata ip̄i definito. Scđo ſic. Si ip̄m ꝙ q̄d est ſeu definitio demōſtrareꝛ de eo cuius est tunc ꝯmitteretꝛ petitio p̄ncipij ſꝫ hoc est incōueniēs. g̃ illud ex quo ſeq̄tur. Seq̄la ꝓbaꝛ. qꝛ ſi definitio deberet concludi de ſuo definito in eo ꝙ quid est. tunc oporteret illam reduplicatōem in eo ꝙ quid est poni in vtraq̄ꝫ p̄miſſaꝝ ſcꝫ cum maiore extremitate in maiore ꝛ cum medio in minore et ita tam maior extremitas q̄ꝫ mediū eſſet definitio. qꝛ cuicunq̄ꝫ apponiꝛ illa reduplicatio in eo ꝙ quid est hoc est definitio. ꝛ ſic definitio ꝯcluderetꝛ ꝑ definitōem. Et ꝑ ꝯñs idē ꝓbaretꝛ ꝑ ſeip̄m ꝛ peteretꝛ id quod est in p̄ncipio definitōis em̄ nō est definitio niſi (vt dr̄ albertus) definitio dicaꝛ tm̄ alioꝝ noīm magis notoꝝ poſitio. Et iſtud declarat pħus exemplariter ꝑ duas definitōnes aīe quas poſuit plato. Prima est. Aīa est ſibiipſi cauſa viuendi. Scđa est. aīa est numerus ſeip̄m mouens. vñ ſi ad ꝯcludendū ſcđam definitōem cū hac reduplicatōne in eo ꝙ quid est aſſumaꝛ prima ꝓ medio ſic ſyllogiſando. Quicq̄d est ſibiip̄i cauſa viuendi est numerꝰ mouens ſeip̄m in eo ꝙ quid est. ſed aīa est ſibiipſi cauſa viuendi in eo ꝙ q̄d est g̃ aīa est numerus mouens ſeipſum in eo ꝙ q̄d est. ibi manifeſte petiꝛ p̄ncipiū qꝛ ſic ꝫ idē repetiꝛ i p̄miſſis itaꝛ in ꝯcluſiōe ꝓpꝛ reduplicatōeꝫ ibi poſitā

Ar Pħus poſtea docet vnā definitōnem demōſtrari ꝑ aliā. g̃ male dr̄ hic ꝙ ꝯmittatur petitio p̄ncipij. Solutio vna definitio p̄t

bene demōstrari ꝑ aliam simpliciter et sine reduplicatione ⁊ vt inheret definito. sed nō cum illa reduplicatione in eo ꝙ q̇d est ⁊ tanq̄ꝫ definito

Queritur Que est secūda via inutilis Solutio ꝙ via diuisiua. id est ꝑ syllogismū diuisiuū. Et ꝙ illa sit inutilis probat pħus tribus rationibus. Prima est ista Quia illa via est inutilis ad inuestigandum ip̄m ꝙ quid est ꝑ quam nihil ꝓbatur ⁊ nō sequit̄ conclusio necessario ex premissis sed via diuisiua est hm̄ōi ergo. Minor probatur qꝛ via diuisiua sic se habet sicut via inductiua sꝫ via inductiua nihil ꝓbat q̄uis aliquid manifestet. ergo via diuisiua etiā nihil ꝓbat Maior istius ꝓbationis ptꝫ qꝛ vtrobiqꝫ aliquid supponitur Minor ꝓbatur. qꝛ in inductōne solum sequitur ↄclusio eo ꝙ supponitur ꝙ oīa singularia sint inducta ita supponit̄ in via diuisionis ꝙ oīa que cōtinentur sub diuiso explicantur ꝑ mēbra diuisionis. ⁊ ergo nihil ꝓbatur in ea necessitate sed solum ex suppōne ⁊ hoc non valet in demonstrationibꝫ. Exemplum istius est. vt si quis velit probare ꝑ viaꝫ diuisionis ꝙ homo est aīal gressibile ille deberet sic ꝓcedere. Omne ens aut est animal aut non aīal sed homo non est non animal. ergo est aīal. Et tunc ↄsequēter Si homo est aīal aut ergo est aīal gressibile aut aquaticum. sꝫ nō est aquaticū. ergo est gressibile Et sic ↄcluderet. g̊ homo est aīal gressibile. Sed talis sic procedens nihil ꝓbat. sꝫ accipit alterā ꝑtem diuisionis siue ꝓbatōne ex q̄dā suppōne. Secūda ratio stat in hoc Illa via est inutilis qua posita adhuc interrogat̄ de ↄclusione. Sꝫ sic est de via diuisiua. ergo est inutilis. Minor ꝓbat̄. qꝛ ⁊ si detur ꝙ ꝑ viam diuisionis aliq̄ vere p̄dicent̄ de aliquo sicut aīal et gressibile de hoīe tn̄ adhuc potest aliquis dubitare et interrogare an illa sint definitio hominis. Et ratio est. qꝛ non omnia que p̄dicātur vere de aliquo predicant̄ de eo in eo ꝙ quid est. Tertia ratio stat in hoc. Illa via est inutilis que potest eē ꝑ superflua vel ꝑ diminuta vel ꝑ trāscendentia. sꝫ via diuisiua est hm̄ōi. g̊. Minor ptꝫ qꝛ nihil prohibet quin ille qui procedit ꝑ viam diuisionis apponat aliquādo aliq̇d p̄ter ea q̄ suffecerint ad ostendendū ꝙ q̇d est. Aut ꝙ aliq̇d eorum omittat Aut ꝙ per excellentia ꝓcedat diuidēdo transcēdentia vt ens ⁊ hm̄ōi.

Queritur Que est instantia ⁊ obiectio quā mouet Aresto. circa dicta Solō ꝙ ista. qꝛ posset aliquis dicere ꝙ ip̄m ꝙ q̇d est potest inuestigari ꝑ viam diuisiuam. si accipiant̄ solum illa p̄dicata que essentialiter ⁊ in q̇d predicantur de definito. ita ꝙ non dimittat̄ aliquid eorum. qꝛ illa predicata simul accepta vidētur dicere q̇d illius de quo predicantur. Sed soluit pħus istam instantiam ⁊ dicit ꝙ q̄uis ista via diuisiua possit iuuare ad hoc ꝙ deueniatur ad noticiam ipius ꝙ quid est. tamē non est sufficiens ad ostendendū ipsum ꝙ q̇d est de eo cuius est. Et ratio est qꝛ syllogismus diuisiuus non habet formā syllogismi ꝓbantis qꝛ accipit seu supponit aliq̇d non probatum. vt ptꝫ sic arguendo. om̄e aīal aut est rationale aut irrōnale. sed homo non est animal irrōnale ergo est aīal rōnale. ibi em̄ supponitur ꝙ homo non sit animal irrationale quod tamen non probatur imo est ita dubium sicut conclusio

que infertur Et ergo dicit phs ꝙ sicut in enthimemate in quo deest vna premissa potest respõdens rõnabilr interrogare postꝙ̃ ꝯclusio est illata ꝓpter quid sequitur talis ꝯclusio. qꝛ non sequit̃ ex premissis in modo ꝛ figura dispositis. Sic etiam aliquo accepto ꝑ diuisionẽ ꝛ ꝯclusa tandẽ definitione ꝯtingit adhuc interrogare ꝓpter q̇d sequitur ꝙ hoc ꝯclusum sit definitio. qꝛ hoc non est probatuꝫ ꝑ premissas. eo ꝙ hec sunt vt patuit in exemplo dato. Ptꝫ ergo ꝙ via diuisiua sit inutilis

Ar Phs postea in textu venãdo ipm ꝙ quid est. dicit ꝙ ex diuisione generis ꝑ drãs vsqꝫ ad drãm vltimã venimus in spẽm specialissima i cuius est definitio. ergo via diuisiua non est inutilis ad inuestigãdum ꝙ quid est So° via diuisiua est bñ vtilis ad colligẽdũ ꝑticulas ponẽdas in definitõne sed non est vtilis ad necessario ostendendũ vl' demonstrandũ ipm ꝙ quid est de eo cuius est. Et sic diuisio generis in species cooꝑatur bene ad colligẽdũ definitionẽ. sed diuisio posita ad formã syllogismi hoc est syllogismus diuisiuus non seruit ad hoc ostendendum vel probandum.

☞ Querit̃. Que est tertia via inutilis Solutio ꝙ via probatiua per definitionem communem.

Queritur Que vocatur via probatiua ꝑ definitionẽ communẽ So° est syllogismus in quo ex cõmuni definitõne definitõnis ꝓbatur definitio de suo definito. vt si sic arguat̃ Omnis oratio indicans quid est esse rei ꝑ substantialia est definitio illius sꝫ aĩal rõnale mortale est oratio indicans quid est esse hoĩs per substantialia. ergo aĩal rõnale mortale est definitio hoĩs.

Querit̃ Q̃uo probat phs ꝙ illa via sit inutilis Sol'o duabꝫ rõnibꝫ. q̃rũ Prima est. illa via est inutilis ꝑ quã petitur ꝓncipium sed via ꝓbatiua ꝑ definitõem cõem est hmõi. ergo est inutilis. Minor probat̃ qꝛ supponit ꝙ hoc de quo petitur an sit definitio indicet quid est esse rei per substantialia. Et hoc est eque ignotum cum eo qd̕ petitur sicut eque ignotum est ꝙ aĩal rationale mortale indicat esse hoĩs ꝑ substantialia sicut ꝙ est eius definitio. Secũda ratio sumitur a sili Quia ad ostendendũ aliquid syllogistice nõ accipitur definitio syllogismi. ergo etiam ad ostendendũ aliquid definitiue nõ debet sumi definitio definitionis. Uerum tamẽ est ꝙ talis definitio cõmunis syllogismi vel definitionis debet presuꝑponi ꝛ haberi in mente ad ostendendum bonitatem sylli vel definitionis ꝛ ad resistendũ ꝯtradicentibꝫ si opus esset.

Querit̃ Que est quarta via inutilis. Solutio est via per definitionem contrarij.

☞ Querit̃. Que vocatur via ꝑ definitõem ꝯtrarij. Sol'o qñ aliq̇s per definitõem vnius contrarij vult ostendere definitionem alterius contrarij. Exemplum est. vt si aliquis probaret ꝙ quia malo inest diuisibile esse vt definitiũ ꝙ ergo contrario suo scꝫ bono inest indiuisibile esse vt definitiuum sic arguendo. bonũ et malum sunt contraria similiter diuisibile et indiuisibile sꝫ diuisibile esse est definitiuuꝫ mali. ergo etiam indiuisibile esse est definitiuum boni.

Querit̃ Qũo probat phus istam viam esse inutilem Solo duabus rõnib⁊. Prima est. q2 in ista via petit̃ p̃ncipium q2 accipit definitõem de definito añ ꝯclusionẽ non q̇dẽ in seipo sꝫ in suo cõtrario. vñ eque ignotum est ꝙ esse diuisibile sit definitm̃ mali sicut ꝙ esse diuisibile sit definitm̃ ip̃ius boni. Secũda ratio est. Medium non debet esse eiusdem rõnis cũ conclusione sed in ista via medium est eiusdeꝫ rõnis cum ꝯclusione. ergo ista via est inutilis. Minor probatur. q2 non est magis notum ꝙ esse diuisibile sit definitio mali q̃ꝫ ꝙ indiuisibile esse sit definitio boni. sed illa duo ꝯuertunt̃. ⁊ vtrũqꝫ p̃t indr̃nter p alterũ ostendi.

Queritur Que est quinta via inutilis So° via inductiua Et ꝙ illa via sit inutilis probat phs tali ratione Quia p inductõnem ostenditur aliquid esse vel non esse. sed definitio seu ip̃m ꝙ q̇d est non ꝑcat esse vel non esse. ergo ipsum ꝙ quid est non potest inuestigari per inductionem

Querit̃ Que est sexta via inutilis. So° via per demonstrationem ocularẽ siue ad sensum. Et ꝙ illa via sit inutilis probat phs tali rõne. q2 ip̃m ꝙ quid est non est obiectum sensus sꝫ intellectus. ergo per viam sensus seu per demonstrationem oculareꝫ non põt ip̃m ꝙ quid est inuestigari.

Querit̃ Qũo ostendit phs scd̃o p rõnes cões ꝙ ip̃m ꝙ q̇d est nõ p̃t p sylľm seu demõstratõem oñdi de eo cui⁹ est So° ponit tres rõnes. Prima est q2 definitio ⁊ demõstratio sunt a seinuicem diuersa. sꝫ definitio facit scire q̇d est ⁊ demõstratio q2 est. ergo etiaꝫ quid est ⁊ q2 est sunt a seinuicem diuersa et ergo q2 demonstratio facit scire q2 ẽ ip̃a nõ faciet scire q̇d est. vt hmõi. ⁊ p ꝯñs ip̃m ꝙ q̇d est non p̃t per demõstrationẽ ostẽdi de eo cui⁹ est. Scd̃a rõ est. nulla demõstratio est substantie vel rei se habẽtis p modũ substãtie sꝫ ip̃m ꝙ q̇d est est suba. g̊ ip̃m ꝙ q̇d est non potest per demonstratõem oñdi. Tertia rõ p̃t sic formari. Sicut se habet definitio ad q2 est sic se habet demõstratio ad q̇d est sꝫ definitio nõ ostendit q2 est. ergo etiam demõstratio nõ ostendit q̇d est Minor ptꝫ. q2 habita definitõe alicuius rei ꝯtingit adhuc q̃rere An talis res habeat esse in rerũ natura. Sicut exẽpli grã habita definitõe montis enei ꝙ scꝫ mons eneus est corpus eneũ in altũ vndiqꝫ ꝓtensum Adhuc ꝯtingit dubitare vtꝝ talis mons hꝫ esse in rerũ natura

Qr̃ Vtꝝ ip̃m ꝙ q̇d est possit p definitõem oñdi de eo cui⁹ ẽ Solo ꝙ nõ. Et rõ est. q2 tũc seq̃ret̃ ꝙ definitio q̇d nois ⁊ q̇d rei eẽnt idẽ sꝫ hoc est falsuꝫ ⁊ ip̃ossibile. g̊ illud ex quo sequit̃ Seq̃la ꝓbat̃ q2 qñ mediũ est in plus q̃ꝫ illud qđ oñdit̃ tũc nullo mõ de neccitate oñdit illđ Si g̊ definitio in gñali deberet maĩfestare ꝙ q̇d ẽ ad tollẽdũ ei⁹ cõitatẽ oporteret dicere ꝙ idẽ sit rõ dicens q̇d rei ⁊ q̇d nois qđ tñ falsuꝫ est ⁊ incõueniens.

☞ Querit̃. Qũo ostendit. phus. ꝙ definitio quid nois ⁊ quid rei non sint idem. Solutio tribus rationibus. Quarum prima est Quia si sic tunc sequeretur ꝙ entium ⁊ non entiuꝫ esset definitio quid rei. sed hoc est falsum. ergo illud ex quo sequitur. Sequela probatur q2 de non enti

buspossunt formari definitiones quid nois. falsitas probatur qꝛ defini-
tio q̇d rei est oratio explicans q̇dditatem sed nonentia non habēt quiddi
tatem. ergo. Secūda ratio est. qꝛ si definitio q̇d nois ⁊ q̇d rei essent idem
tunc sequeretur ꝙ omnes rationes vel orationes essent definitiones. sed
hoc est fasum. ergo illud ex quo sequitur. Sequela probaṫ. qꝛ cuilibet ra-
tioni vel orationi aliq̇d ꝑcanti potest imponi aliquod nomen quod ꝑ il-
lam rōnem manifestetur. Falsitas probaṫ. qꝛ si sic tunc omnes nostre lo
cutiones et disputatōnes essent q̄dā definitiones Et sic ilias. id est histo
ria troiana esset definitio qd̄ tamē falsum est. qꝛ definitio est solum incō-
plexorum. Tertia ratio est. qꝛ omnis scīa p̄supponit quid nominis. id est
quid ꝑ noīa ꝑcetur ꝓm voluntatem ⁊ placitū iponētiū. sed in qualibet sci-
entia inuestigaṅt definitiones quid rei ex quibꝫ scientia procedit. ergo nō
sunt idē q̇d nois et quid rei.

¶Qūo ip̄m ꝙ quid est potest aliquo modo per demonstra tionem cognosci.

Querit̃ An ip̄m ꝙ quid est non possit aliquo modo ꝑ demon
stratōem cognosci. Solutio ꝙ sic potest bene ꝑ de-
monstrationem aliquo modo ꝯgnosci sed non in eo ꝙ quid est.

Ar̃ Supius dictum est ꝙ via demonstratiua est inutilis ad ꝯgnos-
cendū ip̄m ꝙ q̇d est. g̃ male h̄ dꝛ ꝙ ip̄m ꝙ q̇d est p̄t ꝑ demōstra-
tionem ꝯgnosci Solo. ip̄m ꝙ q̇d est ꝑ demōstratōem cognosci potest
intelligi duplr̄. vno modo in eo ꝙ q̇d est. ⁊ cū illa reduplicatōe. ⁊ sic nō est
possibile. ⁊ ita dictum est superius ꝙ illa via demonstratiua est inutilis.
Alio modo sine illa reduplicatōne in eo ꝙ quid est sed solum vt inest defi
nito. ⁊ sic p̄t bn̄ aliquo modo ꝑ demonstratōem ꝯgnosci

Querit̃ Quot modis p̄t ip̄m ꝙ quid est per demonstrationez
ꝯgnosci Solo duobꝫ modis. vno modo ꝑ aliud q̇d ē
Alio° elicitiue ⁊ ex ꝯsequēti ex demōstratiōe q̄uis ip̄m nō demōstreṫ

Dr̃ Qūo ip̄m ꝙ quid est potest demonstrari per aliud quid est.
Solo qꝛ si vna et eadem res habeat plures definitiones qua-
rum vna est causa alterius tūc illa q̄ habet se ꝑ modū cause p̄t sumi ꝓ me-
dio ad demōstrandū aliam definitōem de definito. sicut definitio data ꝑ
formā que se habet ꝑ modū cause respcū definitiōis date ꝑ materiā pōt
sumi ꝓ medio ad demōstrandam definitōem datam ꝑ materiam de defi
nito Et illa demonstratio erit ex ꝓpriis et cōuertibilibus ⁊ in p̄mo modo
p̄me figure. qꝛ oportet ꝯclusionē esse vniuersalem affirmatiuā que solum
ꝯcluditur in p̄ma figura.

Querit̃ Utrū iste modus ꝯgnoscendi ip̄m ꝙ q̇d est sit ꝓprie de
monstratiuus Solo phi ꝙ non sed est q̇dam logic⁹
modus syllogisandi ip̄m ꝙ q̇d est de eo cuius est. Et ratio est. qꝛ ꝑ istuz
modū non ꝓbatur sufficienter ꝙ illud quod ꝯcludiṫ sit ꝙ quid est ipius
de quo ꝯcludiṫ hoc est non ꝯcludiṫ cum illa reduplicatōne in eo ꝙ quid
est. sed solum concluditur ꝙ inest ei.

Queritꝰ Q̄ūo ip̄m ꝙ quid est potest sciri elicitiue ex demonstra
tione Solutio ꝑ hoc ꝙ ꝑ demonstrationem ꝯgnosci
tur si est vel qꝛ est sic elicitiue ⁊ ex ꝯñti scitur q̇d est. Et pro declaratione
et intellectu illius .p. ponit in textu tria p̄ambula Quorū̄ primuz est q̄
sicut ꝓpter quid se habet ad qꝛ est sic ip̄m ꝙ q̇d est se habet ad si est. Quia
sicut propter quid non ꝯgnoscitur ante qꝛ est licet in aliquibus simul sint
manifesta inq̄ꝫtum scꝫ in aliquibꝫ ꝯcluduntur ꝑ eadem media sic etiā ip-
sum ꝙ quid est nunq̄ꝫ scitur ante si est qꝛ impossibile est ꝯgnoscere q̇d est
nisi prius cognoscatur si est. Secūdum preambulum est ꝙ ip̄m si est vel
quia est qñꝫ ꝯgnoscitur ꝑ medium accn̄tale qd̓ est potius signū q̄ꝫ cau-
sa sicut ꝑ velocitatem motus ꝯgnoscimus esse leporem Aliquando vero
ip̄m si est ꝯgnoscitur ꝑ medium eēntiale Et de hoc ponit pħus quatuor
exempla Primū est. vt nos scimus aliq̄n qꝛ tonitruū est qꝛ scimus ꝙ so-
nus factus ex vstione nubium spissarū est qꝛ ille sonus est essentialiter to-
nitruus. Scd̄m exemplū est vt nos scimus qꝛ eclipsis lune est qñ scimus
ꝙ priuatio luminis lune ex terre obiectu est Tertium exemplū est. vt nos
scimus qꝛ hō est. qꝛ scimus ꝙ aīal rōnale est. Quartū exemplū est. vt nos
scimus q̇a aīa est. qꝛ ꝯgnoscimus ꝙ nūerus mouēs seip̄m est supposito ꝙ
illa sit definitio aīe. Tertium preambulū est ꝙ qñ ip̄m si ē vel qꝛ est cog-
noscit̄ ꝑ medium accn̄tale tunc non scitur necc̄ario q̇d est vel ꝓpter q̇d. Et
ratio est. qꝛ qñ ꝯgnoscit̄ si ē vel qꝛ ꝑ mediū accn̄tale tunc si est vel qꝛ non
ꝑfecte ꝯgnoscitur. sed solum ꝑ accidēs ⁊ ex ꝯñti. ergo etiam ꝙ quid ē vel
ꝓpter q̇d tunc non ꝯgnoscit̄. ꝯña tenet. qꝛ querere q̇d est non habētes qꝛ
est nihil est q̄rere dicit Aresto. Sꝫ qñ ip̄m si est vel q̇a ꝯgnoscit̄ ꝑ mediū
eēntiale tunc facile est elicere ip̄m q̇d q̇d est. Et istud oñdit pħs exēplari
ter p̄mo de medio eēntiali, scd̄o de medio accn̄tali. Exēplum p̄mū de me
dio eēntiali ē vt si q̄rat̄. vtrū luna eclipsat̄. Et dicat̄ ꝙ sic. qꝛ om̄e corpus
recipiens lumen suum a sole ꝑ interpositionem terre in medio eclipsatur.
sꝫ luna est corpus recipiēs lumen a sole. ergo luna ꝑ interpositiōem terre
in medio eclipsatur. ibi em̄ ostēditur qꝛ est de luna. s. ꝙ luna eclipsat̄. Et
qꝛ hoc ostenditur ꝑ mediū eēntiale sic elicitiē etiaꝫ scitur quid est eclipsis
qꝛ ex illa demōstratione elicitur ꝙ eclipsis ē interpositio terre inter solē et
lunā. Scd̄m exēpluꝫ de medio accn̄tali est. vt si q̄rat̄ vtrū luna eclipsetur
Et dicatur ꝙ sic. qꝛ omne corpus luminosum plenuꝫ non potens facere
vmbram respectu exn̄tium in terra nullo exn̄te medio inter nos et ipsum
eclipsatur. sed luna exn̄s in directa oppōne ad solem est tale corpus. ergo
luna sic se habēs eclipsatur ibi oñr qꝛ est de luna. scꝫ ꝙ luna eclipsatur. Sꝫ
nō potest ex hoc elici quid sit eclipsis lune. Et hoc propterea. qꝛ medium
quod est non posse facere vmbram non est ibi essentiale sed accidētale nec
est causa eclipsis lune sed solum signū Ex quibꝫ patꝫ ꝙ sicut habemus qꝛ
est. sic etiam habemus ⁊ illud ꝙ quid ē qꝛ eadē est via ꝯgnoscendi vtrūq̄ꝫ
Nam si habemus sciētiam cōpletam de qꝛ est cum hoc non possit haberi
nisi ꝑ ꝙ q̇d est. oportet ꝙ ꝯplete sciamus etiam ꝙ q̇d est. Si autem incō
plete scimus qꝛ ē tunc etiā icōplete scimus quid. Et hoc in substantialibꝫ
et in accn̄talibꝫ. Exēplū in substātialibꝫ. vt si complete scimus de aliquo

q sit animal. oportet q cōplete etiam sciamus quid sit animal. q scire qd
est animal est scire propter quid aliqd sit aial. Exēplum in accñtalib est.
vt si scimus complete q est eclipsis tunc scimus & cōplete quid & propter
quid est eclipsis. alias non vt patuit

Queritur Quō hoc debet intelligi q eadem via habem q
est qd vel q ꝓpter quid. Solutio. Egidij de
roma q eadē via demrātiua habemus vtrūqz. sz in demōstratione ē du-
plex processus. vnus compositiuus quo ex causa procedimus in effectū
et ex ꝑmissis ad conclusionē. Et hoc modo habemus & cognoscimus qa
est. nam q ē per demonstrationem ꝯcluditur. Alius est processus reso-
lutorius quo ab effectu redimus ad causam & quo ex conclusione regre-
dimur ad premissas & hoc modo per demōstrationē habemus quid est
vel propter quid. q quid siue ꝓpter quid in demonstratione ꝑmittitur si-
cut q ꝑ demonstrationem concluditur. Et q eadē est via qua itur a cā
ad effectum & ab effectu in causam sicut eadem est via q itur ab athenis
ad thebas & a thebis ad athenas. ergo eadem via habemus q est & pro-
pter qd. Et ergo si habemus q est ex his que sunt ꝑ se & via demonstra-
tiua tunc facile poterimus habere qd siue ꝓpter qd resoluēdo ꝯclusionē
in ꝑmissas. sed si habemus q est nō via demonstratiua sed per mediū ac-
cidētale tunc stultum est querere hoc modo via resolutoria quid vel pro-
pter quid. q mediū accñtale nec dicit quid nec ꝓpter quid.

Queritur Quō ostendit phs q ꝯgnito q est querimus propter
quid Solutio hoc ostendit per duo exempla Primū
est. vt cognito q eclipsis sit in luna querimus propter quid sit. id ē ꝓpter
quid luna eclipsat. An scz propter interpositionem. an propter cōuersionē
an propter extinctōnem. Pro quo est notandū. q triplex inuenit opi-
nio de causa eclipsis lune. Prima est q luna recipiat lumē suum a sole. et
q ex interpositione terre inter solem & lunam causetur eius eclipsis. Et
hec opinio est vera Alia est q luna ſm vnam ꝑtem est luminosa & ſm al-
teram tenebrosa. Et q per cōuersionem ꝑtis tenebrose ad nos causetur
eius eclipsis. Tertia opinio est. q luna ſm se totam est luminosa & habet
a se suum lumē sed eclipsatur per hoc q lumen eius extinguitur in aliquo
humido sibi obuiante. vel quia preoccupatur a tempestate magni venti &
sic ventus in ipām irruens eam extingueret. Et harum trium opinio-
num causam tangit hic phus. vt patuit Et subdit phus q querere pro-
pter quid nihil aliud est querere qz vtrū ꝓpter aliquam istarū causarum
fiat eclipsis lune. vel vtrū ratio eclipsis lune sit interpō vel conuersio vel
extinctio que ratio sit medium & definitio primi termini. hoc est maioris
extremitatis. Secūdum exēplum vt ꝯgnito q tonitruum sit in nube qri-
mus propter quid est in nube. An propter extinctōem. Et hoc ſm opi-
niōem democriti qui dixit q tonitruū esset extinctio ignis in nube. vnde
potest sic syllogisari. In quocunqz est extinctio ignis in hoc est tonitruum
sed in nube est extinctio ignis. ergo in nube est tonitruū. Et ibi manifestū
est q accipiēdo propter qd ꝑ demonstrationē accipimus quid est. q ipm

medium ostendens propter quid est ratio definitiua primi termini. id est maioris extremitatis. Et si dicatur huius esse aliud mediũ qđ non sit essentiale ⁊ dicatur esse ratio maioris extremitatis data ꝑ accñtalia hoc erit ex reliquis ratõnibꝫ logicis et non ex demõstratione. ⁊ ergo ex illo nõ elicitur quid. Ex dictis ergo patet q̃no ipius ꝙ quid est proprie non est demonstratio vel syllogismus. ita ꝙ ip̃m proprie syllogisetur vel demonstretur tanq̃ ꝯclusio. sed tamẽ manifestatur ꝑ demonstrationẽ ⁊ syllogismum elicitiue inq̃tum est mediũ demonstrationis.

Queritur Utrum vniuersaliter in omĩbꝫ ipsum ꝙ quid est possit sic per demonstrationem cognosci. Solutio phi ꝙ non. Et ratio est. q̄ quorũdam est quedã altera causa preter ꝙ quid est ⁊ quorũdam non. vt definitiones formales que sunt ſm speciem facte non habent alteram causam siue medium per qđ possint demõstrari. sed definitiones materiales que sunt ſm materiam facte habent alteram causam siue medium. Et ergo in definitionibus formalibus in q̃bus preter ꝙ quid est non est altera causa non potest ip̃m ꝙ quid est ꝑ demonstrationem cognosci. sed oportet ipsum presupponere ⁊ accipere vt principium immediatum licet possit alio quodam modo manifestari. scꝫ per inductionem sensibilem vel per effectum vel per simile ⁊c̃. Et sic facit arithmeticus qui supponit quid est vnitas. In definitionibus autem materialibus ⁊ in illis in quibus est altera causa ipsius esse potest ipsum ꝙ quid est per demonstrationem ostendi nõ tamẽ in eo ꝙ quid. sed prout induit quedã modum ipsius q̄ est. hoc est ſm simplicem inherentiaꝫ rei ⁊ ꝙ definitio sit in definito.

Queritur An definitio materialis possit demonstrari per formalem. Solutio. ꝙ sic. Et ratio illius est quia omnis demonstratio est ex notioribus et prioribus. sed definitio formalis est notior et prior definitione materiali. ergo definitio materialis potest per formalem demonstrari. Minor patet quia definitio materialis dicitur que datur per materiam vel per causam efficientem. sed formalis dicitur que datur per formam vel finem. sed forma est causa materie. ⁊ finis est causa ip̃ius efficientis.

Arguitur Per demonstrationem ostenditur solum passio de subiecto ſm philosophum. ergo nõ vna definitio per aliam. Solutio. ꝙ in demonstratione potissima solum ostenditur passio de suo subiecto. sed in demonstratione non potissima potest vna definitio demonstrari de definito per aliaꝫ scꝫ materialis per formalem inq̃tum definitio formalis est potior materiali. vt dictum est. Et istud habet veritatem in substantijs. Sed in accidentibus est econtra. quia ibi definitio materialis est potior formali. Et ergo in accidentibus formalis etiam demonstratur per materialem

Et istius solet dari exẽplum de definitionibus ire. Ira enĩ habet duas
definitiones scz formalem et materialem. formalis est ꝙ ira est appetitus
vindicte Materialis ẽ ꝙ ira est accẽsio sanguinis circa cor. Et qz illa ma
terialis definitio ire est cã formal' ꝛ potior ea. ğ põt formalis ꝑ materialẽ
demonstrari vt patet sic dicẽdo. q̇cquid est accẽsio sanguinis circa cor est
appetitus vindicte. sed ira est accensio sanguinis circa cor. ergo ira est ap
petitus vindicte

Queritur Quotuplex e definitio ꝫm phm in textu. Soº
est duplex. quia q̄dam est definitio dicens quid.
Alia est que Dicit ꝓpter quid definitio dicens quid est duplex. qz quedã
dicit quid rei Et alia dicit q̇d nominis. Et differt definitio q̇d nominis
a definitõne quid rei. qz cognita diffinitõne q̇d rei cognoscimus qz est et
quid est. Sz cognita definitõne q̇d' nominis possumus adhuc dubitare
qz est ꝛ quid est. Etiam differt definitio q̇d nois a definitõe q̇d rei. quia
definitio q̇d nois est vna ꝯiũctõne solũ quo modo etiaz dicimus ꝙ ilias
id ẽ poema de historia troiana habz quãdam vnitatem. Sz definitio q̇d
rei ẽ vna simpl'r. qz illa ostendit vnũ de vno ꝛ non ꝫm accñs. vñ de defini
nitione quid nois non est hic ad ꝓpositum

Querit Quõ alie due definitiones se habẽt ad demonstratio-
nem Solutio phi ꝙ ꝓma definitio scz dicẽs quid ꝑ
essentialia illa ꝫcat bñ quid ẽ. sz non demonstrat. qz ipa non põt eẽ mediũ
ad demonstrandum ꝙ quid ẽ. licz possit esse demrãtõis ꝯclusio. Sz defi
nitio dicens ꝓpter quid illa ingreditur demonstratõnem vt medium ad
concludẽdum ipm ꝙ q̇d est. seu definitionẽ de definito. Et ista definitio
est solum positione differẽs a demrãtõne dicit phs.

Queritur Quõ debet hoc intelligi ꝙ definitio dicẽs pro-
pter quid est solum positõne drñs a demõstra-
tione Solo definitio dicens ꝓpter quid dicitur differre a demonstratio
ne sola põne pro tanto. quia continet oĩa q̄ sunt in demonstratione. sz
alio ordine positionis q̄z in demonstratione posita sunt. Exẽpli gratia qñ
sic definitur tonitruus ꝙ Tonitruus ẽ in nube aquosa ignis extincti so-
nus ꝯtinuus ibi est ꝟtualiter vna tota demonstratio. qz ibi ẽ subiectum
demõstrationis scz nubes ꝛ medium demonstratõnis. s. ignis extinctus
et maior extremitas. s. sonus ꝯtinuus. sz differt põne. qz partes illa nõ ha
bẽt põnem ꝛ ordinem quẽ requirit demõstratio ꝛ ergo si redigantur ad
formam syllogismi tunc nullo alio addito fit formaliter demõstratio. vt
patz sic dicendo. In quocunqz est ignis extinctus in illo est sonus conti-
nuus sed in nube est ignis extinctus. ergo in nube est sonus continuus.
Et ergo phus dicit ꝙ differunt dicere demonstrando ꝓpter quid ẽ toni
truum Et dicere definiẽdo quid est tonitruũ Quia tunc dicit aliqs ꝓpter
quid quando dicit ꝙ tonitruũ est propter hoc ꝙ extinguitur ignis in nu-
be. Sz tunc aliquis dicit quid est tonitruũ qñ dicit ꝙ est sonus ignis ex-
tincti in nubibus Et sic patet ꝙ eadem definitio alio ꝛ alio modo sump
ta est definitio et demonstratio. Patet etiam ꝙ ex dictis possunt colligi
tria genera definitionum ꝑtinẽtium ad demonstrationem. vt dicit phus

q̄ꝛ quedã definitio se habz vt demõstrationis mediũ. sicut definitio dicẽs ꝓpter quid ⁊ illa est indemõstrabilis. vt cũ dr̄ tonitruus est extinctio ignis in nubibꝫ. Alia hz se vt demõstrationis ꝯclusio. sicut definitio dicens q̇d tm̄. vt cũ dr̄ tonitruus est sonus factus in nubibꝫ. Tercia definitio est. que est quasi q̇dam syll's demõstratiuus ipsius ꝙ q̇d est. ⁊ nõ differt a demõstratione nisi casu vel positione. vt dictũ fuit

Queritur Quid est mediũ in demonstratione potissima in qua ꝓpria passio demonstratur de suo subiecto. Solo ꝙ de hoc sunt due opiniones famose sibi inuicem ꝯtrarie. quaruz vna est sancti Thome dicentis. ꝙ definitio subiecti sit mediũ potissime demõstratõis. ⁊ de hoc adducit aliquas ratiões. vt postea patebit in argumentis. Alia est opinio venerabilis dñi Alberti linconiensis Egidij de roma ⁊ alioꝝ dicentium ꝙ definitio passionis ⁊ nõ subiecti sit mediũ demõstrationis potissime. Et hoc ꝓbaꝛ autoritate ⁊ ratione. Primo autoritate phi. qui dicit vt ṗus patuit. ꝙ rõ ṗmi termini est mediũ in demõstratiõe. sed ṗmus terminus est maioꝛ extremitas ſm modũ loquendi phi in libro priorum. maioꝛ extremitas aũt in demonstratione est ꝓpria passio. ergo definitio ꝓprie passionis est mediũ in demonstratione potissima. Et hoc etiã patz ex exemplo phi ibi posito. vbi dr̄ ꝙ medium ad demonstrandũ eclipsim vel defectũ de luna est interpositio terre inter solem ⁊ lunam. Manifestũ em̄ est ꝙ interpositio nullo mõ est definitio subiecti scilz lune. sed est definitio ipsius ꝓprie passionis que est eclypsis ¶ Scd̄o etiam autoritate phi in ṗncipio de aĩa vbi dicit ꝙ ꝯgnitio eius ꝙ quid est subiecti vtilis est ad cognoscẽdas causas passionũ. si em̄ ipm̄ ꝙ quid est subiecti vtile est ad cognoscendas cãs. tũc ꝑ seipm̄ nõ est cã passionũ. et ergo per definitõem subiecti nõ potest demonstrari passio. sed ꝑ causam passionis. ad quã cognoscendã vtile est scire quid est subiecti. ¶ Ratione aũt ꝓbaꝛ sic. Primo q̄ꝛ demonstratio potissima fit per cãm essentialem rei demonstrate. sed cã essentialis rei demõstrate que est passio est definitio passionis. ergo definitio passionis est medium demõstrationis in qua passio ꝯcludiꝛ de subiecto. Minoꝛ pz. q̄ꝛ idem est quid seu definitio ⁊ cã rei essentialis. Secundo demonstratio potissima ꝓcedit ꝑ cãm ꝓpriam ⁊ adequatã. sed cã ꝓpria et adequata ipsius passionis nõ pt̄ esse nisi q̇dditas sua ⁊ non subiecti. g̊. Minoꝛ patz. q̄ꝛ definitio subiecti absolute accepti non est solũ causa vnius passionis sed pluriũ passionũ. vt definitio hoĩs que est animal rõnale nõ solũ est cã risibilitatis. sz etiam flebilitatis. ⁊ omniũ aliaꝝ passionũ que sunt in homĩe. Tercio illud qd̄ dz esse mediũ in demonstratõne potissima dz esse cã totalis ipsius ꝓprie passionis. sed definitio subiecti licz sit cã passionis nõ tñ est cã totalis. ergo Minoꝛ pz. q̄ꝛ aliq̇d passionis ex rebꝫ sui generis causaꝛ sicut ens ꝯstitutuz in genere accñtis. Et g̊ oportet in medio cognoscere ꝙ passio sit ex illis. et sic opꝫ ꝙ definitio passionis sit mediuz que dicat q̇d passionis ⁊ ꝓpter q̇d et ꝯcernat subiectũ qd̄ est cã. Quarto mediũ demõstratiõis potissime dz esse mediũ natura ⁊ positione. sz tale est definitio passionis ⁊ nõ subiecti. g̊. Minoꝛ ꝓbaꝛ. q̄ꝛ definitio passionis est ṗoꝛ passiõe ⁊ posterioꝛ subiecto. definitio vero subiecti est prioꝛ subiecto ⁊ etiam passione. et ergo illa nõ est positione medium.

Ar Idem nõ demonstrat seipsum. sed definitio passionis est eadẽ cũ passione. ergo definitio passionis nõ pt esse mediũ demõstratiõis potissime sed definitio subiecti. qr al's esset petitio pncipij. Solo. q duplex est definitio ppie passionis. Una est formalis que indicat qdditatẽ abstractam ipsius passionis fm q est spẽs sui pdicamenti. 7 illa dicit qd tm̃. 7 est eadẽ cũ ipsa passione. nec indicat esse inherentie passionis. sed solũ esse essentie. 7 ergo talis definitio nõ pt esse mediũ demonstrationis. Alia est definitio materialis passionis que indicat esse cõpletũ passionis p pncipia illud immutabiliter causantia. 7 sic definit passio ppie vt passio est Et talis definitio est duplex. Una est que accipit nomen subiecti cũ rõne aptitudinis sibi analoge pportionate. vt ista risibile est hõ aptus risui. Alia est que accipit definitionẽ subiecti cũ aptitudine sibi pportionata. vt ista risibile est aĩal ratiõale aptum natum ad ridendũ. Prima istarum definitionũ materialiũ nõ pt esse mediũ. qr mediũ nõ dz intrare cõclusionẽ. nec debet admitti nugatio in arte demõstrandi. sed secũda est verũ mediũ. qr illa dt qd 7 pter qd. qd subiecti. 7 pter qd inherentie passionis in subiecto. qd reqritur ad hoc q aliquid vere sit mediũ demõstrationis

Ar. Illud est mediũ demõstratõnis potissime qd est cã passionis 7 cõuertibile cũ ea. sed definitio subiecti est hmõi. ergo definitio subiecti est mediũ demõstratõis. Solo q licet definitio subiecti sit cã passionis 7 etiã cõuertibilis cũ ea quo ad supposita. non tñ est cõuertibilis quo ad causalitatẽ. qr vt dictũ fuit definitio subiecti nõ soluz est cã vnius passiõis sed pluriũ passionũ. Uel pt dici q subiectũ pt dupl'r cõsiderari. Uno mõ absolute vt qd pfectum intrinsece tm̃ p subalia sui generis. que sunt genus 7 drña. 7 hoc mõ subiectũ est pfectũ in rõne forme tm̃. 7 tũc definit definitiõe qdditatiua tm̃ que est dyalectica cassa 7 vana ad demõstrandũ passionem de suo subiecto. Alio mõ accipit vt qd pfectũ extrinsece p virtutem cãrum extrinsecarum ordinãtem esse subiecti ad actões 7 passiones. et subiectũ hoc mõ cõsideratũ est pfectũ in rõne forme 7 finis. qr opatio est finis rei. Et sic definit definitione explicante pter esse qdditatiuum aptitudines causales fm exigentiã actõis vel passionis in ordine ad quam definit tanq̃ ppria cã. Exempli grã. hõ qdditatiue sic definit. est aĩal rõnale. sed put est cã huius passionis que est risibile addit predicte definitioni aptũ natum ad ridẽdũ ¶ Et si querat. qualis est illa aptitudo. Dõm est q illa aptitudo est causalis seu originalis de genere sube 7 nõ cãta p modũ naturalis potẽtie accidentaliter 7 extrinsece ab aptitudine originali subiecti. Et sic loquẽdo de tali definitõe subiecti secũdo mõ cõsiderati pt dici indifferẽter q mediũ demõstrationis potissime sit definitio subiecti vel definitio ppie passionis. qr illa definitio finalis subiecti est eadẽ cũ definitiõe materiali passionis. Et si velint aduersarij dictũ suũ de tali definitõe subiecti intelligere tunc discordia non esset nisi vocalis

¶ Ex p quatuor genera causarum pt fieri demõstratio

Querit Quot sunt cause. Solo. q quatuor. scilz cã formalis que dt q quid erat esse. causa materialis qua posita nccẽ

est causatū poni. Causa efficiens q̄ p̄mo mouet ad effectū. ⁊ Causa finalis cuius gr̄a aliq̄d fit que etiā est mediū ad demōstrādū oēs alias.

Querit̄ Ad qd̄ ꝓpositum determinat hic pħus de causis Solo pħus iam determinauit de quid est ſm ꝙ est mediuȝ demonstrationis. sed quia medium et causa sunt vnum ⁊ idem. ergo etiā determinat hic de causis. Et ostendit qūo ꝑ quatuor genera causarum p̄t fieri demōstratio. q2 quelibet eaꝝ p̄t esse mediū demōstratōis

Ar̄ De causis determinare spectat ad physicuȝ. ergo male determinat hic pħus de causis. Consequēs pȝ. q2 ista sciētia nō est pħica et realis. sed tm̄ rōnalis Solo ꝙ cause pn̄t ꝯsiderari tripl̄r. Uno modo ſm ꝙ sunt p̄ncipia eēndi ⁊ fiendi rerū. ⁊ sic de eis determinare spectat ad phisicū. Alio° ſm ꝙ st̄ p̄ncipia entis inq̄ʒtū ens. ⁊ sic de eis detiare spectat ad metaphisicū. Tercio mō ſm ꝙ sunt p̄ncipia cognitōis ⁊ mediū demōstrationis. ⁊ sic de eis determinare spectat ad logicum. ⁊ sic de eis determinat hic pħus in proposito

Querit̄ Qūo debet hoc dictum intelligi. ꝙ causa materialis est qua posita necesse est causatum poni Solo pħi. ꝙ hoc non debet sic intelligi quasi si accipiatur vna ꝓpositio necesse sit ex ipsa aliquid sequi. quia ex vno nihil sequitur syllogistice. sed necessariuȝ est ad minus accipere duas ꝓpositiones. Et ergo debet sic intelligi. ꝙ si accipiantur due ꝓpōnes sic se habentes ꝙ ꝯmunicent in vno medio qd̄ est cā materialis tūc ex necessitate seq̄tur ꝯclusio necessaria

Ar̄ Materia posita potest effectus non poni. ergo male dicitur ꝙ materia posita necesse est causatum poni. Antecedēs probatur q2 materia est causa in potentia. Solo. ꝙ philosophus non loquitur hic de materia que est in potētia remota ad formā. sed de materia vltimo disposita. illa em̄ exn̄te nec̄e est sibi formā inesse. ⁊ sic sumit̄ materia quādo ponitur esse medium in demonstratione

Querit̄ Quomodo ostendit pħus ꝙ per quatuor genera causarum potest fieri demonstratio Solo. hoc ostendit dupliciter. quia primo ostendit quomodo contingit diuersos effectus demonstrari per diuersas causas. Secūdo qūo idem effectus potest demonstrari per diuersas causas

Querit̄ Qūo ostēdit pħus ꝙ ꝯtingit diuersos effectus demonstrari ꝑ diuersas causas Solo. hoc ostendit exēplarit̄. p̄mo de cā materiali. scd̄o de formali. tercio de efficiēte. ⁊ q̄rto de cā finali

Querit̄ Quod est exemplū de causa materiali. Solo. istud omnis medietas duoꝝ rectoꝝ anguloꝝ est angulus rectus. sed omnis triangulus in semicirculo descriptus est medietas duoruȝ rectorum angulorum. ergo omnis angulus in semicirculo descriptus est rectus. Aliud exemplum simile extra textum est. vt omne compositum ex contrarijs est corruptibile. sed homo est compositus ex cōtrarijs. ergo homo est corruptibilis

Querit᷑ Quod est exemplū de cā formali Sol'o dt phs q̄ h̄ idem exemplū qđ iam positū est p̄t aptari etiam ad cām formalem. ꝛ hoc p̱ definitōez recti anguli. qꝛ definitio explicat cām formalem. vt si sic dicat᷑. Omīs angulus cui ꝯuenit definitio recti anguli est rectus. sed angulo in semicirculo descripto ꝯuenit definitio recti anguli. g̊ est rectus. Minor ptʒ. qꝛ sic definit᷑ angulus rectus ab euclide. qñ recta linea supra rectā steterit duoq̄ȝ anguli vtrobiq̄ȝ fuerint equales vterq̄ȝ rect'erit lineaq̄ȝ linee supstans ei cui supstat ꝑpendicularis vocat᷑.

Querit᷑ Quod est exemplū de cā efficiente. Sol'o. istud. Si q̄rat᷑ ꝓpt' q̇d medoꝝ bellū est athenis Et rñdet᷑. qꝛ medi p̄mo inuaserūt sardos amicos atheniensiū. vñ p̄t demrātio sic formari. oī p̄us mouēti bellū rebellandū est. sed atheniensibꝫ p̄us illatū est bellum a medis. g̊ atheniensibꝫ ꝯtra medos rebellandū est. ibi eñ mediū qđ est bellū p̄ius illatū a medis est cā efficiens p̄mo mouens ad rebellandū

Querit᷑ Quod est exemplū de cā finali. Sol'o. q̄ istud ꝓpter quid aliq̇s ambulat post cenā. ꝛ rñdetur vt sanus fiat. et vult phs q̄ in his in quibꝫ cā efficiens est ꝓpter effectum vel finem p̄t finis ꝯcludi p̱ efficientem ꝛ econuerso efficiens p̱ finē. vt si sic arguat᷑. Omne faciens non eminere cibos in orificio stomachi est sanatiuū. sed deambulare post cenā facit nō eminere cibos in orificio stomachi ergo deambulare post cenam est sanatiuū. ibi est demonstratio per causam efficientem. Sed si sic arguatur. omne sanatiuum facit nō eminere cibos in orificio stomachi. sed deambulare post cenaȝ est sanatiuū. ergo facit nō eminere cibos in orificio stomachi. illa est econtra demonstratio p̱ causam finalem

Querit᷑ Quomodo ꝯparat phs istas duas causas ad inuicem scȝ efficientem ꝛ finalem. Sol'o. vult q̄ habeant se opposito mō quo ad fieri. qꝛ quādo procedit᷑ a causa finali tunc procedit᷑ ab eo qđ est p̄mum in intentione ꝛ vltimū in executione. sed qñ proceditur a causa efficiente tunc ꝓcedit᷑ ab eo quod est p̄mum in executione ꝛ vltimuȝ in intentione. Unde ꝯsueuit dici. q̄ quādo proceditur p̱ causam efficientē tūc procedit᷑ p̱ mediū qđ est p̄us via generatōis. sed quādo ꝓcedit᷑ p̱ causaȝ finalem tūc proceditur p̱ mediuȝ qđ est posterius via generationis. Prius eñ aliquis ambulat post cenam ꝛ tūc sequitur q̄ cibꝫ descendat ad fundū stomachi. et ex illo seq̇tur vlterius sanitas que est finis vltimus ꝓpter quē fit deambulatio post cenam.

Querit᷑ An iste due cause demōstrēt se inuicē sine hoc q̄ fiat circulus. Sol'o. q̄ sic. quia vtraq̄ȝ demonstratio ꝓcedit ex prioribꝫ. sed in diuerso ordine. qꝛ f̄m ordinem executionis causa efficiens est prior f̄m ordinem intentionis. sic econtra finis est prior efficiente vt prius patuit.

Ar̄ Medium debet verificari de minori extremitate. sed causa finalis vel efficiēs nō p̄t verificari de minori extremitate siue de suis ef

fectib⁹. ergo ꝑ cãm finalẽ vel efficientẽ nõ p̄t fieri aliqua demonstratio Mi noꝛ pȝ. qꝛ ille due cause sunt cause extrinsece Solo. licet ille due cause nõ possint verificari de suis effectib⁹ in recto. tñ bene in obliquo. vt pȝ ex exemplis ꝑus positis. ⁊ hoc sufficit

¶ Qũo idẽ effectus p̄t demõstrari ꝑ plures causas

Querit̃ Quõ ostendit ph̄s ꝙ idẽ effectus p̄t demõstrari ꝑ diuersas causas Solo. hoc ostẽdit ꝑ duo exempla Primũ est. vt si queraẗ ꝓpter quid lumen ꝑtransit pellem lucerne. hoc p̄t ostendi ꝑ duas causas. scȝ ꝑ cãm materialẽ ⁊ finalem. Per cãm materialẽ quia pellis lucerne est poꝛosa. vñ p̄t sic foꝛmari sylls. quicq̇d hȝ poꝛositates maioꝛes soliditatib⁹ terrestrib⁹ hoc p̄t ꝑ lumen ꝑtransiri. sed pellis lucerne est hmõi. ḡ pellis lucerne p̄t ꝑ lumen ꝑtransiri. Per cãm finalẽ p̄t hoc idem etiam ostendi. vt scȝ ambulantes in tenebꝛis nõ offendãt pedes Et p̄t sic foꝛmari demõstratio. Illud p̄t ꝑtransire pellem lucerne ꝓpter qd̕ nõ offendimus pedes de nocte sed ꝓpter lumen nõ offendimus pedes de nocte. ḡ lumen p̄t ꝑtransire pellẽ lucerne. ¶ Secundũ exemplũ phi est. vt si queraẗ ꝓpter q̇d est tonitruũ hoc p̄t ostendi ꝑ cãm materialẽ dicendo qꝛ est extinctio ignis in nube aquosa. Et etiã ꝑ cãm finalẽ dicendo vt terreanẗ ⁊ timeant hi qui sunt in tartaro. Et hoc ꝺm pytagoꝛicos. Unde attendendum est ꝙ phus in istis exemplis loquitur ꝺm opiniones antiquoꝛum magis q̃ꝫ ꝺm veritatem.

Querit̃ In quib⁹ ꝯtingit istud ꝙ idem effectus p̄t demonstrari ꝑ plures causas Solo phi. ꝙ vt in plurimum ꝯtingit in reb⁹ materialib⁹. ⁊ in his que sunt ꝑ naturã ꝯstituta. Et rõ illius est qꝛ i illis in quib⁹ res depẽdet ex plurib⁹ causis ibi idẽ effectus p̄t etiã ꝑ plures causas demonstrari. sed in his que sunt per naturã ꝯstituta res depẽdet ex plurib⁹ causis. ergo in illis effectus p̄t demonstrari ꝑ plures causas Minoꝛ ꝓbaẗ. qꝛ natura quedã facit ꝓpter finem. q̃dã etiam facit ex nccitate ꝑmaꝝ cãrum. Et talis nccitas est duplex. qꝛ vna est ꝺm ꝯditõem materie. alia ꝺm causam efficientẽ vel mouentez. Sicut exempli grã. lapis qñq̧ fertur sursum qñq̧ deoꝛsum. sed nõ ꝓpter eandẽ nccitatem. qꝛ sursum ferẗ ꝓpter nccitatẽ mouẽtis que est nccitas violentie. sȝ deoꝛsum ꝓpter nccitatez ipsius materie inq̃ꝫtum lapis hȝ grauitatem

Querit̃ Utrũ in his que fiũt ab arte sine ab intellectu pꝛactico possit idem effectus ꝑ plures causas demõstrari. Solo ꝙ ea que fiũt ab arte sunt duplicia. quia quedam sunt que nunq̧ fiunt frustra. hoc est sine causa finali. nec etiam fiunt ex necessitate materie sed semꝑ fiunt pꝛopter finem. vt domus vel imago. Quedam vero sunt que licȝ possint fieri ab arte. tamen etiam possunt fieri a foꝛtuna vel casu. Sicut exempli gratia. sanitas potest esse ab arte vel a foꝛtuna. vt si aliquis lepꝛosus ex impatientia lepꝛe comederet serpentem vt citius moꝛeretur. ⁊ ex esu tali sanetur. tunc sanitas eius esset a foꝛtuna ⁊ pꝛeter intentionem. Aliud etiam

est. vt si aliquis existens in domo ruinosa videat per artem domum illam debere cadere. et inde exeat ille per artem saluatus est. Sed si casu exeat et post exitum eius domus cadat. tunc saluatus est a fortuna. Iam ergo dicendum est ad quesitum quod in his que fiunt ab arte siue ab intellectu practico primo modo non potest effectus demonstrari per plures causas sed per vnam tantum scilicet per causam finalem. In alijs autem posset quidem argui ex fortuna. sed non potest effectus proprie nisi vno modo demonstrari. scilicet per finem vt sunt ab arte et non vt sunt a fortuna

¶ Quomodo in diuersis rebus diuersimode demonstratur per causam.

Queritur Utrum in omnibus rebus eodem modo demonstretur per causam Solutio. quod non sed diuersimode secundum quod cause et res sunt diuerse

Queritur Quotuplex est diuersitas causarum. Solutio. duplex Una est quod causarum quedam est simul cum suo effectu quedam vero non est simul. Alia diuersitas est. quod causarum quedam est per se producens effectum et semper. quedam vero non sed frequenter. Et secundum tales diuersitates causarum etiam diuersimode effectus demonstrantur per causam.

Queritur Quomodo demonstratur aliquid per causam que est simul cum effectu. Solutio philosophi. quod in illis semper sumitur eadem causa pro qualibet differentia temporis. Et ratio illius est. quia talis causa est causa sufficiens et completa. et ergo sicut necesse est quod quando causa est effectus sit. sic etiam necesse est quando causa fit effectus fiat. et quando causa est facta effectus sit factus. Et hoc declarat philosophus per duo exempla Primum est vt si queratur propter quid facta est eclypsis lune in preterito Respondetur. quia interpositio terre inter solem et lunam facta est in preterito. Et propter quid fit in presenti. Respondetur quia terra interponitur in presenti. Et propter quid fiet in futuro. respondetur quia terra interponetur in futuro ¶ Secundum exemplum est. vt si queratur propter quid est crystallus. Respondetur. quia aqua densata vehementer per defectum caloris solis est. ergo crystallus est. Et propter quid fuit. respondetur. quia aqua sic densata fuit. Et propter quid erit. respondetur quia aqua sic densata erit Unde patet quod in illis in quibus causa est simul cum effectu semper demonstrantur per vnam causam pro quolibet tempore

Queritur Quomodo demonstratur aliquid per causam que non est simul cum effectu. Solutio philosophi. quod in quibus causa non est simul cum effectu non potest effectus a priori demonstrari per causam sed oportet econtra a posteriori causam demonstrari per effectum. et hoc tam in his que fiunt secundum directum quam in his que fiunt secundum circulum

Queritur Quomodo probat philosophus quod in illis in quibus causa non est simul cum effectu effectus non potest demon-

strari a priori per causam Solo. hoc probat duabus rationib9. quarum prima sumitur ex parte temporis absolute. ⁊ potest sic formari. posito priori ſm tempus non est necessarium posterius poni. sed causa que non est simul cum effectu est prior ſm tempus suo effectu. ergo posita tali causa nõ est necesse effectum poni. ⁊ per consequens non potest ꝑ talem causam effectus a priori demonstrari. Maiorem probat philosophus. quia si posito ꝑori necesse essꝫ posterius poni. hoc vel esset ſm aliquod tempus determinatum vel indeterminatum. nullum illorum potest dici. ergo ⁊c̃. Non potest dici primũ. quia si posset syllogisari a priori facto ipsum posterius ſm tempus determinatum. tunc posset ꝯcludi. ꝙ quia verum est dicere hoc factũ esse quod est prius. ꝙ etiam verum sit dicere hoc factuꝫ esse quod est posterius. vt si verum sit dicere. infirmus bibit medicinam ꝙ etiam verum sit dicere infirmus sanatus est. sed hoc non sequitur. quia potest dari aliquod tempus in quo verum est eum bibisse medicinam. ⁊ tamen nõdum eẽ verum eum sanatum esse. sicut in tempore intermedio inter sumptionem medicine ⁊ sanitatem adeptam Non p̃t etiã dici secũdum. scilꝫ ꝙ posito priori necesse est ponere posterius ſm tempus indeterminatũ. quia non sequitur iste bibit medicinam. ergo sanabitur. Et ratio est. quia causa que ex necessitate debet inferre effectuꝫ illa debet esse simul cum effectu ⁊ debet accipi vt medium eiusdem generis cum effectu. Sed quãdo sic arguitur iste bibit medicinam. ergo sanabitur. vel hoc est factuꝫ. ergo illud fiet. non accipitur medium eiusdem generis. ergo ex tali causa non sequitur effectus de necessitate. Maior patet ex prius dictis. quia ad probandum de necessitate aliqua facta esse in preterito accipitur pro causa ⁊ medio aliquid quod est in preterito. Et ad probandum aliqua fore vel fieri in futuro accipitur pro causa aliquid quod est in fieri vel in futuro. Et ad ꝓbandum aliqua eẽ in p̃senti accipitur ꝓ causa aliquid quod existit in presenti. Minor patꝫ. qꝛ in illis vnũ est ꝑ̇us ⁊ aliud posterius ¶ Secũda rõ sumit̃ ex parte tꝑis medij. Et stat rõ in hoc sicut ex ꝑte tꝑis absolute ꝯsiderati nõ p̃t syllogisari a ꝑ̇ori ad posterius. nec ſm tempus determinatũ nec indeterminatũ. ita nec ex ꝑte tꝑis intermedij ꝯtingit accipe aliquod determinatũ vel indeterminatũ in quo posset ꝯcludi posterius ex ꝑ̇ori. qꝛ in toto tꝑe intermedio falsũ est dicere posterius esse ⁊ tñ verum est ꝑ̇us ꝓcessisse. vt falsum est dicere in tꝑe intermedio inter sumptionẽ medicine ⁊ sanitatẽ istum sanum esse ⁊ tñ verũ est ꝙ sumpsit medicinam

Querit̃ Que est illa questio quam pħus occasione dictorũ mouet in textu. Solo ꝙ ista. vtrũ in his causis que non sunt simul cũ suis causatis cadat tempus mediuꝫ inter causata ⁊ causas hoc est vtrum huiusmodi cause ⁊ effectus sese ꝯsequantur in tempore continuo vel non. Et hoc est necessarium scire demonstratori. quia si non esset continuatio in huiusmodi causis tũc non esset deuenire ad aliquod immediatum. quia semper inter duo nunc discontinua est accipere aliquod medium. ⁊ ergo si illud nunc in quo est effectus non sit continuum ad illud nũc in quo est causa tunc erit in medio accipe aliquid quod sit causa media ⁊ hoc ibit in infinitum

Queritur Quomodo soluit phus istam questionem. Solo. pmo pmittit vnu notabile et tunc soluit. Notabile est istud q fieri non pt psequenter se habere vel esse ptiguu ad factu esse. nec vnu factu esse pt esse ptiguu cu alio facto esse. Ro pmi est. qr sicut se hz linea ad pucta. ita se hz fieri ad factu esse. sed linea no pt se psequenter habere ad pucta. g etia fieri no pt psequeter se habere ad factu esse. Maior pz a sili. qr sicut linea est diuisibilis et pucta indiuisibilia. ita etia fieri est diuisibile et factu esse indiuisibile. Sed minor pbatur. qr illa dicutur psequeter se habere inter que non est mediu eiusde generis. sed hoc no pt esse de linea et pucto. qr in linea sunt infinita pucta. Ro secudi est. qr vnu factu esse se habet ad aliud factu esse sicut pimctum ad puctum. sed duo pucta no possunt cosequenter se habere. g nec vnu factum esse ad aliud. Minor pz p phm sexto phisicor. Illo g notabili pmisso dr ad questionem q in illis causis que no sunt simul cum suis causatis cadit tempus mediu inter causata et ipsas causas. qr in talibus facti non est causa facta. nec futuri causa futura. sed hoc quod fit habet causaz pterita. et hoc qd futuru est hz causam psentez. vt sanitas que modo fit in tali corpore habet p causa potione que in pterito facta est. Et ergo in talibus sicut dictu est dz argui a posteriori ad prius. et hoc qd est principium ad arguedu. et non ptingit ire in infinitu. qr ptingit a parte posteriori in talibus accipere aliquod immediatu quod est vltimu factu esse. incipiedo ab vltimo posteriore. Et hoc declarat phus exemplariter. vt qr incisio lapidis est ante factione fundameti. et factio fundamenti ante factoem domus. incipiedu est arguendo ab vltimo. vt qr domus est facta. fundamentu est factum. et quia fundamentum est factu lapides sunt incisi. Et hoc vltimu a parte posteriori est imediatum. qr no habet mediu posterius p quod possit pbari.

¶ Et circa hoc notandu est sm Egidium de roma q illud imediatum a quo arguimus in talibus est posterius et prius posterius in essendo. sed prius in syllogisando

Ar. Videt q in talibus nuncq sit deuenire ad imediatuz. g hoc qd iam dictu est est falsum. Ans pbat. qr in quolibet fieri sunt infinita facta esse. vt patuit. g semp erit accipe aliqd mediu inter duo facta esse. et per pseques nihil erit ibi imediatu. Ad illa cauillatoem rndet phus. q quis sint infinita facta ee respectiua in ipso fieri. tn e dare vltimu factu ee simplr et g est deuenire ad aliqd imediatu. qr e deuenire ad aliqd qd imediate se hz ad ipm nuc qd est pmu in syllogisando. et vltimu in essendo. Et sicut ia dictum est de eo quod factuz est in pterito. ita similiter dicendum est dicit phus de eo quod factum erit in futuro

Queritur Quomodo dz demrari et sumi mediu in his q fiut sm circulu. Solo. in illis dz demrari etia a posteriori. sicut iam dctm est. Et ro est. qr in illis q sm circulu fiut et generant est qda puersio circularis p hoc q a pmo generato deuenit ad vltimu. et iteru ab vltimo redit ad pmu. Exepli gratia. vt terra depluta necesse est vapore fieri. vapore autez facto nce est fieri nubem. et facta nube. nce est fieri pluuiam. et p cosequens terram fieri deplutam. Et hoc scilicet terram esse deplutam. erat quod

assumptũ fuit in ꝑncipio ad concludendũ generatõnem vaporis .⁊ sic infert cõclusio ex ꝑncipio ⁊ iterũ ex conclusione ꝑncipiũ. Et ꝰ patet ꝙ demõstratio in talibus ꝑ circulũ vadit.

Arĝ Demonstratio circularis est supius ꝓhibita .ꝰ male dr̃ hic ꝙ demonstratio in talib9 per circulum vadit. Solutio demonstratio circularis que est circularis simpliciter illa est ꝓhibita .sed nõ demonstratio que est circularis ſm quid qualis fit in ꝓposito.qꝛ hic nõ fit ꝓcessus ab eodem ad idem simpliciter ⁊ in numero.sed solum ad idem specie quia pluuia que fit ex nube non est eadem in numero.cum illa ex qua prius factus fuit vapoꝛ sed solum eidem in specie.

Queritᷣ Quõ diuersimode demonstrat̃ ꝑ causam in his que sꝑ semꝑ ⁊ que sunt frequenter. Solõ in his que sunt sꝑ fit demonstratio ꝑ causam que est vl̃r ⁊ semper . Et hoc satis patet ex prius dictis.Sed in his que nõ sunt sꝑ ſʒ freq̃nter.sicut est hoc ꝙ hõ masculus generat masculũ hoc em̃ non fit semꝑ sed frequenter ibi dʒ fieri demõstratio ꝑ mediũ ꝙ est cã vt freq̃nter. Et rõ illius ẽ .qꝛ si detur oppositũ scʒ ꝙ ad ꝓbandũ cõclusionẽ que est vt frequẽter sumatur mediũ qđ est vl̃r et semꝑ de quo maioꝛ extremitas p̃dicet̃ vl̃r ⁊ semꝑ ⁊ ip̃m p̃dicet̃ de minoꝛe extremitate tũc sequit̃ ꝙ etiã maioꝛ extremitas vl̃r ⁊ sꝑ p̃dicabit̃ de minore in cõclusione.⁊ sic cõclusio que supponit̃ esse vt frequenter erit vt semꝑ quod implicat dicere.

De modo inuestigãdi ip̃m ꝙ quid est ſm veritatem

Queritᷣ Circa secundã partẽ istius capituli quõ docet ph̃s inuestigare ip̃m ꝙ quid est. Solutõ ꝑmo ꝑmittit vnã diuisionem ꝑ quã oñdit qualia debeant esse ex quib9 debet cõstitui ipsuʒ ꝙ quid est siue definitõ.Secũdo docet modũ illa inuestigandi

Queritᷣ Que ẽ illa diuisio quã ph̃s ꝑmittit Solutio ista Q̃ eoꝝ que p̃dicant̃ vl̃r de aliquo quedã sunt in plus ita ꝙ etiam insunt aliȷ̃s eiusdem generis sed nõ extendunt̃ extra genus eius de quo predicant̃.Alia vero sunt que sunt in plus.ita ꝙ p̃dicent̃ etiã de aliȷ̃s alterius generis.Exemplum primi est vt impar respectu ternariȷ̃. Exemplum secundi est vt ens respectu ternariȷ̃.

Queritᷣ Jam qualia debent esse illa ex quib9 debet constitui ip̃m ꝙ quid est. Solutio dñt esse talia p̃dicata que in pl9 se hñt ita tñ ꝙ nõ extendant extra genus ipius definiendi.

Queritᷣ Quis est modus seu via inuestigandi ip̃m ꝙ quid est. Solõ est duplex modus seu via.scʒ via cõpositõnis et via resolutionis.

Arĝ Est etiam aliqua via diuisionis. ꝰ sunt plures ꝙ̃ due vie seu modi inuestigandi ip̃m ꝙ quid est. Solõ ꝙ via diuisionis nõ est distincta a via cõpositõnis.quia diuisio in compositõnem finaliter oꝛdinat̃ Uel põt dici ꝙ sunt vna ⁊ eadeʒ via dr̃ñtes solũ ꝑ respectus ad diuersos

terminos q̇a in ordine ad terminũ ad quẽ qui est species vocatur via com positõnis.sed in ordine ad terminũ a quo est gen⁹ sic vocaẗ via diuisiõis.

De via compositionis

Querit Quõ docet pħus inuestigare ipm ꝙ quid est ꝑ viam cõpositõnis. Solutio dupliciter .q2 primo docet inue/stigare definitõem speciei specialissime.scđo definitõem speciei subalterne

Querit Quõ docet inuestigare definitõnem speciei specialissime per viam cõpositõnis. Solutio dicit ꝙ debemus ꝑmo videre in quo genere sit res definienda ⁊ tunc descendere ꝑ diuisionẽ oppositaꝝ differentiaꝝ quousq3 tot accipianẗ quoꝝ vnũquodq3 sit in plus et oĩa simul sumpta conuertibilia cũ definito. Exemplũ est vt ternarius sic definiẗ ꝙ est numerus impar vtrobiq3 ꝑmus que definitio sic colligiẗ. Nã numerus vel est par vel impar.sed manifestũ est ꝙ ternarius non est nu/merus par.ergo est impar. Et ꝯñter oĩs numer⁹ vel est vtrobiq3 ꝑmus vł non.ternarius aũt est vtrobiq3 ꝑm⁹. Et iterũ oĩs numer⁹ vł est alio nume ro mensurat⁹ vel non ternarius autē nõ ẽ alio numero mensuratus Pre terea ꝯsequenter omnis numerus vel est ex numeris compositus vel nõ et constat ꝙ ternarius non est ex numeris compositus hec ergo ad inuicem collecta constituunt definitõnem ternarij que diciẗ ꝙ ternarius est numer⁹ impar vtrobiq3 primus nullo numero cõmensuratus ⁊ incõposit⁹ cuius definitõnis quelibet particula habet se in plus q̃3 ternarius quia impar cõ uenit quinario septenario ꝛc̃. Et esse vtrobiq3 primũ in numero non cõmẽ surari ⁊ ex numeris non componi conueniunt etiam binario sed omnia il/la simul collecta nulli cõueniunt nisi ternario.

Querit Utrum illa predicata predicentur vniuersaliter ⁊ ex ne cessitate de ternario. Solutio ꝙ sic. Et ratio est quia illa que predicantur in quid illa predicantur vniuersaliter ⁊ ex necessitate. sed ista predicata sic collecta ꝑdicanẗ in q̇d de ternario.g̃.

Querit Utrum illa predicata sic simul collecta constituant de/finitõnem ternarij. Solutio pħi ꝙ sic. Et ratõ illius est quia hoc totum numerus impar vtrobiq3 primus predicatur in quid de ternario.ergo vel predicatur vt eius definitio.vel vt genus sed non vt genus.quia tunc hoc totum non esset conuertibile cum ternario quod fal/sum est.ergo sequitur ꝙ predicatur vt definitio de ternario. Et per conse/quens illa predicata sic simul collecta constituunt definitionem ternarij. Et sicut hic diciẗ de ternario ita siłr dicendũ est de quolibet alio definito

Querit Quomodo debet hoc intelligi ꝙ quelibet pars defini/tionis debet esse in plus definito.sed tota definitio con

uertibilis cum eo cum tamen Aresto. septimo metaphysice dicat opposi-
tum. quia ibi dicit q differentia vltima est conuertibilis cum definito.
Solutio Alberti hic in cōmento. Q si diuisio generis per differentias
deduceretur vsq ad atoma que vlterius ꝑm formam sūt indiuisibilia tūc
oporteret q vltimū predicatū scz differentia vltīa esset conuertibilis cū spe-
cie seu cum definito. Sed quia differentie vltime prout sunt diuisiue sunt
nobis innominate. ⁊ differentie cōmuniores nominate. Ideo hic dicitur
q inter differentias nominatas quelibet cōmunior est specie specialissima
definita omnes tamen simul collecte conuertibiles cum ea. Alij sic dicūt
q duplex est definitio. quedam que datur per essentialia debite ad se inui
cem ordinata per modū actus ⁊ potentie. Et de illa intelligitur dictū phi
septimo metaphysice. Alia est que datur per circūlocutionem essentialiuz
per quedam accidentalia. Et de illa debet intelligi quod hic dicit. quia om
nia accidentalia diuisim accepta sunt in plus sed simul accepta faciunt de
finitōnem conuertibilem cum definito. Exemplum huius extra textum
est de ista definitōne hominis qua dicit homo est animal gressibile bipes
non alatum. ibi enim quelibet pars est in plus sed tota definitio est conuer-
tibilis. Et iste est modus dicendi Egidij de roma in suo cōmento.

Queritur Quomodo docet phus inuestigare definitōnez speciei
subalterne per viam compositōnis Solutio dicit q
si volumus definire speciem subalternam tunc debemus illam speciē sub-
alternam quā volumus definire seu illud genus diuidere in species speci
alissimas. Et tentare definire illas species specialissimas ꝑm modū definiē
di iam traditum de specie specialissima in pcedentibus. Et postq omnes
illas species specialissimas definiuerimus debemus videre qd sit genus cō
mune in quo omnes ille species conueniunt. quia illud debet esse genus po
nendum in definitōne speciei subalterne. Et genere sic accepto debemus vi
dere ad proprias passionēs hoc est ad differentias. primo ad cōmunes que pri
mo genus diuidunt postea ad proximas que proxime diuidunt genus. Et
compositis omnibus illis differentijs sic genus diuidentibus ⁊ subdiuidē
tibus vsq ad indiuisibilia specie debemus colligere cōmunes differētias
omnibus specialissimis conuenientes. Et tunc addere illas generi prius
accepto tunc habebimus definitōnem speciei subalterne. Exemplum hu
ius est vt si velimus definire lineam debemus diuidere eam primo in suas
species specialissimas scilicet in lineam rectam. curuam ⁊ circularem. Et
definire omnes illas species. vt dicendo sic linea recta est longitudo sine la
titudine cuius medium non exit ab extremis. Linea curua est longitu-
do sine latitudine cuius medium exit ab extremis ⁊ in idem punctum nō
recuruatur. Et linea circularis est longitudo sine latitudine cuius mediuz
est punctum a quo omnes linee dicte ad circūferentiā sunt equales. Et
illo facto debemus videre quid sit genus in quo omnes ille species conue-
niunt vtrū scz sit quantitas vel qualitas ⁊ genere accepto qd est quantitas debe-
mus videre ad differentias in illis definitōnibus positas que scz sint ille in quibus

omnes ille definitõnes ꝯueniũt oẽs eñ ꝯueniũt in hoc ꝙ quelibet est longitudo sine latitudine sꝫ in alijs posterius additis differunt Et tunc debemus omnes illas dr̃as in quibꝰ ille definitõnes conueniũt cõiungere cũ genere prius accepto dicendo sic linea est q̃titas cõtinua longitudo sine latitudine. Et hec est vera ars inueniendi definitõnem speciei subalterne

Arᵍ Videtᷣ ꝙ diuisio generis ꝑ dr̃as ĩ species non sit vtilis ad inueniendum definitõnem. ergo iste modus uel ista via iam tradita non ẽ cõueniens. Añs ꝓbatur. quia pħs superius enumerauit diuisionẽ inter vias inutiles. Solutio ꝙ argumentũ ꝓbat bene ꝙ diuisio vel via diuisiua nõ sit vtilis ad syllogisandã ipm ꝙ quid est de eo cuius est vt prius dictum fuit tamẽ diuisio vel via diuisiua est bene vtilis ad inuestigãdũ ipm ꝙ q̇d est seu ad colligendũ elementa seu partes definitionis que sunt genus ⁊ differentia. ⁊ hoc qđ hic dicitᷣ.

Queritᷣ Quid intelligit pħs ꝑ ꝓprias passiones qñ dicit ꝙ accepto gñe debemꝰ speculari ꝓprias passiões. Soᵒ alb. ꝙ ꝑ ꝓp̃as passiões ĩtelligit hic dr̃as. qꝛ dr̃e se hñt ad genꝰ sicut ꝓprie passiones ad suũ subiectũ q̇a sunt essentiales q̃litates ipius generis sicut ꝓprie passiones sunt qualitates ipius subiecti. Alij vero dicũt ꝙ per ꝓprias passiones intelligit pħs ꝓprietates que insunt subiecto definiendo qꝛ ille sunt signa manifestãtia formas ꝓprias specieꝝ. Et ergo ad illas oportet speculari vt cognoscamus ea que querimus ꝑ definitõne ꝯstituenda fm ꝙ dicitᷣ pmo de aĩa ꝙ accidentia illa ꝓpria magnã partem conferunt ad cognoscendum ꝙ quid est.

Queritᷣ Quot sunt que oportet caueri circa hũc ꝓcessum inuestigatõnis definitõnis. Soło pħi ꝙ duo. Primũ est ne partes definitõnis inordinate locentᷣ. q̇a multũ differt q̇d prius ⁊ quid posterius ponatᷣ. inter elemẽta definitõnis debet eñ genus p̄poni ⁊ deinde debet poni dr̃a cõior ⁊ postea alia differentia minus cõmunis ⁊ sic ꝯñr vsqꝫ ad dr̃am vltimã q̇a si dr̃a p̄poneretᷣ ⁊ genus posterius vel poneretᷣ inter differentias tunc cõmitteretᷣ nugatio vt patet sic dicendo. homo est bipes aĩal mãsuetũ ibi eñ cõmittitᷣ nugatio sed si sic dicatᷣ homo est aĩal bipes mansuetũ tunc bene est assignata definitio.

Secundũ est ꝙ oportet cauere ne aliquid requisitoꝝ ad definitõnem omittatur. q̇a al's definitio esset diminuta. Et ad hoc vtilis est diuisio dicit pħs puta ꝙ genus diuidatᷣ ꝑ debitas differentias ⁊ imediatas. q̇a si genꝰ diuideretᷣ ꝑ differentias indebitas vtputa ꝑ differentias inferioris generis tunc totum tale genus nõ euacuabitᷣ ꝑ tales differẽtias. Exempli gratia Si sic diuideretᷣ aĩal ꝙ omne aĩal aut est totũ pennatũ aut est pennis diuisum illa non est diuisio sufficiens aĩalis q̇a multa sunt aĩalia que nec sũt tota pennata nec etiam pennis diuisa. sed est soluꝫ diuisio aĩalis volatilis Sed si sic diuideretᷣ aĩal ꝙ omẽ aĩal vel est rõnale vel irrõnale tũc diuisio esset sufficiẽs ⁊ bona qꝛ tũc totũ diuisum ꝯtinetᷣ sub mẽbris diuidentibꝰ.

Queritᷣ Quid intelligit pħs hic per aĩal totum pennatũ. ⁊ q̇d per aĩal pennis diuisum Solutio ꝑ aĩal totũ pẽnatũ

intelligit aīal qd̄ hȝ alas integras ⁊ ꝯtinuas sicut vespertilio. sed ꝑ animal pennis diuisum intelligit aīal cuius ale distinguūtur ꝑ diuisas pennas .si-cut coruus vel pica.

Querit̄ Quot fuerūt errores antiquoꝝ quos excludit ph̄s circa p̄dicta Solo. ꝙ duo. Primus fuit Eracliti ⁊ disci-puloꝝ eius. qui dicebāt ꝙ nihil posset sciri ꝑ definitōem nisi cognoscerētur oēs drn̄e quas hȝ vnūqdq; ad alia. ⁊ nisi cognoscerētur etiā omnia alia. Et motiuū eoꝝ fuit istud. qꝛ vnūqdq; est idē cū illo a quo nō differt drn̄a et a quo differt est alterū. ⁊ ḡ si debȝ aliq̄d determinate cognosci vt distinctū ab alijs optet oēs drn̄as alioꝝ cognoscere

Querit̄ Quō excludit ph̄s illū errorē. Solo. p̄mo interimit errorē q̄ꝫtum ad hoc ꝙ dictū est ꝙ illud a quo aliq̄d dif-fert est alterū ab eo. essentialiter. hoc eīn falsum est ꝙ multe sunt drn̄e reruȝ eiusdē spēi que non sunt per se ⁊ essentiales. sed tm̄ accn̄tales. ⁊ ille nō faci-unt diuersitatē essentialē sed accidentalē tm̄. ¶ Secūdo reprobat istū errorem q̄ꝫtum ad hoc ꝙ dictum est ꝙ ad cognoscendū aliquid ꝑ definitioneȝ optet oēs drn̄as alioꝝ cognoscere. Et dicit ꝙ hoc nō oportȝ. sed sufficit ꝙ ille qui vult definire diuidat genus in oppositas drn̄as sic ꝙ omne qd̄ cō-tinet̄ sub diuiso ꝯtineatur etiā sub altero membroꝝ diuidentiū. ⁊ tūc acci-piat illud quod vult definire sub altero illorum membroꝝ ⁊ cognoscat ꝙ illud membꝝ sit drn̄a ꝯstitutiua eius. ⁊ nihil refert vtrum sciat vel nesciat de quibꝫ rebꝫ predicetur alia drn̄a opposita vel alie differētie. Exempli gra-tia. si diuidatur aīal in rationale ⁊ irrōnale ⁊ accipiatur ꝙ homo ꝯtineatur sub rōnali tūc nō requirit̄ ꝙ sciat̄ de quibꝫ p̄dicet̄ irrōnale. vel quō illa de q̄-bus irrōnale p̄dicat̄ a se inuicem differāt

Querit̄ Quis fuit secūdus error Solo. secūdus error fuit q̄-rūdam dicentiū ꝙ qn̄ inuestigat̄ definitio ꝑ diuisionem tūc debet peti an totū diuisum ꝯtineat̄ sub membris diuidentibꝫ. ita ꝙ sa-tis euacuet̄ diuisum ꝑ membra diuidentia

Querit̄ Quō excludit ph̄us illum errorem. Solo. dt ꝙ non oportȝ hoc petere si diuisio sit data per opposita immediata. quia tunc nccāriū est ꝙ totū diuisum euacuetur ꝑ mēbra diuidētia

Querit̄ Quot sunt que oportȝ obseruare in inuestigatione de-finitionis per viam diuisionis. Solo. ꝙ tria. Primum est ꝙ per diuisionem solum accipiantur illa que predicantur in eo ꝙ q̄d est id est substantialiter de definito. Secundum est ꝙ partes debite ordinentur. Tercium est ꝙ omnia accipiantur que pertinent ad ꝙ quid est ita ꝙ ni-hil omittatur.

Querit̄ Quō possunt illa tria obseruari Solo ph̄i. ꝙ p̄mum obseruat̄ ꝑ hoc ꝙ homo p̄t inducere syllogismos osten-dentes ꝙ illud ꝙ assumitur insit definito essentialiter ⁊ in quid. Secūduȝ obseruatur ꝑ hoc ꝙ illud preponitur qd̄ est ꝯmunius ⁊ qd̄ ad alia posteri-us accepta ꝯsequitur. ⁊ hoc est genus. sicut patet cuȝ dr̄ homo est animal

gressibile bipes. ibi aial debet preponi. qr ipsuz est quod ad alia consequitur in bona ꝯsequentia. quia bene sequitur gressibile bipes est. ergo animal est Et idem modus debet etiam obseruari in ordinatione aliorum. scz differentiarum. ita ꝙ illa semper preponatur que est ꝯmunior ꝛ que ad alias in bona ꝯsequentia ꝯsequitur. Tercium vero obseruatur per hoc ꝙ accipiũtur ꝑmo ꝑme differentie sub quibꝫ ipsum diuisum vniuersaliter cõtinetur. ꝛ q̄ vniuersaliter euacuant naturã ipsius diuisi. Et postea sumit hoc mẽbrum per quod intendimus definire. ꝛ diuiditur iteruz ꝑ drñas ꝓprias quousqꝫ deueniat ad vltimã drñam post quã nõ ꝯtingit vlterius diuidere.

Querit Utrum ista tria. seu iste tres cõditiones sufficiant ad inuestigandũ definitionem Solo phi. ꝙ sic. Et rõ est. quia si p̄dicte ꝯditiones obseruentur tũc definitio non habebit aliquod superfluum nec diminutũ. ꝛ ergo illa tria obseruata sufficiũt. Añcedens probatur. ꝑmo ꝙ definitio non habebit superfluũ per primam ꝯditiõem. que dicit ꝙ in definitione solum debent accipi illa que p̄dicantur in quid de definito. Secũdo scz ꝙ non habebit aliquid diminutũ probatur. quia si haberet aliquid diminutum vel hoc esset genus vel differentia. non genus vt patet per secũdam ꝯditionem que dicit ꝙ genus debet esse primũ sumptũ in definitione. Nec differentia. vt patz per terciam ꝯditionem. que dicit ꝙ diuisio debet fieri quousqꝫ deueniatur ad vltimam differentiam post quã non est alia

De via resolutionis

Querit Quõ docet phs inuestigare ipm ꝙ quid est ꝑ viam resolutionis Solo. ꝑ istam viam ſm dñm Albertuz ꝛ alios expositores ꝯmuniter nõ docet phs inuestigare definitionẽ subiecti sed definitiõem proprie passionis. Et consistit ars in hoc ꝙ si volumus definire aliquam propriam passionem tunc debemus intẽdere ad indiuidua similia ꝛ indifferentia specie que ſm vnam rationem illam passionem participant ꝛ videre quid omnia illa indiuidua idem habent ſm ꝙ inest eis illa passio. Postea debemus respicere ad alia indiuidua que cum indiuiduis primo consideratis sunt in eodem genere ꝛ specie quibꝫ illa passio inest ſm aliam rationem. ꝛ videre etiam quid omnia illa habent idem Et illo facto debemus videre in omnibꝫ tam in istis q̄ꝫ in illis vtrum sit aliquod idem quo illam passionem participant. Si sic tunc illud idem ex omnibꝫ singularibꝫ resolutum ꝛ congregatum ad vnam ꝯmunem rationem erit definitio ipsius proprie passionis. Si vero consideratis omnibus indiuiduis ꝛ his quibꝫ ſm vnã naturam inest. ꝛ his quibꝫ inest ſm plures non possimꝰ per resolutionem venire in vnam rationem sed in duas rationes vel plures. tunc manifestum est ꝙ passio definienda que queritur nõ est vna. sz est plures ſm rem ꝛ rationem

Querit Quomodo declarat phus hanc viam inuestigandi Solo. per exemplum de magnanimitate. vt si vellẽ

mus querere per definitionem quid est magnanimitas primo debemus videre ad quosdam magnanimos ꝯsiderando quid habent ꝯmune ſm ꝙ dicũtur magnanimi. vtputa ad Herculem Achillem ⁊ Ayacem. ⁊ inuenimus ꝙ dicũtur magnanimi ſm hoc ꝯmune quod est non tolerare iniurias. quod patet ex eorum effectibꝫ. quia Hercules non potens tollerare iniuriam dimicauit. Achilles ꝓpter eas insaniuit. et Ayax seipsum interfecit. Post hoc debemus respicere ad quosdam alios magnanimos non per illam rationem. sed per aliam. puta ad Lizandrum ⁊ Socratem ⁊ videre quid ꝯmune ipsi habuerũt. ⁊ statim videm⁹ ꝙ dicũtur magnanimi ſm hoc ꝯmune quod est equaliter se habere in prosperis ⁊ aduersis Tunc cõsequenter accipiemus illa duo scꝫ non posse tollerare iniurias ⁊ equaliter se habere in prosperis ⁊ aduersis. ⁊ videmus si sit eis aliquid cõmune. ⁊ si sic tunc in hoc consistet definitio magnanimitatis. vt si dicamus ꝙ vtrũqꝫ cõtingit propter hoc ꝙ aliquid reputat se dignum magnis. quia ex hoc prouenit ꝙ aliquis non potest tolerare iniurias. ⁊ etiaꝫ ꝙ equaliter se habet in prosperis ⁊ aduersis. Et ergo quarto ethicorum sic definitur magnanimitas ab Arestotele. ꝙ est virtus qua quis se dignũ magnis reputat dign⁹ existens. et hoc additur notanter (dignus existens) quia si non esset dign⁹ tunc non esset magnanimitas sed p̄sumptio. Et ista definitio equaliter cõuenit p̄dictis. Si aũt nihil ꝯmune inueniret̃ illis duobꝫ acceptis. tũc non esset vna spẽs magnanimitatis. sed due. ⁊ ergo nõ posset etiaꝫ de illis dari vna ꝯmunis definitio sed plures.

Querit̃ Quare dicitur in ista via ꝙ oportet inuestigantes ꝙ q̇d est peruenire ad aliquod ꝯmune Solo. ratio illius est quia oportet omnem definitionem dari de aliquo in vniuersali. ⁊ non ſm ꝙ consideratur in particulari hoc vel illo. Et hoc patet exẽplariter de medico. Medicus em̃ non definit quid sit sanum in particulari vt in hoc vel illo. sed definit sanum in vniuersali et simpliciter quo ad omnes. vel distinguit sanum ſm diuersas spẽs dicendo hoc est sanum colericis, hoc est sanum flegmaticis. ⁊ sic de alijs

Querit̃ Q̃uo proceditur in hac via Solo. p̄cedit̃ a singularibꝫ ⁊ minus ꝯmunibꝫ ad magis ꝯmunia. vt patuit. ⁊ ergo ista via vocatur proprie via resolutionis. q̄ resolutio est a posterioribus ad p̄ora. ⁊ ab effectibꝫ ad p̄ncipia.

Querit̃ Utrum ille processus sit conueniens. Solo phi ꝙ sic. Et hoc propter duo. Primo em̃ est cõueniens propter facilitateꝫ q̄d sic ostenditur. quia facilius est definire singulare ⁊ min⁹ ꝯmune. q̄ꝫ vniuersale ⁊ magis ꝯmune. ergo ista via est conueniẽs propter facilitatem. Minor patet. quia in vniuersalibꝫ latent plures equiuocatões q̄ꝫ in singularibꝫ. Secũdo etiam est ista via ꝯueniens propter euidentiam Et ratio est. quia aliquis non potest deuenire definiẽdo ad notitiam ignoti. nisi per notitiã noti. sed singulare ⁊ minus ꝯmune est notius q̄ꝫ vl̃e ⁊ equiuocatio est in singularibꝫ magis manifesta

Querit̃ Utrũ definitio possit dari ꝑ metaphorã. Solõ phi ꝙ nõ. Et rõ illius est. qꝛ si ꝑ metaphorã possꝫ dari defi nitio tũc etiam ꝑ metaphorã possꝫ fieri demõstratio. sed ꝑ metaphorã non p̄t fieri demõstratio. ğ nec definitio. Maioꝛ patꝫ qꝛ definitio est medium demõstratõis. Sed minoꝛ ꝓbať. qꝛ metaphora accipiť ſm aliqđ ſiłe. iã nõ opoꝛtꝫ ꝙ illud qđ est siłe quo ad aliq̇d vel quo ad vnũ sit siłe quo ad om̄ia et ğ qꝛ demõstratio dꝫ dari ꝑ vłia. ⁊ q̃ sunt talia quo ad oĩa demõstratio nõ potest dari per metaphoram

¶De modo inuestigandi ipsum propter quid

Querit̃ Quid vocatur hic ꝓpter quid Solõ. ꝓpter q̇d vocat hic cã ꝓpria ꝓpter quã passio aliqua inheret subiecto.

Querit̃ Quõ docet phs inuestigare ipsum ꝓpter quid. Solõ per triplex medium. Primo ꝑ ꝯmune vniuocũ. Secun do ꝑ ꝯmune innoĩatũ. Et tercio ꝑ ꝯmune analogũ

Querit̃ Quõ phs docet ipm ꝓpter q̇d inuestigari ꝑ ꝯmune vni uocũ Solõ. dicit ꝙ ad inuestigandũ ipm ꝓpter q̇d ꝑ cõe vniuocũ debemus eligere diuisiones vtiles quibꝫ scꝫ aliquod ꝯmune genus diuidiť in plures spẽs. aut vna ꝯmunis spẽs in plura indiuidua. et tũc debemus ꝯsiderare que sunt passiones que ꝯsequũtur illud cõe. quia hoc facto habemus sufficiẽs mediũ ꝓpter quid huiusmodi passiones insũ inferioribꝫ illius ꝯmunis. quia illud ꝯmune est tale mediũ ꝓpter quid. Ex empli gratia. si velimus scire propter quid homini ⁊ equo insunt somnus et vigilia. statim accipimꝰ ꝙ propter hoc quia vtrũqꝫ est aĩal vnde anima est ꝯueniens medium ꝓpter quid ad demonstrãdum ꝙ homini aut equo insunt somnus ⁊ vigilia. Et ratio istius extra textum est. qꝛ subiectũ est cã sue ꝓprie passionis. ⁊ ğ si volumus inuestigare cãm alicuius passionis pro pter quã talis passio insit aliq̄bꝫ inferioribꝫ. opꝫ ꝙ accipiamus cõe illoꝝ in ferioꝝ qđ est ꝓprium subiectum

Querit̃ Quomodo docet inuestigare ipsum ꝓpter quid ꝑ con mune ĩnominatũ Solõ. dicit ꝙ quãdo ꝯmune subie tum vel genus aliquarum specierum est innominatum. tunc debemus vi dere ad aliquod aliud cõmune inexistens illis pluribꝫ spẽbꝫ quod nõ est g nus. et considerare ad que sequatur hoc cõmune ⁊ que consequũtur ad i sum. qꝛ hoc ꝯmune debet tũc poni pro medio vel causa ꝓpter quid. Exem plum est vt habere duos ventres ⁊ non habere dentes in superiori mand bula. ille due proprietates cõueniũt boui ⁊ ceruo. et non gratia alicuius c munis generis nominati. et ergo si velimus assignare propter quid deb mus videre an sit aliquod aliud quod non est genus ad quod sequantu ille proprietates ⁊ inuenimus ꝙ sic scilꝫ habere cornua. quia eĩn bos hab cornua et similiter ceruus. ergo habet duos ventres. ⁊ etiam caret dentib in superiori mandibula

Queritur Quō docet phus inuestigare ipm ꝓpter q̇d ꝑ cōmune analogū. Solutio dr ꝙ q̄ncūq3 passio demonstrāda est analoga ꝯueniēs analogice pluribꝫ tunc mediū ꝓpter q̇d ad demōstrā dū illā passionē de illis pluribꝫ d3 esse analogū. Exemplū ē vt ista passio q̄ est ꝯtinere ꝑtes molles ne decidāt conuenit analogice sepioni spine ꝛ ossi. Sepion em̄ est durior ꝑs piscis q̇ sepia vocat᷑. ꝛ est q̄si cartilago ꝯtinēs partes molles carnis ne defluāt. Spina aūt ē in piscibꝫ alijs ꝯtinēs ꝑtes carnis. Et os in aīalibꝫ terrestribꝫ. Et q2 illa passio ꝯuenit illis analogice oportet accipere aliq̄d mediū q̄d sit passioni ꝓportōnatū q̄d dicat᷑ ꝓpt᷑ q̇d illi9 passionis. Et hoc ē durities. vn̄ si querat᷑ ꝓpter q̇d spina in piscibꝫ cōtinet ꝑtes molles carnis rn̄det᷑ q2 ē dura Et ꝓpter q̇d os in aīalibꝫ terrestribus ꝯtinet partes molles carnis Rn̄det᷑ silr̄ q2 os ē durū ꝛ sic de alijs.

Queritur Utrū plura ꝓbleumata possint conuenire in eo q̄d ē ꝓpter q̇d. Solutō ꝙ sic ꝛ hoc dupliciter. Uno° quo ad vnitatē medij. Et alio modo quo ad ordinē medioꝝ.

Queritur Quō on̄dit phs ꝙ plura ꝓbleumata possint cōuenire in eo q̄d est ꝓpter quid c̄ꝑtum ad vnitatez medij Solutio hoc on̄dit per duo exēpla. Primū est de sepione spina ꝛ osse quia vt patuit oīa illa habent eandē causam ꝑ quā demonstrat᷑ eis inesse illa passio que est cōtinere partes molles carnis ne defluāt. quia durities est causa in oībus. Secundū exemplū est de echon iride ꝛ idolo apparente in speculo. Nam illa tria etiam habent eandem causam in genere que est repercussio vel reflexio licet specie differant. quia echo causatur ex reflexione soni ad corpus solidum planū ꝛ concauum. Jris aūt ex reflexione luminis et solis ad nubem aquosam. Et idolum ex repercussione facta ad speculū.

Queritur Quō ostendit ꝙ plura ꝓbleumata possint conuenire in eo q̄d est ꝓpter quid c̄ꝑtum ad ordinem medioꝝ Solutio hoc sic ostendit. quia quedā sunt ꝓbleumata que habent diuersa media sed tamen illa media sunt subordinata. Exempli gratia. Si queratur ꝓpter quid in fine mensis lunaris nilus magis fluit. Rn̄det᷑ ꝙ ꝓpter hoc. quia finis mensis est vernior, id est calidior ꝛ humidior. Et si queratur cōsequenter propter quid finis mensis est vernior. Rn̄det᷑ q2 tūc luna deficit ibi enim sunt diuersa probleumata siue quesita que habent diuersa media. sed tamen in hoc conueniunt illa media que sunt subordinata vnum sc3 sub alio.

Queritur Quot questiones mouet phs hic circa ipm ꝓpter quid Solutio ꝙ duas. Quarū prima est. vtrū causa ꝛ suum causatum sint simul supple quo ad cōsequentiam Exempli gratia vtꝝ posito isto effectu qui est folia fluere ponatur etiam causa. Et vtruz posito isto effectu qui est lunam deficere ponat᷑ etiā simul causa.

Queritur Quō ꝓcedit phs circa istam questionē. Sol̓o p̄mo arguit ad partem affirmatiuā questiōis. scd̄o excludit quendam errorē.. ꝛ tercio soluit questionem

Querit Quō arguit ad partē affirmatiuā questionis. Solo pbat duabꝫ rōnibus ꝙ causa ⁊ causatuz sint simul bm ꝯsequentiā. Prima sumit̄ ex rōne cause ⁊ causati ⁊ est ista. Omne causatum habet necessario aliquā causam. si ergo posito causato non simul ponitur. ꝙ ista sit eius causa tunc sequit̄ ꝙ eius sit aliqua alia causa. Et ergo per oppositū si eius non sit aliqua alia causa q̄ꝫ que dicta est oportet necessario dicere ꝙ si causa sit etiā causatū sit. ⁊ sic causa ⁊ causatū sunt simul.

Secūda rō stat in hoc quecunqꝫ ꝑ se inuicem demonstrant̄ illa etiam se inuicem ꝯsequūtur. sed causa et effectus per se inuicem demonstrant̄. ergo etiam se inuicem consequūtur. Maior patet quia ad mediū demonstrationis sequit̄ conclusio minorē ꝓbat phus exēplariter q2 si sic arguat̄. Omne quod habet lata folia folio fluit. sed vitis habet lata folia. ergo vitis folio fluit. ibi demonstratur effectus per causam. Et si sic arguat̄. Omne qd̄ folio fluit habet lata folia. sed vitis folio fluit ergo vitis habet lata folia ibi econtra causa demonstratur per effectum.

Querit Quis est ille error qui posset oriri ex dictis Solutio quia dictū est ꝙ effectus potest demonstrari per causaz et econtra causa per effectū posset aliquis putare ꝙ vnū ⁊ idem essent causa ⁊ causatum. Sed remouet phus illum errorem ⁊ dicit Q2 hoc non pōt dici. Et ratio est. quia causa est prior suo causato seu effectu. ⁊ effectus ē posterior. sed vnum ⁊ idē non potest esse prius ⁊ posterius. ⁊ ergo causa et causatum non possunt esse idem. Etiam q̄uis vnū demonstretur per aliud ⁊ econtra hoc tamen non est eodem modo nec in eodem genere demonstrationis. quia quando effectus demonstratur per causam est demonstratio propter quid. sed quando causa demonstratur per effectum tunc est demōstratio quia vt patuit etiam superius primo huius

Querit Quomodo iam soluit phylosophus questionem superius motam. Solutio soluit eam per distinctionem Dicens ꝙ in quibusdam causa ⁊ causatum sunt simul ⁊ sequuntur se in q̄busdam vero non.

Querit In quibus causa ⁊ causatum non sunt simul. Solutio phylosophi ꝙ in his in quibus vnus effectus habet plures causas ꝑ se ⁊ ꝓprias ibi non sunt simul nec ꝯsequūtur se quia in illis licet ad existentiam cause in actu sequit̄ existentia effectus non tamē econtra ad existentiam effectus sequit̄ existentia cause. Exemplū est vt esse vituperabile est quidam effectus qui pluribus conuenit scꝫ timido ⁊ audaci. Et habet plures causas per se ⁊ ꝓprias. quia causa eius in timido est defectus ⁊ in audaci superabundantia. Et ergo bene sequitur superabundantia est ergo vituperabile ē sed non sequitur ecōtra vituperabile est. ergo superabundantia est quia in timido est vituperabile sed tamen in eo nō est superabundantia si tamen ambe cause capiantur sub disiunctōne tunc bene sequitur vituperabile est ergo superabundantia vel defectus est Et ita patet in talibus causa posita necesse est effectū poni. ⁊ effectu posito necesse ē aliquam causarum poni sed non determinate quamlibet.

Queritur In quibus causa ⁊ causatum sunt simul ⁊ consequuntur se. Solutio quia si causa ⁊ effectus accipiantur in vniuersrli ⁊ in cōmuni tunc ad causam in cōmuni sequitur effectus in cōmuni ⁊ econtra. Exempli gratia. vt folio fluere est quidam effectus qui adequate conuenit alicui cōmuni quod est cōmune ad vitē ficum ⁊c̄ ⁊ non solum conuenit viti. Et ergo si competur talis effectus ad causam particularem puta vitem tunc non sequitur vt non sequitur arbor est folio fluēs ergo est vitis. Sed si comperetur ad causam vniuersalem ⁊ cōmunem tūc bene sequitur. vt bn̄ sequitur arbor est foliofluens. ergo in eo fit exiccatio humidi. Exiccatio enim humidi vel condensatio est causa cōmunis ⁊ vniuersalis eius quod est foliofluere. Et ergo ab illa causa bene valet arguendo ad effectum ⁊ econtra.

Queritur Que est secunda questio quam mouet phylosophus circa predicta. Solō est ista. Utrum vnius effectus sit tm̄ vna causa. ita ꝙ ad vnitatem effectus sequatur vnitas cause ⁊ ecōtra.

Queritur Quomodo soluit phylosophus illam questionem. Solutō per distinctionem quia contingit aliquid assignari ꝓ causa alicuius effectus tripliciter. Uno modo accipiendo causam per se. Secūdo modo accipiendo signū alicuius cause ꝓ causa. Tercio modo accipiendo aliquod accn̄s ꝓ causa. Illo supposito rn̄det phs ad quesitū ꝙ si accipiatur ꝓ causa illud qd̄ ē cā ꝑ se tūc vni⁹ effectus nō pōt esse nisi vna causa. Sz si accipiatur ꝓ cā illud qd̄ nō est causa per se sed solum signum vel causa per accidens tunc vnius effectus possunt esse plures cause. sicut patz ex exemplo prius posito de vituperabili.

Queritur Que est rō ꝙ vnius effectus nō potest esse nisi vna causa qn̄ talis cā est ꝑ se. Solō q2 causa ꝑ se est medium demonstratōnis potissime qd̄ est definitio sed vnius rei non potest esse nisi vna definitio. ergo etiam vnius effectus non potest esse nisi vna causa ꝑ se que est medium demonstratōnis potissime.

Arguitur Unius rei possunt esse plures definitiones. ergo vnius effectus possunt esse plures cause per se que sint media demonstratōnis. Ans̄ patet ex superius dictis. Solutio licet vni⁹ rei possint esse plures definitiones partiales non tamen potest esse nisi vna completa ⁊ totalis vel potest dici quia phylosophus per effectum intelligit hic ꝓpriā passionem ꝙ licet vnius ⁊ eiusdem passionis possint esse plures definitōnes quarum vna dicit quid alia propter quid tamen est solum vna definitio propter quid que potest esse medium demonstratiōis. Et de illa loquitur hic Arestotiles.

Queritur Utrum verū sit qd̄ dictū est scz ꝙ p̄t accipi causa per accidens ad oñdendū effectū. Solutio phi ꝙ sic. Et non solū contingit cansam sed ⁊ illud cuius est causa scz effectū qn̄z accipi in aliquo subiecto ꝫm accidens. Exemplū est vt dicitur musicus edificat domū. ibi musicus est causa per accidens domus cui⁹ ꝑ se causa est edifica

toꝛ. Et edificatoꝛ est causa receptaculi latronū per accidens si cōtingat latrones in domo moꝛari. Et subdit phs ibi ꝙ vlr in oībus semꝑ mediuꝫ seu causa habebit se similrer ꝛ ꝓpoꝛtionabiliter cū effectu cuius demōstratio queritur. ita ꝙ si effectus sit equiuocus medium cōmune debet esse equiuocum. Et si effectus est vniuocus in aliquo genere mediū debet esse vniuocum ꝛ in genere. Et si effectus reperitur analogice in multis mediū debet etiam esse analogū. Et hoc declarat phs ꝑ exempla in textu.

Queritur Quō causa ꝛ effectus seu ꝓpꝛia passio cōsequūtur se cōparando ea ad subiectū. Solo phi. ꝙ si sumatur aliquod subiectū particulare cui conuenit passio tunc passio ꝛ causa non conuertūtur cum tali subiecto. Sed si sumatur subiectū vle tunc oīa illa cōuertūtur ꝛ cōsequūtur se conuertibiliter scꝫ subiectū causa ꝛ passio. Et de hoc ponit phus duo exempla. Primū est vt si hec passio habere angulos extrinsecos equales quatuoꝛ rectis ꝯpetur ad hoc subiectū qđ est triangulus vel quadrangulus tunc non conuertit̄ cum eo quia est in plus ꝙ̄ triangulus ꝛ quadrangulus ꝛ generaliter ꝙ̄ omnes alie figure quibꝫ dicta passio conuenit sed si sumant̄ simul tūc conueniunt equaliter in vno medio qđ est causa huius passionis. et hoc est rō primi termini. id est definitio maioris extremitatis seu illius passionis. Et ergo tūc oīa illa scꝫ illa passio subiectū sit vlr acceptum ꝛ causa siue mediū ad inuicem cōuertūtur. Et inde est vt dicit phus ꝙ omnes scientie speciales sic vtuntur medio. Secūduꝫ exemplū est vt si hec passio que est folio fluere competur ad hoc subiectuꝫ quod est vitis tunc non conuertit̄ cum eo sed excedit ipm quia etiā conuenit ficui. Sed si omīa quibus hec passio cōuenit simul accipiant̄. tunc cōueniūt in vna cōmuni causa que est siccum seu humidū condensari in contactu seminis hoc est in contactu ad poꝛum arboꝛis vnde foliū trahit semē vel succū. Et per hanc causam demonstrat̄ dicta passio de oībus illis q̄bus conuenit. Et istū modum consecutōnis cause ꝛ effectus oꝛdinat. p. in foꝛma syllogismi per litteras que sunt a b c d e. Et vult ꝙ in demonstratione vniuersali vnius effectus seu passionis non est nisi vna causa ꝛ non ꝑt per vnā causam aliqua passio pluribus diuersis subiectis demonstrari inesse sed ipa causa variatur ꝓm speciē sicut ꝛ ipa subiecta. In demonstratōe aūt particulari potest per vnā causam vna passio pluribus ꝛ diuersis subiectis demonstrari inesse. Exempli gratia vt ista passio que est esse longe vite demonstrat̄ inesse quadrupedibꝫ ꝛ auibus ꝑ vnā cōmunē causam q̄ ē habere humidū radicale non faciliter ꝯsumptibile sed illa cā tamē diuersificatur ꝓm speciem in diuersis. qꝛ in quadrupedibꝫ cā longe vite est non habere cholerā dissoluentē cōplexionē ꝛ cōsumentē humidū radicale. In auibus aūt causa est habere pennas ꝛ plumas habent eñ aues humidū faciliter pertransibile. ꝛ ergo non vincit in eis humidū. ꝛ ꝗ sunt longe vite.

Queritur Quando eiusdem passionis reperiuntur sic diuerse cause in diuersis subiectis sicut iam dictum est quomodo est procedendū ad accipiendum causam primā ꝛ imediatam illius passionis. An scꝫ descendendo ad singularia quibus conuenit illa passio vl ascēdendo ad passionem vniuersalem Solutio phi ꝙ ꝓcedendū est ascen-

dendo ad passionem vniuersalem. quia causa que est vniuersali passioni ꝓpinquior est prima causa ꝛ imediata illius passionis in vniuersali subiecto Et hoc in demonstratōne vniuersali. Sed si loqmur de demonstratōne ꝑticulari tunc ꝓcedendū est descēdendo ad singularia. quia causa que in eodem ordine est ad singulare subiectum ꝓpinquior illa est magis ꝓpria ꝛ per illā magis demonstraꝛ passio de particulari subiecto. Ex quibꝫ patet ꝙ vnicuiqꝫ sibi ꝓxima causa est sibi magis causa ꝛ ꝓpria.

Tractatus secūdus

De principijs autē qualiter fiunt cognita et quis ꝛc̄

In hoc secūdo tractatu ꝛ finali istius libri phs ꝯñter determinat de cognitōne principioꝝ complexoꝝ demonstratōnis.

Queritur Utrū necessariū sit hic determinare de cognitōne principioꝝ demonstratōnis. Solutio ꝙ sic rō est ista ꝫm phm quia nihil scitur a nobis nisi per demonstratōnem. sed demonstratio nihil facit scire nisi cognitis ṗncipijs. ergo vtile est ꝛ necessarium determiare de cognitione principiorum demonstratōnis quomodo scꝫ ꝛ qualiter illa in nobis generatur.

Queritur Quō ꝓcedit phs determinando de his Solꝰ mouet tres questiones. Quaꝝ ṗma est ista. Utꝝ oīm principioꝝ īmediatoꝝ sit idem habitus vel non. Secūda est vtrū oīm principioꝝ īmediatoꝝ sit scientia vł nō sed aliquoꝝ sit scia ꝛ alioꝝ aliqs alius habitus. Tercia est vtrū habitus illoꝝ ṗncipioꝝ fiant in nobis de nouo vel p̄fuerūt in nobis ꝛ lateant nos donec exercitati studio ꝑcipiamus eos esse in nobis sicut dixit plato. Albertus tamē nō format hic nisi duas questiones quia duas primas ponit ꝓ vna

Queritur Quō phus ꝓcedit circa illas questiones. Solutio ṗmo arguit ad ꝑtes vltime questionis. scđo illā soluit. et tercio soluit duas ṗmas.

Queritur Quō arguit phs ad ꝑtes vltime seu tercie q̄stionis. Solutio ṗmo arguit ꝙ habitus ṗncipioꝝ nō p̄fuerint in nobis ꝛ lateant nos. Et hoc tali rōe. Impossibile ē nos habere cognitōnem alicuiꝰ ꝑ demonstratōnē. et ꝙ illa cognitio nos lateat. g̃ impossibile ē nos habere cognitōem ṗmoꝝ ṗncipioꝝ. et ꝙ nos lateat. Añs patet qꝛ qñ habemꝰ cognitōem alicuiꝰ ꝑ demonstratōem tūc ad minꝰ scimꝰ ꝙ impossibile sit hoc aliter se habere. Et ꝯña ꝓbaꝛ. qꝛ cognitio ṗncipiorū est certior q̄ꝫ cognitio alicuiꝰ ꝑ demonstratōem. Scđo arguit ad ꝑtē oppositā scꝫ ꝙ habitus ṗncipioꝝ nō pōt acquiri de nouo. Et hoc tali rōne. Impossibile est aliquid de nouo cognoscere sine p̄existenti cognitōne sed ṗmis ṗncipijs nihil est prius. g̃ impossibile est ṗma principia de nouo cognoscere siue addiscere.

☞ Queriꝛ. quō soluit phus istā terciā questionē Solutio dicit ꝙ in nobis est bene a ṗncipio potentia quedā habitualis ꝛ disposita ad prin-

cipiorum acceptionem que preexistit in nobis ante cognitionem principiorum. sed non possumus habere cognitionem principiorum. Et ratio illius est quia talis vel esset cognitio actualis principiorum vel esset honorabilior quam illa inquantum per illam tamquam per honorabiliorem deueniremus in cognitionem tam principiorum quam conclusionum sed nullum illorum potest dici.

Queritur Que est illa potentia preexistens in nobis Solutio. philosophi quod est sensus qui videtur inesse omnibus animalibus et circa hoc ponit Aresto. gradus animalium.

Queritur Quot sunt gradus animalium. Solutio tres. Primus est quod omnia animalia habent sensum quo indicant de sensibilibus in presentia materie. Secundus gradus est quod preter sensum in quibusdam animalibus est mansio sensibilis id est in quibusdam manent species rerum sensibilium in absentia materie quedam illorum sunt in quibus manet impressio specierum quantum ad aliqua puta vehementiora sed non quo ad alia puta debiliora. Sicut patet de oue in qua manet species lupi in absentia. Alia vero sunt in quibus non est mansio sensibilis .id est in quibus non manent species sensibilium in absentia materie. Illa in quibus manent species in absentia materie sunt que preter sensum habent memoriam. Sed illa in quibus non manent sunt que non habent memoriam et talia animalia nullam penitus habent cognitionem nisi dum actu sentiunt.

Tercius gradus est quod inter animalia habentia memoriam quedam sunt in quibus est ratio reflexiua ad sensibile manens eliciens ex sensibilibus vniuersale. sicut patet in hominibus. quedam vero sunt in quibus talis ratio non est.

Queritur Ergo quomodo in nobis fit cognitio primorum principiorum ex potentia in nobis preexistente. Solutio philosophi quod per hunc modum. quia ex sensu per mansionem sensibilis fit memoria et ex memoria multotiens facta circa eandem rem fit experimentum et ex experimento fit vniuersale. ex experimento autem et vniuersali quiescente in anima fit in anima illud quod est principium artis et scientie. id est habitus primorum principiorum. Exemplum istius extra textum est vt medicus videns quod hoc rebarbarum sanauit choleram in illo particulari homine facit sibi de hoc memoriam ex memoria autem superius circa hoc facta quia scilicet sepius vidit quod hoc et hoc rebarbarum in diuersis hominibus sanauit choleram fit in eo experimentum ex quo experimento tunc colligit sibi vnum vniuersale dicens quod omne rebarbarum est sanatiuum cholere et hoc accipit vt principium in arte medicine quiescens in anima inquantum contra ipsum non inuenitur instantia. hoc enim est vniuersale quiescere in anima contra ipsum scilicet non inuenire instantiam.

Queritur Utrum sint vnum et idem ars et scientia. Solutio philosophi quod non sed differunt. quia si ex experimento accipiatur vniuersale circa factibilia tunc pertinet ad artem. Sed si accipiatur circa necessaria que semper eodem modo se habent tunc pertinet ad scientiam

Queritur Quomodo philosophus in textu declarat istum modum quo fit in nobis habitus principiorum. Solutio declarat ipsum per simile

in monomachia hoc est p̲ simile in duello quia sicut in duello in quo vnus pugnat ꝯtra alterū postq̄z in euersione machine vnus eoꝝ steterit imobiliter postea venit secūdus ⁊ adiungit se illi ⁊ ꝯñter tercius ⁊ quartus donec hostis expugnet̃ ⁊ quousqz tot sunt ꝙ sufficienter confortati ad inuicē possint venire in principium pugne. Sic etiam similiter fit in anima quia p̄mo fit sensatio vnius sensibilis secundo alterius. ⁊ sic cōsequenter quousqz perueniat̃ ad vl'e qđ est principiū artis ⁊ scientie vt dictū fuit.

Querit̃ Quō hoc debet intelligi qđ prius dictū est scz ꝙ ex experimento singulariū generat̃ vl'e in aīa. Solutio hoc debet sic intelligi q: qñ accipiūtur multa singularia que sunt indifferentia in aliquo vno exñte in ip̄is tūc illud vnū in q̊ nō dr̄ñt vt sic acceptū in aīa ē p̄mū vl'e. Exempli gratia nos videm⁹ sortē ⁊ platonem ⁊ alios particulares homines indifferentes q̄ꝫtum ad hoc quod est esse rōnale. ⁊ ergo hoc vnum in quo nō differunt accipimus vt vniuersale ⁊ dicimus ꝙ om̄is homo est rationalis.

Querit̃ Quomodo p̄t vniuersale accipi p̲ sensum cū tamē om̄e qđ sentit̃ sit singulare. Solutio licet illud quod sentitur p̄io ⁊ p̲ se ꝓp̄ie sit singulare tamē sensus est quodā mō etiā vniuersalis. Et hoc ostendit phylosophus dupliciter. Primo ex processu qui est a singularibus ad vniuersale. Quia sensus cognoscit calliam non solū inq̄ꝫtum est callias sed etiam inq̄ꝫtum est homo ⁊ similiter sortem non soluꝫ inq̄ꝫtum est sortes sed inq̄ꝫtū est homo. Et quia homo est indifferens in callia ⁊ sorte ⁊ alijs sic quodāmō etiam sensus cognoscit vniuersale. Secūdo ostendit hoc ex processu qui est a speciebus ad genus. quia ex specie puta homine vel equo sic accepto per sensum ⁊ stante seu manēte proceditur consequenter quousqz deueniat̃ aliqđ impartibile quod est vniuersale vt quousqz deueniat̃ ad animal vel aliquod aliud superius gen⁹. Et quia cognitio vniuersaliū sic accipit̃ ex singularibus. ergo cōcludit ph̄s ꝙ prima vniuersalia p̄ncipia oportet cognoscere p̲ inductionem. quia inductio est a singularibus ad vniuersale progressio.

Querit̃ Utrū hoc veꝝ sit ꝙ sensus ē vl'is. Sol'o Alberti ꝙ vl'e p̄t ꝯsiderari dupliciter. Uno mō in sua simplicitate ꝫm ꝙ quiescit in aīa ⁊ sic sensus nō est vl'is nec cognoscit vl'e. Alio modo inq̄ꝫtum est permixtum ⁊ inconfusum in sigularibus. ⁊ sic sensus per accidens cognoscit vl'e. Et q̄ꝫuis tamen sic sensus sit vl'is tamen sentire siue actus sentiendi semper est particularis.

Querit̃ Quō iam soluit ph̄s duas p̄mas q̄stiones sup̲ius motas Sol'o p̲ solutōe eaꝝ p̄mittit ꝙ duplices sunt habitus circa intellectum quia quidam sunt habitus qui sunt semper veri cuiusmodi sunt scientia ⁊ intellectus. Alij sunt qui qñqz sunt falsi vt opinio ⁊ rō seu rōcinatō q̄ a quibusdā vocat̃ cogitatio. Iam dicit soluēdo primā dubitatōem ꝙ q̄a p̄ncipia demonstratōnis sunt semper vera non p̄ñt ptinere ad habit⁹ q̄ sūt interdū falsi sꝫ solū ad hītus qui sūt sp̲ veri Non aūt ad sciam. s̄ ad intellectū. Et p̲ hoc etiā patꝫ ex ꝯñti sol'o scđe q̄stiōis,

Reparationes

Querit Quomodo ꝓbat phus ꝙ prima principia demonstra-
tionis non possunt pertinere ad scientiam. Solutio
duabus rõnibus. Quaꝝ prima est habitus primoꝝ ṗncipioꝝ est aliquid
verius q̄ sit scientia sed nihil ē verius scientia q̄ intellectus. ergo habitus
primoꝝ principioꝝ non est scientia sed intellectus. Maior patet quia prin-
cipia demonstrationis sunt notiora ⁊ veriora conclusionibus demonstra-
tis. vt patet ex primo huius. g̊ etiā habitus eoꝝ erit verior q̄ habitus con-
clusionū qui est scientia.

Secunda ratio Principium scientie non potest esse scientia sicut princi-
pium demonstratōnis non potest esse demonstratio quia al's esset proces-
sus in infinitum. sed habitus primoꝝ principioꝝ est principium scientie. g̊
habitus primoꝝ principioꝝ non est scientia. Et quia non habemus aliquē
aliū habitū qui sꝑ sit verus q̄ intellectū sequitur ꝙ intellect⁹ sit habit⁹ ṗn
cipioꝝ demonstratōnis. de sapientia nihil loquiꝛ hic phus. quia sapiētia
comprehendit scientiam ⁊ intellectum.

Ar Intellectus est potentia anime. ergo non est habitus primoꝝ ṗn
cipioꝝ demonstratōnis. Consequentia patet habitus ⁊ potentie
realiter distinguuntur. Solutio ꝙ intellectus potest multipliciter acci-
pi. Uno modo pro potentia intellectiua sicut pretendit argumentū. Alio
mō ꝑ actu intelligendi. Tercio modo pro re intellecta. Et istis tribus mo
dis non accipitur hic. Quarto modo accipitur pro habito quo cognosci-
mus prima principia ⁊ ꝑut distinguitur contra artem ⁊ scientiam. ⁊ sic ac
cipitur in ꝓposito.

Et hec de libris posteriorū analecticoꝝ Arestotelis
reparatiue dicta sufficiant.

Primi topicorū



[C]Irca initiū libri topicorum arestotelis.

☞ Querit̄ ṗmo. Quid est subiectū istius libri Solutio syllogismus dyalecticus. Cuius ratio est. qꝛ sibi ꝯueniūt ꝯditōes subiecti attributōis Etiam sibi possunt demōstrari inesse passiones ꝑ ꝓpria ⁊ adequata ṗncipia istius scīe. Quod pꝫ sic faciendo demōstratōem. Omīs syllogismus ꝓcedens ex ꝓbabilibꝫ est generatiuus opinionis sed syllogism⁹ dyalecticus est hmōi. ergo est generatiuus opinionis. ibi illa ꝓpria passio q̄ est esse generatiuū opinionis ostenditur syllogismo dyalectico inesse.

Ar In tota noua logica determinat̄ de syllogismo dyalectico. g̊ non est subiectū istius libri specialr̄. Añs ꝓbat̄. qꝛ dyalectica ẜm petrum hys. d̄r quasi duoꝝ sermo vel rō scꝫ opponētis ⁊ respondētis. sꝫ in tota noua logica determinat̄ de actu illoꝝ duoꝝ. Solutio dyalectica accipit̄ duplr̄. vno⁹ cōiter ⁊ large ꝓ tota noua logica ⁊ sic de dyaletica loq̄t̄ pe. hys. Alio⁹ accipit̄ ꝓprie ꝓ illa ꝑte logice in qua specialr̄ determinat̄ de syllogismo dyalectico ⁊ ita accipitur hic.

Ar De syllogismo dyalectico nō est scīa. ergo nō potest esse subiectum. Añs ꝓbat̄ qꝛ illa esset genita ꝑ syllogismum dyalecticum sed ꝑ illū nō generat̄ scīa sed solū opinio. Solutio ꝙ vtiqꝫ est scīa de syllogismo dyalectico nō q̄ sit genita ꝑ syllogismū dyalecticū sꝫ ꝑ syllogismū demōstratiuū. Et si dicat̄ syllogismus demōstratiuus ꝓcedit ex necessarijs. sed dyalectica ꝓcedit ex ꝯmunibꝫ ⁊ ꝯtingentibꝫ. ergo nō est genita ꝑ syllogismū demōstratiuū. Solutio ꝙ q̄uis syllogismus dyalectic⁹ ꝓcedat ex ꝯmunibꝫ ⁊ ꝯtingētibꝫ tñ eū ꝓcedere ex illis est necessariū ⁊ g̊ necessariū est etiā ꝙ ex talibꝫ ꝓcedēs generet opinionē. Et qñ hoc ostendit̄ de syllogismo dyalectico tūc fit demōstratio ꝑ quā generat̄ in nobꝫ hec scīa de mobilibꝫ eñ ⁊ ꝯtingentibꝫ possumus habere īmobiles ⁊ necessarias rōes vt d̄r albert⁹ Exempli grā q̄uis ꝯtingēs sit variabile ⁊ mobile tñ ista cōclusio ꝙ ꝯtingēs sit ꝯtingēs ē inuariabil' ⁊ īmobil' ⁊ necessaria.

Querit̄ Utꝝ ista scīa sit resolutoria vel' inuētiua Solutio ē inuentiua. qꝛ docet ex cōmunibꝫ ⁊ ꝓbabilibꝫ cuiuslibet materie applicabilibus inuenire medium ꝓ qualibet ꝯclusione probabiliter syllogisanda.

Ar Omīs scīa est resolutoria. ergo etiam ista. Añs ꝓbat̄. qꝛ oīs scīa habet̄ ꝑ resolutōnem ꝯclusionis in sua ṗncipia. Solutio dyalectica ṗt accipi duplr̄. vno⁹ vt docēs est ⁊ sic ipa sicut ⁊ omīs alia scīa ē resolutoria Alio⁹ vt vtēs est hoc est inq̄ꝫtū vtimur ea in alijs sciētijs arguendo ⁊ disputādo ex cōibꝫ ⁊ ꝓbabilibꝫ ⁊ sic ē inuētiua. Et sic pꝫ quō differt scīa isti⁹ libri a scīa libri ṗoꝝ ⁊ etiā posterioꝝ qꝛ ista q̄uis sit resolutoria vt docēs ē tñ ē inuētiua vt vtēs sꝫ ille vtroqꝫ mō sunt resolutorie.

Queritur Quare iste liber seq̄tur libꝝ posterioꝝ. Sol'o
qꝛ in libro posterioꝝ determinaꝟ de syll'o demon
stratiuo. sꝫ hic determinaꝟ de syll'o dyalectico. iā syll's demōstratiu⁹ est ꝑ
fectioꝛ q̄ꝫ dyalecticus. qꝛ syll's demōstratiuus ꝑficit syll'm simpl'r dictuꝫ
qꝛ addit sibi necitatē ꝯn̄tꝫ sup̄ necitatē ꝯn̄e. Sꝫ syll's dyalectic⁹ saluat bn̄
syll'm simpl'r dictū ⁊ necitatē ꝯn̄e sꝫ nō ꝑficit qꝛ deficit a necitate ꝯn̄tis.

Querit Quare tūc iste liber p̄cedit libꝝ elenchoꝝ. Solutio qꝛ
ꝓbabile ē an̄ apparenter ꝓbabile. sꝫ syll's dyalectic⁹ de
quo hic determinaꝟ est syll'us ꝓbabilis. sꝫ syll's sophisticus de quo deter
minaꝟ in libro elenchoꝝ ē solū apparēter ꝓbabilis. ergo ⁊c̄.

Qr̄ Quō intitulaꝟ iste liber. So⁰ sic Incipit liber topicoꝝ aresto
telis. Dicit' cm̄ topica a topos grece qđ ē loc⁹ ⁊ ycos scia q̄si scia
de locis qꝛ ista scia ꝯsiderat de locis dyalecticis in quibus fundātur syllo
gismi dialectici.

Qr̄ Quō diuidit' iste liber. So⁰ iste liber totalis diuidit' in octo
libros ꝑtiales. In quoꝝ p̄mo determinatur de syll'o dyalectico
ꝫm suā subām ex q̄bꝫ scꝫ ⁊ qualibꝫ hꝫ ꝯstitui. In scđo docet ph's terminaꝛ
ꝑblema simplicis inherentie ⁊ accn̄tis. In tertio docet terminare ꝓble
ma de annexo accn̄tis. In quarto docet terminare ꝓblema gn̄is ⁊ eius
annexi qđ est dꝛn̄a. In q̄nto docet terminare ꝓblema ꝓꝛij. In sexto ꝓꝛo
blema definitōnis. In septimo ꝓblema de annexo definitōnis. Et in oc
tauo determinaꝟ de obuiatōe ⁊ exercitatōe. Primus liber hꝫ tres tra
ctatus. Primus ē ꝓhemialis ⁊ hꝫ duo capitula. In p̄mo ponit intētōeꝫ
suā. In 2⁰ ōn̄dit vtilitatē isti⁹ scie. vn̄ i p̄ncipio ponit hāc ꝓpōeꝫ ꝓhemialē

Propositū q̄dem negotij est methodū inuenire a qua po
terim⁹ syllogisare de oī ꝓblemate ex ꝓbabilibꝫ. ⁊ ipī dispu
tatōem sustinentes nihil dicemus repugnans.

Cui⁹ q̄dē ꝓpōnis hec est sn̄ia ꝙ ꝓpositū. i. intētio p̄n̄tis negotij. i. dyale
ctice scie est inuenire methodū. i. artē breuē ⁊ cōpendiosaꝫ ꝑ quā poterim⁹
syllogisare de oī ꝓblemate ex ꝓbabilibꝫ. Et hoc quo ad dyalecticū op
ponentē. Et nos ipī disputatōem sustinētes. i. rn̄dētes in disputatōe nihil
dicemus repugnans vel veritati vel p̄us dictis. ⁊ hoc quo ad dialecticuꝫ
respondentē. Aliq̄ alij tn̄ volūt ꝙ ꝑ p̄mā ꝑticulā ph's innuat topicā dy
alecticā. ⁊ ꝑ scđam topicā sophisticā volētes ꝙ ꝓhemiū istud sit cōe ad to
tam logicā inuentiuā. hoc est ad topicoꝝ ⁊ elenchoꝝ. Et mag' in ꝑticula
ri explicando intentōem suā dt ph's ꝙ p̄mo hic dōm est q̄d sit syllogism⁹
et quot sint eius sp̄es vt ex diuisione eius sumaꝟ syllogismus dyalectic⁹.
qꝛ de illo est hic p̄ncipaliter ad ꝓpositum.

Queritur Quō definit' hic syll's. So⁰ ꝙ ē orō in qua q̄bus
dam positis aliud a positis ex necessitate accidit
ꝑ ea que posita sunt ⁊ hec definitio etiam posita fuit p̄mo p̄oꝝ

Qr̄ Quare ph's plus repetit illā definitōem hic q̄ꝫ in libro posterio
rum Sol'o ꝙ iō. qꝛ liber posterioꝝ erat quodāmō ꝯtinuus cū

libro priorum. quia vterqȝ est de logica rosolutoria. ⁊ ergo in libro posteriorum supponuntur illa que dicta sunt in libro poꝝ. Sed iste liber nõ ꝯtinuatur sic ad librum poꝝ. qꝛ iste ē de logica inuẽtiua, ille vero de resolutoria ⁊ ideo hic reperit̃ definitio syllogismi.

Dr̃ Quõ diuidit̃ syll'us. Soᵒ diuidit̃ in syll'm demõstratiuum dialecticum litigiosum falsigraphum Et rõ istius diuisionis est. qꝛ omnis syllogisms vel ꝑcedit ex necessarijs vel ex probabilibus. Si primum hoc est dupl'r qꝛ vel ꝑcedit ex necessarijs bñ intellectis, ⁊ sic est syllogismus demonstratiuus vel male intellectis. ⁊ sic est syll'us falsigraphus Si ex ꝓbabilibꝫ hoc est dupl'r. qꝛ vel ꝑcedit ex vere ꝓbabilibꝫ. ⁊ sic ē syll's dialecticus vel solũ apparenter ⁊ sic est syll'us sophisticus.

Ar̃ Est aliqs syllogismus simpl'r dictus ⁊ ille nõ ponit̃ hic. ergo diuisio est insufficiens. Solutio hic nõ diuidit̃ syllogismꝰ in cõi sȝ syllogismus ꝯtractus ad materiã spẽalem. iam syll's simpl'r dictus ē incõtractus hoc est nõ ꝯtractus ad materiã spẽalem.

Ar̃ Est aliqs syllogismus tentatiuus ⁊ ille non enumerat̃ hic. g̊ sunt plures spẽs. Añs ꝓbat̃ qꝛ est aliqua disputatio tẽtatiua. g̊ etiam erit aliquis syllogismus tentatiuus Solutio ꝙ nõ est sĩle de spẽbꝫ syllogismi ⁊ de generibꝫ disputationũ qꝛ spẽs syllogismi distinguuntur penes materiã. qꝛ g̊ in materia syllogismus tentatiuus nõ differt ab alijs. g̊ non ponit̃ distinctus syllogismus. sed genera disputationũ distinguunt̃ ex ꝑte finium sed est alius finis disputatõnis tentatiue ⁊ aliaꝝ disputationum. ergo ponitur aliqua disputatio tentatiua.

Queritur Qualis est ista diuisio Solutio analogi in sua analogata qꝛ ꝑ pͥus dicitur de syllogismo demõstratiuo. scđo de syllogismo dyalectico. ⁊ tunc de syllogismo falsigrapho et sophistico. qꝛ illi sunt q̃dã obliq̃tates poꝝ syllogismoꝝ.

Queritur Quid est syllogismus demonstratiuus. Solutio syllogismus demonstratiuus dicitur qui ꝓcedit ex pͥmis veris. aut ex talibus que per aliqua pͥma ⁊ vera sue cognitionis pͥncipium sumpserunt.

Ar̃ Ph̃us pͥmo posterioꝝ vbi definit demonstratõnem non addit illam ꝑticulam aut ex his que per prima vera ⁊c. ergo ista definitio est superflua. Solutio ꝙ neganda est ꝯsequentia ⁊ ratio est. qꝛ aristoteles pͥmo posterioꝝ solum definit demonstratõnem potissimam que est demonstratio propter quid. Sed hic definit demonstratõnem in cõmuni. vt distinguitur ꝯtra syllogismum dyalecticum ⁊ ꝺm ꝙ ꝯprehẽdit sub se tam demonstratõnem ꝓpter quid q̃ȝ quia.

Queritur Quid est syllogismus dyalecticus Solo syll's dyalecticus est q̇ ex ꝓbabilibꝫ ē syllogisatus. Et in illa definitõne tangunt̃ duo scȝ materia syllogismi dyalectici in hoc quod dꝛ ex ꝓbabilibꝫ. ⁊ forma qñ addit̃ syllogisatus. Albertus aũt definit eũ sic ⁊ dr ꝙ syll's dyalecticꝰ ē q̇ ex ꝓbabilibꝫ facit credere id est opinari.

Queritur Que dicunt̄ ṕma vera. Solutio sunt illa que nō ꝑ alia sꝫ ꝑ seipa hn̄t fidem. sicut sunt dignitates quas quisq̄ ꝓbat auditas. vt de quolibet esse vel nō esse de nullo vero simul. Om̄e totū est maius sua ꝑte ⁊ similia.

Queritur Quid est ꝓbabile. Solutio ꝓbabile est quod apparet omnibus aut pluribus aut sapientibus et his om̄ibus aut pluribus aut maxime notis.

Qr Quid est syll's litigiosus. Sol'o syll's litigiosus est q̇ ꝓcedit ex his q̄ vident̄ ꝓbabilia ⁊ nō sunt. aut ex ꝓbabilib. aut ex his q̄ vident̄ eē ꝓbabilia ⁊ nō sunt apparēs syll's. Et q̄ sit aliqd apparēs ꝓbabile ostēdit ph's. q̄r nō oē qd videt̄ ꝓbabile s̄m aliquē locū ē s̄m rei veritatē ꝓbabile. q̄r multa vident̄ esse ꝓbabilia in suꝑficie soluz ex aliq̄ signo fallaci. q̄tn̄ nō hn̄t oīno phantasiā. i. verā existētiā sicut manifeste videm⁹ de ṕncipijs disputationū sophisticaꝝ illa eīn apparent vera esse ⁊ probabilia ⁊ tamen nō sunt.

Queritur Quotuplex est syll'us litigiosus. Solutio triplex sicut habet̄ ex definitōe iā data scꝫ peccans in materia peccās in forma ⁊ peccās in materia ⁊ forma sil'. Syll'us peccans in materia est q̇ assumit ꝓpōes falsas ⁊ improbabiles sꝫ tn̄ seruat formam syllogismi. vt hic oīs hō est asinus. oīs lapis est hō. g̊ oīs lapis ē asinus. Syllogismus vero peccās in forma tm̄. d̄r ille q̇ assumit ꝓpōnes ꝓbabiles. sꝫ nō seruat formā syllogisticā. Sicut qn̄ arguit̄ ex puris affirmatiuis in scd̄a figura vel maiore ꝑticulari in ṕma figura vel hmōi Sed syllogismus peccans in materia ⁊ forma sil' d̄r q̇ ꝓcedit ex improbabilib vel falsis ⁊ nō seruat formam syllogisticam.

Qr Quō d̄rn̄t isti syllogismi abinuicē So° d̄t ph's q̄ sic d̄rn̄t q̄r ṕmus scꝫ peccās in materia tm̄ est syll'us. q̄r seruat formā syllogismi. Sꝫ ille q̇ peccat in forma tm̄ aut in materia ⁊ forma sil' ē litigiosus. sꝫ nō est syll's eo q̄ videt̄ syllogisare ⁊ nō syllogisar.

Ar Forma nō pt̄ eē sine materia. g̊ nullus ē syll's peccās in materia So° ē duplex materia syll'i scꝫ general' ⁊ spēalis. materia general' sūt tres termini ⁊ due ꝓpōes ⁊ in tali materia null⁹ syll's peccat. q̄r al's nō eēt syll's. Sꝫ materia spēalis ē in ꝓposito materia ꝓbabil'. ⁊ in tali materia aliquis syllogismus litigiosus d̄r peccare.

Qr Quid ē syll's falsigraph⁹. So° syll's falsigraph⁹ d̄r ille q̇ ꝓcedit ex ꝓprijs ṕncipijs alicui⁹ scīe vel disciplīe male intellectis seu applicatis. Exēplū solet poni vt qn̄ sic arguit̄. oēs linee ducte ab eodē puncto ad idē punctū sunt equales. sꝫ linea chorde ⁊ arc⁹ sūt hmōi. g̊ sūt eq̄les ibi est syllogismus falsigraphus. q̄r maior est vnum ṕmū ṕncipiū geometrie sꝫ male applicatū. Albert⁹ tn̄ ṕmo elenchoꝝ reprobat h̄ exemplū.

Queritur Quō differt syll'us falsigraphus ab alijs Solutio ṕmo differt a syllogismo demōstratiuo. q̄r falsigraphus nō ꝓcedit ex ṕmis ⁊ veris sed falsis. differt scd̄o etiā a syll'o

dyalectico. q: nō ꝓcedit ex ꝓbabilib⁹ sicut syll's dyalecticus. q: syll's falsigraphus neq3 assumit ea q̄ apparēt oīb⁹ neq3 plurib⁹ neq3 sapiētib⁹ ⁊c̄ s3 ex ꝓprijs alicuius scīe vel discipline syllogisat.

Secundum capitulum.

Sequens aūt erit ex his que p̄dicta sunt dicere ad q̄ ⁊ quot

In hoc scđo capitulo ponit vtilitatē huius scīe ⁊ diuidit in duas ptes In p̄ma facit qđ dictū est. In scđa mouet vnum dubium.

Querit̃ Ad quot est dyalectica scīa vtilis. So° ad tria sc3 ad exercitatōnes, obuiatōes. ⁊ disciplinas ꝯm phiam Et rō istaꝝ vtilitatū est. q: syll's dyalecticus vel valet ad inuentōem veri vel ad redargutōem falsi. Si scđm sic valet ad obuiatōes. Si p̄mū hoc ē duplr̃ q: vel ꝑ doctrinā vel ꝑ exercitiū. Si p̄mū sic valet ad disciplinas ꝯm phiam. Si scđm sic valet ad exercitatōes. vel sic. Est duplex finis dyalectice. sc3 finis scīe. ⁊ sic est vtilis ad disciplinas ꝯm phiam. ⁊ finis sciēt3 Et ille ē duplex sc3 in seip̄o ⁊ in alio. finis in seip̄o ē ꝯm exercitatōem. Sed finis in altero ē ꝯm obuiatōem. q: illa valet ad remotōem impedimēti.

Ar̃ Unius scīe est solū vnus finis. g̃ male ponuntur hic plures fines Solo Q3 dyalectica ꝯsiderat̃ duplr̃. vno° vt docēs est. ⁊ sic ei⁹ est solū vnus finis p̄ncipalis q̇ est cognitio sui subiecti in se ⁊ in suis ꝓprietatib⁹ ⁊ p̄ncipijs. Alio mō vt vtēs est ⁊ sic h3 plures fines.

¶ Querit̃ Quid ē exercitatio. Solo. exercitatio est q̄dam assuefactio ꝑ quā acquiritur ꝓmptitudo ad aliquid faciliter agendum.

Qr̃ Quo ꝓbat phs ꝙ dyalectica sit vtilis ad exercitatōes. Solo tali rōe. Illa scīa est vtilis ad exercitatōes ꝑ quā possumus faciliter arguere de quolibet ꝓposito in qualibet scīa. Sed dyalectica est huiusmodi. g̃ est vtilis ad exercitatōes. Minoꝛ p3 q: ista scīa est de cōibus applicabilib⁹ ad quodlibet ꝓpositum.

Qr̃ Quid est obuiare. Solo obuiare in ꝓposito est ꝓmpte resistere positōi respondētis ꝑ rōes ꝓbabiles. Tūc em̄ obuiam⁹ in qualibet scīa qn̄ ꝑ argumētatōem ꝓbabilē ꝯtradicim⁹ rn̄denti ⁊ ostēdimus dictū suū nō eē bn̄ dictū siue positio respōdēt3 sit vera siue falsa.

Vr̃ Quō ꝓbat phs ꝙ dyalectica est vtilis ad obuiatōes. Solo ponit talē rōem. Illa scīa valet ad obuiatōes ꝑ quā annumerantes multoꝝ phoꝝ opiniones possumus ꝯtra eos argumētari nō ex extraneis s3 ex ꝓprijs doctrinis ip̄oꝝ. S3 hoc possumus facere ꝑ dyalecticā sciētiam. g̃ vtil' ē ad obuiatōes. Minoꝛ p3 q: dyalectica docet ex ꝓbabilibus ꝓcedere. s3 in ꝓbabilib⁹ si affirmatio ē ꝓbabil' etiā negatio ē ꝓbabil'. q: qđ p̄t eē p̄t etiā nō eē. ⁊ g̃ ꝑ dyalecticā sciam ex ꝓprijs doctrinis ⁊ ꝑ illa eadē q̄ illi phi docent possum⁹ rōe3 accipe ⁊ ꝯtra eos arguere.

Qr̃ Quid debem⁹ hic intelligere ꝑ disciplinas ꝯm phiam. Solo oēm sciam seu oē3 sciētificā doctrinā. vn̄ nō capit̃ h phia ꝓprie ꝓ phia reali ⁊ speculatiua tm̄. s3 ꝯmuniter ⁊ large put est apprehēsio verita

ris cuiuslibet ammirabilis zc.

Queritur Quõ pbat phus q dyalectica est vtilis ad disciplinas fm phiam. Solutio duab9 ratõnibus. Prima est. illa scia vtilis est ad disciplinas fm phiam p quam possumus arguere ad vtrãq ptem ptradictõnis. sed dyalectica est huiusmodi. ergo est vtilis ad disciplinas fm phiam. Maior pz. qz q potest ad vtrãq ptez ptradictõnis arguere facile speculatur quid verum z quid falsum in qualibet scia. Scda ratio est Illa scia est vtilis ad disciplinas fm phiam p quam possumus inquirere de pncipijs oim aliarum scientiaz sed dyalectica est huiusmodi ergo. Minor pbat sic. qz pncipia ppria scientiaz nõ possunt demonstrari z ex pprijs ostendi eo q sunt pma. sed debent ex cõmunibus z pbabilibus ostendi sed dyalectica est inquisitiua pcedens ex cõmunibus z pbabilibus. ergo dyalectica viam habet ad omniũ methodorum pzincipia.

Ar Principia scientiarum sunt p se nota. ergo dyalectica nõ habet viam ad pncipia oim methodoz. id est aliaz scientiaz. Solutio licz pma pncipia scientiaz sint p se nota fm se formaliter accepta. ita q a pori ex pprijs nõ possint ostendi tamen materialiter accepta possunt ex qbusdam cõmunibus pbabiliter psuaderi z qz dyalectica ex cõib9 pcedit ideo ipa dr hoc mõ habere viam ad pncipia.

Queritur Quod est dubium quod remouet phus in textu Solutio qz dictum est q dyalectica de singulis pbabiliter disputat posset aliquis dubitare z credere q nullus haberz dyalecticã artem nisi sciret quãlibet pclusionem probare z improbare dyalectice. Hoc ergo dubium remouens phus dicit q hoc nõ requiritur sed tunc aliquis pfecte habet hanc scientiam quando eam sic habet sicut habetur rethorica vel medicina. hoc est quando nihil omittit de his que precipit talis ars. Non enim rethor semper psuadet neqz medicus semper sanat z tamen si nihil omiserit de ptingentibus dicimus eos pfecte habere artem. Sic etiam dyalecticus nõ semper probat pter multa impedimẽta. z tamen si nihil omiserit de cõtingentibus fm suam artem. id est nihil omiserit de medijs pbabilibus ad aliquam pclusionem dicitur sufficiẽter habere hanc artem dyalecticam.

Secundus tractatus

Primum ergo psiderandum est ex quibus est methodus

In hoc scdo tractatu phus determinat de pncipijs materialib9 syllogismi dyalectici tam remotis q sunt quattuor pdicata q ppinquis q sunt ppõ dyalectica z pblema. Et diuidit iste tractatus in sex capitula In primo determinat phs de pncipijs syllogismi dyalectici in cõi.

Ar Utrũ ppões dyalectice z pblemata sunt equalia numero. So phi q sic z pbat tali rõe. qz illa ex qbus pstituunt syllogismi dy

alectici sunt ꝓpōes ⁊ illa ad q̄ ordinant̄ sunt ꝓblemata. ſʒ illa sunt eadem ⁊ equalia numero ꝰ. minorē ꝓbat q2 oīs ꝓpō ⁊ oē ꝓblema aut ꝓpriū aut genus aut accidens indicat. i. ꝯstituuntur ex ꝓprio vel ex genere vel ex accn̄te cū ꝰ illꝰ sint eadē quoꝝ materia est eadē ⁊ q̄ ex eisdē ꝯstituunt̄ sequitur ꝙ ꝓpōes dyalectice ⁊ ꝓblemata sunt equalia ⁊ eadem numero.

Ar̃ Problema ꝯtinet duas ꝓpōes. ꝰ ꝓpōes dyalectice in duplo excedunt ꝓblemata. ⁊ ꝑ ꝯn̄s nō sunt eadem aut equalia numero. Solꝰ ꝓpōes ⁊ ꝓblemata eē eq̄lia vel eadē nūero p̄t intelligi dupl'r. vnoꝰ formal'r ⁊ ſm actū ⁊ sic est falsum. vt ꝓbat argumentū. Alioꝰ material'r ⁊ ſm potentiā ⁊ sic ē veꝝ. q2 ex eisdē p̄dicatis ⁊ terminis ex q̄bꝰ format̄ ꝓpō dyalectica etiā format̄ ꝓblema solū trāsmutato ordine interrogandi.

Dr̃ Que sunt illa dubia q̄ remouet phs circa dicta in textu. Solꝰ remouet ꝑ ordinē tria. Primū ē. q2 dictū ē ꝙ oīs ꝓpō ⁊ om̄e ꝓblema ꝯstituit̄ ex ꝓprio genere vl' accn̄te. vbi manet drā cū tn̄ ex drā etiā p̄t fieri ꝓpō vel ꝓblema. Ad hoc dubiū dr̄ phs ꝙ drā cū sit generalis est cū genere ordinanda hoc est in eodem p̄dicato cum genere.

Scd̄m dubium est quare enumerādo p̄dicata dyalectica nulla ē facta mentio de definitōe cū tn̄ definitio etiā sit p̄dicatū. Et ad hoc dr̄ phus ꝙ definitio ꝯp̄hendit̄ sub ꝓprio. Est em̄ duplex ꝓpriū vnū est qd̄ ſcat q̄d est esse rei. Aliud est ꝓpriū qd̄ nō ſcat ꝙ q̄d est eē rei. iā illud ꝓpriū qd̄ ſcat q̄d est esse rei vocat̄ terminus siue definitio. Reliquū vero qd̄ nō indicat q̄d ē eē rei retinet nomē cōe ⁊ vocat̄ ꝓpriū ☞ Et ex h̄ textu elicit̄ vna regula topica q̄ est ista q̄ncūq3 sunt duo ꝯtēta sub aliq̄ noīe cōi quoꝝ vni ē nomē speciale impositū ⁊ alteri nō tunc illud cui nō est nomē speciale impositū retinet nomē ꝯmune ⁊ vsurpat sibi quasi sibi ꝓprium. Topica

¶ Tertiū dubiū est. q2 dictū est ꝙ oīs ꝓpō ⁊ oē ꝓblema aut ꝓpriū aut genus aut accidens indicat. posset aliq̄s dubitare an aliqd̄ istoꝝ scʒ ꝓprium vel genus ⁊c. sit ꝓpō vel ꝓblema. Sʒ remouēdo hoc dubiū dr̄ phs ꝙ nemo opinet̄ ꝙ aliqd̄ istoꝝ sic incōplexe acceptū sit ꝓpō vel ꝓblema. Sed ex his tanq3 ex materialibꝰ p̄ncipijs fiūt ꝓblemata ⁊ ꝓpōnes.

Querit̄ Quō dr̄n̄t ꝓpō dyalectica ⁊ ꝓblema. Solꝰ sic dr̄n̄t. q2 ꝓblema ꝓponit̄ in vtraq3 ꝑte ꝯtradictōis. ꝓpō dyalectica vero interrogat solū vnā ꝑtem Albertus tn̄ p̄mo topicoꝝ in ꝯmento videt̄ velle ꝙ vtrūq3 tā ꝓblema q̄3 ꝓpō ꝓponit̄ bn̄ cū vtraq3 ꝑte ꝯtradictōnis. Sʒ in hoc dr̄n̄t. q2 si nota dubitatōis cadat sup ꝯpōem p̄dicati cum subiecto ita vt sit̄ q̄rat inherentiā ⁊ modū inherēdi q̄ iportat̄ in hoc vel in illo p̄dicato tūc est ꝓblema. Exemplū vt si sic dicat̄ vtꝝ aīal gressibile bipes sit definitio hoīs vel nō sub hoc sensu vtꝝ hoc p̄dicatū aīal gressibile bipes insit hoī vt ē definitio vel nō tūc est ꝓblema. Sʒ si p̄dicatū enūciet̄ de subiecto ⁊ nota dubitatōis sequens ꝯpōem ponat̄ ad ꝯsensum respōdentis tūc est ꝓpō dyalectica ⁊ nō ꝓblema. vt si dicat̄ putas ne aīal genus hoīs vel nō. est ꝓpō si nota dubitatōis nō cadat sup ꝯpōem ꝓpōis sʒ expectet solum ꝯsensum respondētis sub hoc sensu animal genus hoīs est putas ne hoc esse verum vel non.

Si p̄dicatū enunciētur de subiecto et nota dubitationis

Queritur Quid est p̄dicatum dyalecticum. Solutio ē terminus p̄dicabilis in ꝓpōne terminabili ꝑ artē dyalecticam nō reducibilis ad aliquod p̄us ꝭm easdem ꝯsideratōnes ꝑ hoc em̄ ꝙ dr̄ terminus p̄dicabilis excludunł ꝓpō ⁊ ꝓblema ꝑ hoc qḋ dr̄ in ꝓpōne terminabili ꝑ artem dyalecticam excludił spēs. Et ꝑ hoc ꝙ dr̄ nō reducibilis ad aliqḋ p̄us excludił drã ⁊ etiã alia annexa Et ꝭm easdē ꝯsideratōes addił ꝓter alia tria p̄dicata a definitōe. qꝛ lꝫ reducãł ad definitōem vt postea diceł nō tñ ꝭm easdē ꝯsideratōes.

Queritur Quot ꝯditōnes req̄runtur ad hoc ꝙ aliquid sit p̄dicatum dyalecticum. Solutio tres que inuenuntur in ista definitōe. Prima est ꝙ sit terminus aptus natus p̄dicari de aliquo p̄dicatōne directa ⁊ ordinata. ⁊ ergo indiuiduū nō p̄t esse p̄dicatū. Scd̄a est ꝙ ꝓpō in qua p̄dicał sit terminabilis ꝑ artem dyalecticam et ergo species nō potest esse p̄dicatum. tertia est ꝙ nō sit reducibile ad aliqḋ p̄us ꝭm easdem ꝯsideratōnes ⁊ ideo annexa nō sunt p̄dicata.

Queritur Quid est ꝓpōnem terminari per artem dyalecticam. Solutio nihil aliud est q̄ꝫ aliquam propositōnem ꝓbabiliter ostendere ad ꝑtem affirmatiuam vel negatiuam et hoc ꝭm artem dyalecticam. vt si querał putas ne animal est genus hoīs vel nō Et respondetur ꝙ sic. qꝛ quicquid p̄dicatur de pluribus spē differētibꝫ in eo ꝙ q̇d est. hoc est gen⁹ eoꝝ de q̇bꝫ p̄dicał. sꝫ aīal ē hm̄oi. ḡ ē genus eoꝝ de q̇bꝫ p̄dicał cū ḡ p̄diceł de hoīe sequił ꝙ sit genus hoīs Jã illa ꝓpō qua querebatur vtruꝫ aīal esset genus hominis vel nō. dicił terminata per artem dyalecticam. quia est ꝓbabiliter ostensa ad ꝑtem affirmatiuam per locum dyalecticum.

Queritur Que ꝓpositio dicitur terminablis ꝑ artem dyalecticam Solutio illa que ꝯstat ex terminis cōmunibus ⁊ potest esse ꝯsequens alicuius ꝯsequentie dyalectice seu illa que potest ꝓbari per aliquē locum dyalecticum seu ꝯmunem ꝯsideratiōnem dyalecticam Et ꝓpterea. qꝛ spēs nō p̄dicatur nisi de indiuiduis ⁊ singularibꝫ. ideo nō p̄t eē p̄dicatū dyalecticū. qꝛ indiuidua infinita sꝰ ⁊ non cadūt sub arte nec p̄nt de eis sumi ꝯsideratōes cōes ⁊ ꝓbabiles ⁊ artificiales ꝓter eorum variabilitatem.

Queritur Quot sunt predicata dyalectica in toto. Solutio quattuor. scꝫ definitio seu terminus. ꝓprium genus. accidens. Et hoc ostendit ph̄us posterius in textu dupliciter. scꝫ inductōne ⁊ syllogismo. Jnductōne sic. quia omnis propositio dyalectica et problema aut est de definitōne aut proprio aut genere aut de accidente cum ergo de om̄ibus predicatis fiunt propositōnes ⁊ problemata sequitur ꝙ tantum quattuor erunt p̄dicata Syllogismo sic. qꝛ om̄e qḋ de alio p̄dicatur vel p̄dicatur ꝯuersim vel nō ꝯuersim. Si p̄mum hoc est duplr̄ qꝛ vel indicat quid est esse rei. ⁊ sic est terminus seu definitio aut nō indicat q̇d ē esse rei ⁊ sic est ꝓpriū. Si scd̄m hoc etiam duplr̄. qꝛ vel est de essentia sui subiecti ⁊ sic est genus. vel nō ⁊ sic est accidens.

Inductio

Syllogismus

Ar Sunt plura predicata q̄ꝫ quatuor ꝗ. Añs ꝑbaꝛ qꝛ predicatū et predicabile sunt idem ⁊ nō differunt nisi penes actū ⁊ aptitudinē sed sunt plura p̄dicabilia q̄ꝫ quatuor. ergo Solutio. ꝙ predicatū et predicabile non drñt in ꝓposito penes actum ⁊ aptitudinem imo vtrūqꝫ dꝛ aptitudinē. Sed sic drñt. qꝛ p̄dicabile dicitur a modo predicandi de suis subicibilibus. Sed p̄dicatū sumiꝛ a modo inherendi suis subiectis. Uel dicendū ꝙ predicatum accipiꝛ dupľr. vno modo large pro om̄i eo qđ seq̄tur copulam verbalem in p̄dicatōne directa ⁊ ordinata ⁊ sic p̄dicatū est bene idē cū p̄dicabili sicut ꝑbat argumētuꝫ. Alio modo accipiꝛ stricte et proprie ꝓ eo qđ sequiꝛ copulā in ꝓpōne terminabili ꝑ artē dialeticā et sic p̄dicatū non est idem cū p̄dicabili qꝛ aliq̄d est predicabile qđ non p̄t esse hoc modo p̄dicatum sicut patet de spē ꝓpter rōem ꝑus positam et econtra aliq̄d est etiam predicatum quod non potest esse predicabile sicut pꝫ de definitione.

Praedicabile. Praedicatum

¶Secundum capitulum

Dicendum aūt quid terminus. quid proprium. quid genus. quid accidens.

In hoc scđo capľo ph̄s ꝯñr in spēali determiat de quolibet p̄dicatorum Et diuiditur in quatuor ꝑtes ꝭm ꝙ quatuor sunt p̄dicata. ꝑmo de definitōne quā ph̄s hic vocat terminū

¶De definitione

Queritur Quare ph̄s vocat definitionē terminū Solutio. ratio est ista. qꝛ terminus vocaꝛ vltimū rei extra qđ nihil est de re sed definitio ꝯp̄hendit vltima definiti scꝫ ꝑmā potentiaꝫ ⁊ vltimum actū seu ꝑmū genus ⁊ vltimā drām ita ꝙ nihil eēntie rei sit extra ꝓpriam definitōem. ergo ꝯgrue definitio vocaꝛ terminus

Queritur Quid est terminus seu definitio Solo est orō quid est esse rei significans Et ꝑ hoc qđ dꝛ ibi orō ꝭcaꝛ ꝙ licet definitum aliqñ ꝭcetur simplici noīe Aliqñ circūlocutie integra orōne sicut qñ definiꝛ corpus aīatū vel passibilis qualitas aut aliqđ hmōi tñ definitio nunq̄ꝫ pōt esse nomē vel simplex dictio sed necessario oratio. vt scꝫ explicite dicat hoc qđ nomē definiti implicite ꝭcat

definitio.

Ar Definitio non p̄t definiri. ergo male ponitur hic definitio termini seu definitōnis. Añs probaꝛ. qꝛ est q̄d ꝯplexum Solo licꝫ definitio ꝑme intentionaliter accepta sit q̄d ꝯplexū tñ accepta scđe intentionaliter q̄uo hic accipitur est q̄d incōplexum

Ar Si definitio defineretur hoc esset ꝑ aliam definitōem ⁊ illa iterū ꝑ aliam ⁊ sic esset processus in infinitū Solo ꝙ negaꝛ sequela. et ratio est qꝛ hic definiꝛ definitio pro scđa intentione que est ratio quare huic vel illi definitioni ꝑme intentionaliter accepte ꝯueniat definitio ⁊ in illa est status.

Querit᷑ Quod est annexum definitõnis Sol'o idem ⁊ diuer
sum. Et hoc probat phs duabꝫ rõnibꝫ. Prima est. illũ
est annexum definitionis ꝓpter qđ est magnus labor ⁊ attricio circa pro
blema definitionis. sed sic est de eodẽ ⁊ diuerso ḡ. Minor ptz qꝛ ad hoc ꝙ
aliquid dicat᷑ definitio alicuiꝰ oꝫ maxie videre an sit idẽ cũ eo vl' diuersuz
Scđa rõ est. qꝛ illud est annexũ definitõnis qđ termiatur eisdeꝫ ꝯsidera
tionibꝫ q̊ terminat᷑ ꝓblema definitõnis sed ꝓblemata de eodem ⁊ diuerso
termiant᷑ eisdẽ ꝯsideratõnibꝫ q̊bꝫ ꝓblemata definitõnis. ḡ idem et diuer
sum sunt annexum definitionis. Minorem probat phs. qꝛ si poterimus
disputare de eodem ⁊ diuerso etiam poterimus faciliter disputare de defi
nitõne. Si eñ ostenderemus aliquid non esse idem cum alio tũc bñ seq̄t᷑
ꝙ non sit eius definitio. ⁊ sic terminatur ꝓbleuma definitionis licet hoc
non ꝯuertatur qꝛ nõ sequitur hoc est idem. ergo est definitio.

Queritur Quid est annexum Sol'o Annexũ in propo
sito est qđdã minus p̄ncipale predicato cui anne
ctitur nõ total'r idẽ cũ eo nec diuersuz terminabile eisdẽ cõsideratõnibus
quibꝫ terminatur p̄ncipale predicatum

Querit᷑ Quot cõditiones requirũtur ad hoc ꝙ aliquid dicat᷑
Annexum Sol'o ꝙ tres sicut colligit᷑ ex ista diffiniti
one. Prima est. ꝙ non sit p̄ncipale p̄dicatum. Scđa est ꝙ habeat suum
modũ inherendi ⁊ p̄dicandi a p̄ncipali p̄dicato. Tertia est ꝙ sit termina
bile eisdẽ ꝯsideratõibꝫ q̊bꝫ termiat᷑ p̄ncipale cui annectitur.

Qr̄ Utrũ idẽ ⁊ diuersuz sint vnũ annexũ definitõis vl' plura Sol'o
ꝙ sunt vnũ. Et rõ est. qꝛ ꝑ easdẽ ꝯsideratões q̊bꝫ ꝓbleuma de eadẽ
cõstruit᷑ ꝓbleuma de diuerso destruit᷑ ⁊ ecõuerso.

☞ Arguit᷑. idẽ et diuersum sunt annexa oĩm predicatoꝝ. ḡ nõ tm̃ defi
nitionis. Añs probat᷑. qꝛ sicut est idem ⁊ diuersum definitione. ita etiaꝫ
est idem ⁊ diuersum, proprio genere ⁊ accñte. Solutio ꝙ illa que sunt
eadem ꝓprio genere vel accidente nõ sunt eadem simpl'r sed solũ ꝓm quid
qꝛ cũ aliqua tali idẽptitate stat adhuc magna diuersitas. Sed illa q̄ sunt
eadẽ definitiõe sunt eadẽ simpl'r ⁊ ꝓm rem ⁊ drñt solum rõne. ⁊ ergo idẽ
⁊ diuersuz simpl'r ponũt᷑ magis ãnexũ definitiõis q̄ȝ alicꝰ alteriꝰ p̄dicati

¶De proprio

Querit᷑ Circa scđam ptez capl'i Quid est ꝓpriũ Sol'o ꝓpuz
est qđ nõ indicat q̊d est eẽ rei soli cui inest ⁊ ꝯuersim p̄
dicat᷑ de re. i. de spẽ. Exẽplũ vt esse grãmatice susceptibile est ꝓpriũ hois
qꝛ si hõ est grãmatice susceptibile est ⁊ eꝯ si grãmatice susceptibile ẽ hõ ẽ

☞ Querit᷑. quõ ꝓbat phs istã definitõem Sol'o ex vulgari acceptio
ne nois. qꝛ nemo dt̄ ꝙ illud sit ꝓpriũ alicui quod p̄t alteri inesse vt nemo
dicit ꝙ dormire est propriũ hoi. qꝛ etiam inest alijs nec etiam illud dicit᷑
esse ꝓpriũ qđ inest alicui soli ad aliqđ tempus. Et si forte aliq̄d taliũ dica
tur ꝓpriũ tunc non dicet᷑ ꝓpriũ simpl'r sꝫ ꝓpriũ quãdo vel ꝓpriuz ad aliq̄d.
Et sic innuit phs ibi modos ꝓpriȷ.

Querit̄ Quot sunt modi ꝓprij Solutio ꝙ tres. scȝ ꝓpriū ad aliq̄d ꝓpriū q̄n̄ ꝛ ꝓpriū simpl'r. Propriū ad aliq̄d est q̄ꝺ ꝯuenit oi ꝛ nō soli, vel soli ꝛ nō omi. vt esse bipedē ꝛ eē grāmaticū. Et ita sub isto modo ꝓprij ꝯphēdunt̄ duo p̄mi mōi positi a porphirio. Propriū quādo est q̄ꝺ ꝯuenit subiecto ſm aliq̄ꝺ tp̄s ſȝ nō sp̄. Exēplū ph̄i est vt a dextris eē est ꝓpriū q̄n̄ ꝓ illo tp̄e quo aliq̄s solus ē a dextris. Ex^m porphi. circa hūc modū est vt canescere q̄ꝺ ꝯuenit hoi solū in senectute Propriū simpl'r vt dc̄m fuit est q̄ꝺ non indicat q̄d est esse rei soli inest ꝛ ꝯuersim p̄dicat̄ ꝑ hoc ꝙ dicit̄ nō indicat q̄d est esse rei differūt ꝓpriū a definitōe ꝛ ꝑ hoc q̄ꝺ dr̄ soli inē ꝛ ꝯuersim p̄dicat̄ dr̄t ab oib̄ȝ alijs a gn̄e ꝛ accidēte.

Queritur Utrū ꝓpriū habeat aliq̄ꝺ annexū. So° ꝙ nō qꝛ annexū debet esse ꝑtim idē ꝛ ꝑtim diuersum a p̄ncipali p̄dicato ſȝ nihil est q̄ꝺ sit ꝑtim idē cū ꝓpo ꝛ ꝑtim diuersuȝ ab eo. ergo nō habet aliq̄ꝺ annexū. Minor ꝓbat̄. qꝛ si esset aliq̄ꝺ tale vel esset species vel idē ꝓprio. Nō spēs qꝛ annexū debet esse posterius illi cui annectit̄ ſȝ spēs nō est posterior ꝓprio. Non p̄t etiam dici ꝙ idē ꝓprio sit annexū ꝓprij qꝛ idē ꝓprio nō differt a ꝓprio qꝛ idem est q̄rere An aliq̄d sit idē ꝓprio alteri ꝛ An aliquid sit proprium alterius

Ar̄ Idem definitōne est annexuȝ definitionis. ergo idem ꝓprio etiā erit annexū ꝓprij So° ꝙ idē definitōe nō est annexū definitionis. sicut nec idē ꝓpo est annexū proprij et hoc ꝓpter eandē rōnem. qꝛ scȝ idē definitōne nō distinguit̄ a definitōne. Sed idē in cōi est annexū definitōnis. Et si tunc q̄rat̄ quare idē in cōi est plus annexū definitōnis q̄m alicuius alterius p̄dicati. ratio illius dcā fuit prius qꝛ scȝ idēptitas definitionis est idēptitas simpl'r dicta

De genere

Querit̄ Circa tertiā ꝑteȝ cap'li. Quid est genus. Solutio genus est q̄ꝺ p̄dicat̄ de pluribȝ drn̄tibȝ spē in eo ꝙ q̄d ē Et ꝙ genus p̄dicat̄ in q̄d ostendit Aresto. sic qꝛ illud p̄dicat̄ in q̄d q̄ꝺ cōuenienter rn̄r ad interrogatōem factā ꝑ q̄d. ſȝ genus est hmōi vt cuȝ q̄rit̄ quid est hō ꝯuenienter respō det̄ est animal. ergo genus p̄dicat̄ in q̄d.

Queritur Q̄ꝺ est annexū generis. So° ideȝ ꝛ diuersum genere sunt annexū generis. Et hoc sic ꝓbat. ꝓ. q̄a ꝓblemata de eodē ꝛ diuerso genere terminant̄ eisdeȝ ꝯsideratōnibus q̄bȝ ꝓblemata de genere. Sicut exēpli gratia ostēso ꝙ aīal est genus hoīs et bouis ōn̄suȝ etiā est ꝙ hō ꝛ bos sunt eadē genere Et ꝑ oppositū ostēso ꝙ animal sit genus hominis ꝛ non plante etiam ostensum habetur ꝙ homo et planta sunt diuersa genere

Querit̄ Utrū drn̄a sit annexa generi So° ꝙ duplex est drn̄a scȝ generica ꝛ specifica. Iā drn̄a generica illa est annexa generi. qꝛ illa vt dixit ph̄s supius cū genere collocāda est ſȝ nō drā specifica. imo drā specifica magis ē ānexa definitiōi. qꝛ illa inheret ꝯuertibil'r spē

Ad aliquid. quando simpliciter

Ar Jam dictum est ꝙ idem et diuersum genere sunt annexum ge-
neris. ergo non drã Sol'o neganda est ꝯña. Et ratio est. qꝛ nõ
est incõueniens idem predicatum habere plura annexa ꝯm ꝙ plura sunt
respectu quorũ ꝓbleumata possunt terminari ꝑ cõsiderationes datas ad
terminandũ probleumata predicati pͥncipalis

¶ De accidente.

Querit Circa quartã ꝑtem capli. Quot sunt definitiões acci-
dentis Sol'o sunt due ꝯm phm in textu. Prima est
Accidẽs est qd nihil horũ est neqꝫ definitio neqꝫ ꝓpriũ neqꝫ genus inest
aũt rei. Secũda est. Accidens est qd ꝯtingit eidem inesse ꝛ nõ inesse vt
sedere ẽ accñs qꝛ ꝯtingit aliquẽ aliqñ sedere aliqñ vero nõ sedere

Drñ Quõ ꝯpat phs istas definitiones ad inuicem Sol'o dicit ꝙ
secũda melior est ꝙ̃ pͥma. qꝛ ad ꝯgnoscẽduꝫ primã oportet pͥsci-
re quid est definitio quid proprium et quid genus. sed secũda est de se sa-
tis finita ꝛ clara seu manifesta.

Ar Unius definiti erit solum vna definitio. ergo male ponũtur hic
due definitões accñtis So° ꝙ vnius definiti vno mõ sumpti
est solum vna definitio sed accidens accipit diuersimode. Unde prima
definitio datur de accidente ꝑ ꝯꝑationẽ ad alia predicata. Secunda ve-
ro datur de eo ꝑ ꝯꝑatõem ad suam causam quã habet in subiecto q̃ est
ꝯtingens et variabilis.

Queritur Quod est annexum accidentis Sol'o ꝯꝑatio
ꝯm magis et minus est annexum accidentis. vt
cum dicitur vtrũ honestum vel vtile sit magis eligendum. vel vtrũ vita
que est ꝯm virtutem sit suauior ꝛ magis eligenda vel q̃ est ꝯm frugalita-
tem. i. ꝯm fruitionẽ voluntatis vel ꝯm frugalitateꝫ. i. ꝯm ꝑcitatem vt alij
exponunt. Et ꝙ istud sit annexum accñtis patet qꝛ in hmõi ꝓbleumati-
bus fit questio cui duorum subiectorum magis accidit p̃dicatũ aut mi-
nus sed talis questio non potest terminari nisi per cõsiderationes quibus
terminãtur probleumata accidentis, ergo comparatio ꝯm maius ꝛ mi-
nus est annexum accidentis.

Queritur Quod est hoc dubium quod remouet phs in te-
xtu Solutio ꝙ istud. qꝛ dictum est in prima de-
finitione ꝙ accñs nihil horũ est neqꝫ definitio neqꝫ proprium neqꝫ acci-
dens posset aliquis dubitare An nullo modo accñs possit dici propriuꝫ
Hoc ergo remouendo dicit phs ꝙ accñs bene potest esse propriũ quan-
do vel propriũ ad aliquid vt sedere est accñs dũmodo aliquis solus sedet
tunc est proprium qñ ꝛ dum non solus sedet est ꝓprium ad aliquid. scꝫ ad
non sedentes. Sed accidens nunq̃ꝫ potest dici propriũ simpliciter qd est
distinctum predicatum. Cetera que possent hic queri de proprio genere
et accidente q̃rat supra circa p̃diacbilia porphirij

¶ Tertium capitulum

Nō lateat aūt nos qm̄ q̄ ad ꝓpriū ꝛ genus ꝛ accn̄s oīno

In hoc tertio capitulo phus docet reducere alia p̄dicata ad definitionem tanq̄ȝ ad p̄dicatū p̄ncipalius. Et habet duas partes. In p̄ma facit hoc In scd̄a ponit modos identitatis.

Queritur Utrū tria alia p̄dicata possunt reduci ad definitionem. Solutio ꝙ sic. Et ratō illius. qꝛ oīa alia p̄dicata sunt quodāmodo definitiua inq̄ȝtum p easdē ꝯsideratōes q̄bus ostendim⁹ aliq̄d nō esse ꝓpriū genus vel accidēs etiā possumus ostendere oratōnem assignatā ꝓ definitōe nō esse definitōem. definitio eīn dȝ inesse qd̓ etiā ꝯuenit accidenti dȝ essentialr̓ inesse qd̓ etiā ꝯuenit generi ꝛ dȝ ꝯuertibiliter inesse qd̓ etiam ꝯuenit ꝓprio qd̓cunq̄ȝ. ergo istoꝝ defuerit ſꝑ interimit̄ definitio. vnde si ostensum fuerit ꝙ aliqd̓ p̄dicatū nō inest subiecto ꝯuertibiliter. tunc etiā ostensum est ꝙ tale p̄dicatū nec est ꝓpriū nec definitio illius subiecti. Et si ostensum fuerit ꝙ nō insit essentialiter vl̓ ꝙ p̄ma ꝑticula definitōnis nō est genus tunc silr̓ ostensum est ꝙ nec sit definitio nec genus. Et si ostensuȝ fuerit ꝙ p̄dicatū nō insit subiecto tūc ostēsum etiam est ꝙ nō insit vt definitio nec vt accidens. qꝛ quod nō inest nō inest vt definitio vel vt accidens.

Queritur Tunc si omīa alia p̄dicata reducunt̄ ad definitōnem quare nō ponit̄ vna generalis method⁹ seu vna cōis ars ad terminandū ꝓblemata oīm p̄dicatoꝝ. tradunt̄ diuerse in diuersis libris. Solutio ꝓpter duas causas. p̄ma dat̄ ex ꝑte nostri. qꝛ scȝ nō est nobis facile talem methodū inuenire q̄ sic valeret ad quattuoꝛ p̄dicata simul. qꝛ p̄dicata q̄ȝtum ad modos suos inherendi sunt diuersa. ꝛ ergo est nobis difficile inuenire aliqd̓ ꝯmune in quo vniunt̄ ꝙ sit eiusdē rationis in oīb; illis quattuoꝛ p̄dicatis. Scd̄a causa dat̄ ex ꝑte methodi qꝛ et si talis methodus inueniret̄ tamē esset incerta ꝛ raro vtilis ad terminādum ꝓblemata. qꝛ hoc ꝯmune nō inesset singulis ꝑ vnam ꝛ eandē rōnem sed analogice solum. ꝛ difficulter etiā ꝛ raro inueniret̄ ꝑ que ꝓpria illd̓ cōmune deberet aptari ad ꝓpositū. ꝛ ergo infert phs ꝙ assignanda est ꝓpria methodus ꝛ dande sunt ꝯsideratōes ꝓprie ad terminandū in spēali ꝓblemata de vnoquoq̄ȝ p̄dicatoꝝ sicut patebit in sequentib; libris

Queritur Circa scd̄am ꝑtem capituli. Quot modis dr̓ idē. Solutio trib; modis. scȝ idē numero idē spē ꝛ idem genere. Eadem numero sunt quoꝝ noīa sunt plura res vero vna. vt tunica ꝛ vestis. Eadem vero spē sunt q̄ plura sunt ſm rem ꝛ numeꝝ. sed ſm spēm indifferētia vt duo hoīes duo equi. Sed eadem genere sunt quecunq̄ȝ sub eodē genere ꝯtinent̄. vt homo ꝛ equus.

Arḡ Est aliqua idētitas materie qua ē vna materia oīm generabiliuȝ et corruptibiliū ꝛ illa nō ponit̄ hic. ergo erunt plures modi. Solutio illa nō est identitas ꝓprie dicta de quā hic loq̄mur sed identitas improprie dicta q̄ vocatur identitas indifferentie inquantū scȝ materia prima indifferens est ad oēs formas.

Ar Due aque extracte de eodem fonte habent minorē identitatē quam numeralē ꝛ videntur habere maiorē quam specificā quia plus videntur ↄuenire quam due aque diuersoꝝ fontiū q̄ ↄueniunt specie. ergo inter identitatem numeralem ꝛ specificam erit aliquis modus identitatis medius. Ad hoc argumentū dicit phus ꝙ aque eiusdem fontis nō plus ↄueniūt essentialiter quam aque diuersoꝝ fontium. quia om̄is aqua est om̄i aque eiusdē spēi licz forte plus ↄueniant accidental'r in aliquibꝫ ꝓprietatibꝫ accidentalibus sicut in colore in sapore ꝛ huiusmodi.

Queritur Quō phus ↄpat illos modos identitatis adinuicem Solutio dicit ꝙ idem numero maxime dicitur idem. quia hoc indubitanter ꝛ simpl'r idem dicitur. deinde idem spē et tertio idem genere.

Queritur Quot modis dr idē numero. Solutio tribꝫ modis. Primo mō dr idē noīe vel definitōne vt vestis ꝛ tunica. ꝛ etiā hō ꝛ aīal rōnale. Scdo mō dr idē ꝓprio. vt hō ꝛ discipline susceptibile. Tertio dr idē accn̄te vt sedens vel musicū ꝛ sortes dicuntur idē. si sortes est sedens vel musicus. Et ꝙ subiectū ꝛ accn̄s faciūt idē numero. pbat sic phus. quia nos sepe ꝑmutādo nomē ꝓpriū assignamꝰ aliq̄ accidentia ꝑ que circūloq̄mur aliq̄n subiectū. Sicut q̄n p̄cipimus aliquē ad nos vocari q̄ sedet sortem vel platonē ꝛ ille cui p̄cipimus nō intellexit quē vocari volumus tunc nos ꝑmutamus nomē ꝓpriū ꝛ vocamꝰ euꝫ illo accidēte qd sibi inest. ꝛ dicimꝰ voca sedentē vel voca disputantē. quia ergo manifestū est ꝙ eundē in numero significare volumus ꝑ nomē ꝓpriū ꝛ ꝑ suū accn̄s seq̄tur ꝙ subiectum ꝛ suum accidens faciunt idem numero.

¶ Quartum capitulum.

Qm̄ aūt ex p̄us dictis sunt oratōes ꝛ ꝑ hoc ꝛ ad hoc vna

In hoc quarto capitulo phus ostendit quaternariū numeꝝ p̄dicatoꝝ esse sufficientem. Et diuiditur in duas ptes. In p̄ma facit qd dictū est. In scda ponit genera p̄dicamentoꝝ vt ostendat vnūquodq̄ p̄dicatoꝝ eē in aliquo illorum.

Queritur Ergo p̄mo vtꝝ sufficiēter ponantur solū quattuor p̄dicata dyalectica Solutio ꝙ sic. Et hoc ostēdit phus dupl'r scꝫ inductōe ꝛ syllogismo. quere superius vbi enumerata fuerunt quattuor p̄dicata.

Qr Circa scdam ptē capituli. vtꝝ quodlibet p̄dicatoꝝ sit in aliq̄ p̄dicamentoꝝ ꝓ responsione phs p̄mittit ꝙ decem sunt p̄dicamēta numero. scꝫ q̄d quale quantū adaliq̄d vbi q̄n sitū esse habere agere ꝛ pati Jam dicit phus quodlibet predicatum semꝑ est in aliquo istoꝝ p̄dicamētoꝝ. Et hoc in effectu sic pbat. quia om̄es ꝓpositōnes que sunt ex istis predicatis quantum est ex pte p̄dicati significant aliquid quod est in aliquo istoruꝫ decem p̄dicamentoꝝ vel quid vel quale ꝛc.

Predicamenta

Queritur Ex quo phus enumerando hic genera p̄dicatorum posuit quid p̄ substantia An ne quid etiaȝ reperiatur in alijs p̄dicamentis. hoc dubium remouet phs. ⁊ dicit q̄ q̄d reperitur in quolibet genere p̄dicamentali. sed tamen diuersimode. q: nomina substantiaꝝ ſ̄cant quid ⁊ etiam dicunt. id est p̄dicant quid. vt ꝑposito homine. Si aliquis dicat hunc esse hominē vel animal talis quid ē dicit et substantiam ſ̄cat. Nomina vero accidentium dicunt hoc est predicant quid sed nō ſ̄cant quid. vt ꝑposito albo colore si quis dicat hoc esse album vel colorem talis dicit quid sed ſ̄cat quale. Similiter de bicupedali magnitudine si quis dicat esse bicupedalem talis quid est dicit sed q̄ntū ſ̄cat et sil'r est in omib' alijs p̄dicamētis ꝑnumeratis.

Ar̄ Definitio dicit substantiam definiti. ergo solum reperitur definitio ⁊ quid in p̄dicamento substantie. Solutio negeẛ ꝯsequētia q: licet definitio semper dicat hoc est p̄dicet substantiam ⁊ quid sui definiti nō tamen semper ſ̄cat substantiam siue quid. Aliud em̄ est dicere q̄d et aliud est significare quid. Quia dicere quid siue substantiam est ipsius vocis ꝯplexe significatiue p ꝯpatōnem ad aliud de quo in ꝑpositōne dicitur seu enunciatur. Sed significare quid seu substantiam est ipsius vocis p ꝯpatōnem ad rem significatam. Et ergo definitio quandoꝗ dicit q̄d seu substantiam ⁊ etiam significat quid vt in p̄dicamento substantie Sed in alijs predicamentis dicit bene quid sed nō significat quale vel quantū et sic de alijs vt patuit. hoc enim vnumquodꝗ significat ad quod institutum est ad significandum.

¶ Quintum capitulum.

Primum igiẛ determineẛ quid est ꝑpō dyalectica ⁊ quid

Hic in quinto capitulo phus determinat ꝯsequenter de p̄ncipijs materialibus ꝑpinquis syllogismi dyalectici que sunt ꝑpō dyalectica ⁊ problema. Et diuidiẛ in tres ꝑtes In p̄ma determinat de ꝑpōe. In scd̄a de ꝑblemate. ⁊ in tertia determinat de positōne ꝯꝑando eā ad ꝑblema.

Queritur Utꝝ omīs ꝑpositio sit dyalectica ⁊ oē ꝑblema dyalecticum. Solutio phi q̄ nō. q: ꝑpositio q̄ est manifeste falsa nō est dyalectica. q: de illa nemo dubitat ꝑpō etiam q̄ omībus videtur vera ⁊ cuius veritas est manifesta vel ex principijs suis vel ad sensum nō est dyalectica. q: ꝑpositio dyalectica nō debet esse omnibus manifesta. sed debet esse ꝑbabilis hoc est debet habere aliquam apparentiam veritatis tamē cum dubitatōne.

Queritur Quid est ꝑpositio dyalectica. Solutio est interrogatio ꝑbabilis aut omībus aut plurib' aut sapientibus ⁊ his omībus aut pluribus aut maxime notis, non extranea.

Et ibi notandum est q̄ hoc quod dicitur interrogatio probabilis est tota definitio ꝑpositōnis dyalectice. Sed vt clarior fiat additur. quid sit ꝑbabile ⁊ dicitur q̄ ꝑbabile est quod videẛ omib' aut plurib' ⁊c̄.

Queritur Quō accipit ibi interrogatio. Solutio interrogatō accipit materiał'r ꝓ ꝓpōe interrogata ⁊ nō actiue vel formaliter. Vñ interrogatio potest bene quattuor modis accipi. vno mō actiue ꝓ actōne interrogātis. Scdo mō passiue ꝓ passione rei interrogate. Tertio mō ꝓ aggregato ex signo interrogatiuo ⁊ ꝓpōe interrogata. Quarto mō ꝓ ꝓpōne interrogata ⁊ illo vltimo mō solū accipit hic

Et si querat. quare ꝓpō dyalectica debet esse interrogata. Solutō ꝙ ideo. q: ꝓpō dyalectica nō est necessaria s; ꝓbabilis. ⁊ ergo ad eam requiritur ꝯsensus respondentis anteꝗ̃ ex ea possit fieri syllogismus ad ꝓpositum. Et q: ꝯsensus ille nō habetur nisi interrogetur ⁊ in forma questiōis respondenti ꝑus ꝓponatur. ideo op; ꝙ ꝓpō dyalectica sit interrogata

Ar Interrogatio ꝓponit ꝑ modū interrogandi sed nō quelibet ꝓpō dyalectica ꝓponitur ꝑ modū interrogandi. q: aliqua ponit in syllogismo ergo male d: in definitōne ꝙ est interrogatio. Solutio ꝙ ꝓpō dialectica pt dupl'r accipi. vno mō anteꝗ̃ ingredit syllogismū ⁊ sic est interrogatio. q: vt dictum est interrogatur ꝯsensus respondētis. Alio modo vt est actualiter in syllogismo posita. ⁊ sic non est interrogatio sed simpl'r affirmatio vel negatio.

Querit Qualis ꝯstructio est ibi quando dicit interrogatio ꝓbabilis. Solutio aliq̃ dicunt ꝙ sit ꝯstructio intransitiua vt ꝓbabilis sit nti casus. Sed melius d: ꝭm albertū ꝙ sit ꝯstructō transitiua vt ꝓbabilis sit gti casus. vt sit sensus ꝓpō dyalectica est interrogatio ꝓbabilis. id est ꝓpositio interrogata de ꝓbabili. ꝓbabile em̄ est propria materia ꝓpōnis dyalectice. ⁊ ergo ꝓpositio dyalectica debet interrogari semper de probabili.

Ar Propositio dyalectica debet esse dubitabilis aliquo mō. sed qđ apparet om̄ibus aut pluribꝫ non est dubitabile. ergo male addit in definitōne aut omibus aut pluribꝫ. Solutio dupl'r aliq̃d potest apparere pluribus. vno mō sine formidine de opposito. ⁊ de illo nō est ꝓpositio dyalectica. Alio modo cum formidine de opposito ⁊ de illo est interrogatio ⁊ ꝓpositio dyalectica.

Queritur Quare additur in fine definitōnis nō extranea. Solutio ad differentiā positōnis. quia positio est opinio extranea vt postea dicetur.

Querit Quō diuidit ꝓpō dyalectica. Solutio ꝓpō dyalectica diuidit ꝭm diuisionē ꝓbabiliū. vñ ꝑmo duplices sunt ꝓpōnes dyalectice q̃dam sunt ꝑ se dyalectice. sicut ille q̃ sunt ꝭm se ꝓbabiles. vt ꝙ oīs mater diligit filiū. Alie sunt dyalectice ex ꝯsequēti. Et ille sunt triplices. Nam q̃dam sunt dyalectice. q: sunt sil'es dyalecticis et ꝓbabilibꝫ ꝓpōnibꝫ sicut si ista ꝓpō est dyalectica ⁊ ꝓbabilis ꝙ ꝯtrarioꝝ ē eadem disciplina. tunc ista etiā erit ꝓbabilis ꝙ ꝯtrarioꝝ est idem sensus. q: illa est ꝑori similis. Scdo alie dicunt dyalectice q: sunt dyalecticis opposite seu ꝯtrarie ⁊ maxime ꝯtrarietate ꝭm ꝯtradictōnem ꝓtensa. ⁊ hoc

cōtingit dupliciter q2 vel opponūtur eis ƀm vnū extremū tm̄ vel ƀm vtrū
q3 extremoꝝ Si ƀm vnū extremū tm̄ hoc iterū est dupl'r q2 vel ꝯtrariant
ƀm p̄dicata vel ƀm subiecta de ꝯtrarijs p̄dicatis est exemplū. vt si ꝓbabi
le est ꝙ oportet amicis bn̄facere tunc etiā ꝓbabile est ꝙ nō oportȝ amicis
malefacere. ille em̄ ꝓpōnes habēt cōtraria p̄dicata q̄ sunt bn̄facere ⁊ ma-
lefacere ⁊ est ꝓrensa ꝯtrarietas ƀm ꝯtradictōem nō sic intelligendo q̄ isti il
le ꝓpōnes sint ꝯtradictorie sȝ q2 distant ꝑ affirmatōem ⁊ negatōem que
sunt note ꝯ̄dictōnis. Exēplū de ꝯtrarijs subiectis est vt si ista est ꝓba-
bilis ꝙ oȝ amicis bn̄facere etiā ista erit ꝓbabilis ꝙ nō oportet īimicis bn̄
facere ibi em̄ sunt ꝯtraria subiecta sȝ amicis ⁊ īimicis. Si vero tales pro
positōnes habēt ꝯtrarietatem ad ꝓbabiles ƀm vtrūq3 extremorū Tunc
exemplū est. vt si ꝓbabile est ꝙ oportet amicis bn̄facere Etiā erit ꝓbabi
le ꝙ oportet inimicis malefacere. ille em̄ ꝓpōnes ꝯtrariant ƀm subiecta et
etiam p̄dicata ⁊ tale probabile, vocat ꝓbabile i ꝑabola. i. in collatōne ⁊ ꝓ
portione ad probabile. ita sȝ ꝙ si vnū attribuitur vni ꝯtrario cōtrarium
eius attribuat reliquo Tertio etiam alique propōnes dicunt dialeti-
ce et ꝓbabiles ex ꝯ̄nti. q2 posite in aliqua arte vel sciētia ab aliquo exꝑto
Sicut sunt autoritates et propōnes quas ponunt antiquiores et proba
ti phi vel autores vt propositōnes quas ponit geometer in geometria et
medicus in medicina ⁊cͣijs.

Arguit Propōnes iste de q̄bus exēmplificat hic phs sunt vt plurimū morales. g̃ non dialetice. Solutio aliqua
propositio potest dici dialetica dupliciter. vno modo q2 fit ex termis dia-
letice scientie ⁊ sic verum est ꝙ ꝓpōnes in textu posite non sunt dialetice.
Alio modo dicitur aliqua propositio dialetica q̄tuȝ ad modum interro
gandi ⁊ terminandi q2 sȝ potest terminari per cōmunes consideratiōes
dialeticas. et ita propositio dicitur in proposito dialetica ⁊ sic etiam pro-
positōnes in textu posite sunt dialetice.

Queritur Circa scd̄am ꝑtem capl'i Quid est problema Solutio problema dialeticū est speculatio con-
tendens ad electionē vel fugam veritatem vel scientiam aut vt ip̄m aut
āminiculans aut aliquid aliud hmōi Et accipitur ibi speculatio vt idem
est ꝙ questio speculabilis Et additur ꝯtendens idē simul tendens ad
opposita. quia problema sub vtraq3 ꝑte ꝯtradictionis proponit Et sub
ditur (ad electionē vel fugam) propter ꝓblemata moralia. Deinde ad
ditur (ad veritatem vel scientiam) ꝓpter problemata que fiunt in scien-
tijs speculatiuis. Et addit ꝯsequēter (aut vt ip̄m) propter problemata
que fiunt in scientijs speculatiuis principalibus ⁊ realibus sȝ in phisicis
mathematicis ⁊ methaphisicis (Aut vt amminiculans) propter ꝓble-
mata que fiunt in scientijs āminiculatiuis ⁊ triuialib9. Et finaliter dicit
(Aut vt aliquid aliud hmōi) et hoc propter problemata q̄ fiūt in metha
phisicis. sicut cū querit vtꝝ ars sutoria sit melior vel pelliparia.

Arguitur Contentio ꝑtinet ad sophistam. ergo male di-
citur problema speculatio ꝯtendens. Solō

cõtendere accipitur dupliciter. vno modo vt idem est quod litigare. ꝛ sic spectat ad sophistam. Alio modo vt est idem q̃d simul tendere ꝛ sic accipitur in proposito. vt iam patuit.

Ar Problema q̃d contẽdit ad electionẽ vel fugam est morale ergo non est dialeticum Solutio lȝ sit morale ex pte suoꝝ terminorũ tamen ex pte modi interrogandi ꝛ terminandi est dialeticum inq̃ztũ, terminatur p cõmunes ꝯsiderationes dialeticas.

Queritur Q̃ño problema dialeticũ diuiditur. Solutio phs ponit tres diuisiones eius. Prima est ꝙ pblematũ q̃ddã est neutrũ de quo neutro modo opinamur. Et hoc est duplex. qꝛ q̃ddã dicitur problema neutrum. qꝛ nullam habemus rationem ad vnam ptem neqȝ ad alteram vt vtrum astra sunt paria vel im paria Aliud vero dicitur problema neutrum. quia habemus eque fortes rationes ad vtrãqȝ ptem contradictionis vt vtrũ mundus sit eternus vel nõ Aliud est sc̃d̃o pblema de quo habẽtur contrarie opiniones. Et hoc est triplex qꝛ quoddam est de quo plurimi. id est vulgares contrariant̃ sapientibus vt vtrum sapientia sit melioꝛ diuitijs vel non. Aliud est de quo plurimi. id est vulgares contrariant̃ inter se vt vtrum ars sutoria sit melioꝛ pelliparia vel non. Aliud est tertio de quo sapiẽtes contrariantur inter se vt vtrum materia se sola sit p̃ncipiũ indiuiduationis vel non

Diuisio problematum,

¶ Secunda diuisio est. ꝙ problematum aliud est vtile ad eligendum vel fugiendum sicut est problema morale quod non queritur propter scire tãtum sed propter bene operari vt vtrum voluptas sit eligenda vel non. Aliud est vtile ad scire tm̃ sicut est pblema phisicũ vel mathematicum. Et ista diuisio est data de pblemate ex pte finis.

¶ Tertia diuisio est ꝙ problematum quedam sunt neutra ad neutrum horum ordinata hoc est ad eligendum aut fugiendum nec etiam propter scire finaliter quesita sunt tamen amminiculantia ad aliqua talium sicut sunt problemata que fiunt in grãmatica vl' logica. vt vtrum syllogismus constet ex tribus terminis vel duabus propositionibus vel non. Alia sunt problemata de quibus sunt contrarie ratões eo ꝙ dubitationem habent an res sic se habeant vel non vt vtrum mundus sit perpetuus vel non.

Queritur Circa tertiã ptem capl'i Quid est positio So positio ẽ opinio extranea alicuiꝰ notoꝝ s̃m phiaȝ Sicut erat opinio antistenis ꝙ non contingit contradicere ꝛ opinio heracliti qui dixit omnia continue moueri. Et opinio mellissi qui posuit esse tantum vnum ens.

Queritur Quare dicitur in illa definitione ꝙ positio est opinio extranea Solutio dicit̃ extranea qꝛ est pluribus cõtraria licet videat̃ ita aliq̃bꝫ sapientibus.

Queritur Quid intell[illegible]itur per hoc quod dicitur alicuius notorum Solo cõmuniter dicitur ꝙ notorum sit mascu-

uni generis ⁊ valet tantum sicut eruditorũ vel approbatorũ vt sit sensus positio est opinio extranea alicuius notorum. id est alicuius phi qui notus est et approbatus ƒm phiam. Sed ƒm Albertum melius dicit ꝙ notorum sit neutri generis ⁊ valet tantũ sicut alicuius rei opinabilis que est nota vel notificata per rationes ƒm phiam

Queritur Quare additur hoc alicuius notorum ƒm philosophiam Solo quia non quelibet opinio extranea dicitur positio sed solum illa ad quam ⁊ contra quam disputatur philosophice. Unde si aliquis indoctus proponat aliqđ vanũ ⁊ inutile hoc non debet dici positio. Stultũ em̃ est inquit philosophus aliquẽ sollicitũ esse arguere contra quẽlibet dicentem contraria opinionibus sapientum Etiam stultum est sollicitum esse circa illas opiniones de quibus habemus rationem planam ⁊ euidentem in contrarium. Cuiusmodi fuit opinio sophistarum dicentium Nõ omne quod est esse factum aut eternum quorum motiuum fuit. quia musicum esse vel grammaticum hoc est et tamen non est eternum nec factum quia quicq̃d est factum est ex materia factum sed accidens non habet materiam. Solutio autem illius motiui est ꝙ licet accidens non habeat materiam ex qua fiat habet tamẽ materiam in qua fiat ⁊ sic in illa factum est. Ad talia autem ergo sollicitum esse stultum est. quia hoc ꝙ non est positio nec tamen est simpliciter fictio q̃uis alicui non videatur eo ꝙ sit extranea opinio videbit tamẽ alicui eo ꝙ habeat rationem philosophie.

Queritur Q̃uo comparat phus problema ⁊ positiõem ad inuicem Solo vult ꝙ habeant se sicut superius et inferius. quia omnis positio est problema sed non econtra. hoc est non om̃e problema est positio. Secundũ patet quia aliquod est problema neutrum de quo neutro modo opinamur ⁊ tale non est positio quia positio debet esse determinata in vna pte contradictionis quiescens Primum scʒ ꝙ omnis positio sit problema sic probat phs quia illud de quo sunt contrarie opiniones est problema sed de omni positione sunt cõtrarie opiniones ergo omnis positio est problema. Minor patet quia positio est opinio quibusdam extranea et quibusdam credita. Addit tamen phus ꝙ nunc in vsu philosophorum est ꝙ omnia problemata cõiter positiones vocantur. Quare dicit ꝙ nihil refert q̃uo dicatur quia non ponitur hic ista distinctio inter positionem et problema pro noib; sed pro reb; vt non lateant nos eorum differentie.

Queritur Utrum omnes positiones et omnia problemata sunt dialetica Soº ꝙ nõ. Sed solum illa de quibus aliq̃s dubitans indiget ratione iuuante et inclinante ad fidem alterius partis contradictionis. vnde illa problemata que indigent pena vel sensu non sunt dicenda dialetica. Sicut si quis dubitaret vtrũ oporteat deos

vereri et parentes honorare talis pena indiget qz de talibus dubitari non licet. Similiter si quis dubitaret verū nix sit alba cum hoc ad sensum manifestum sit non indiget talis rōne sed sensu. Similiter etiam illa problemata que sunt eorū que sunt propinqua sensui vel que sunt valde remota et elōgata a sensibilib9 nō sunt dialetica qz ppinqua sunt manifesta 7 dubitationem nō habēt. Et remota ignota sunt et ita dubia q non possunt cōuenienter p artem dialeticā termiari

¶Sextum capitulum

Determinatis āt his oportet determinari quot dialeticarū ratiocinationū sūt species.

¶In hoc sexto 7 vltimo caplo istius tractatus phs cōnter determiat de ptib9 subiectiuis argumētatōis seu rōcinatōis dialetice

partes argtacionis.

Queritur Quot sunt spēs rōcinatōis dialetice. Solo due scz syllogismus 7 inductio. Et rō illius est qa ois rōcinatio seu argumētatio dialetica vel procedit ex notioribus quo ad naturā aut ex notiorib9 quo ad nos. Si ex notiorib9 quo ad naturam sic est syllogismus qui procedit ex vlib9. Si ex notiorib9 q ad nos sic est inductio qz illa procedit ex singularibus.

Ar Phs scdo por̄ū posuit quatuor spēs argumētatōis. ergo insufficienter hic ponūtur tm̄ due. Ad hoc respōdet Albertus q ille due spēs cōprehendunt sub istis Enthimema scz sub syllogismo et exēplum sub inductōne. Vel dōm est q hic non ponūtur nisi spēs rōcinatōis dialetice cōplete. iā enthimema et exēplū nō sunt spēs rōcinatōis complete.

Ar Inductio non potest esse species rōcinationis ergo nō sunt due. Aīns probat qz inductio procedit ex singularib9 7 illa nō cadūt sub ratione et intellectu Solo. licet singularia non cadant sub intellectu directe tamen bene reflexē. Et ergo inductio licet non sit instrumētuz intellectus simpliciter sicut syllogismus. est tamen instrumentum intellectus ad sensum reflexi.

Queritur Quō definiuntur iste species in textu Solutio Syllogismus hic non definitur eo q superius dictum fuit quid est syllogismus. Sed inductio definit sic. Inductio est a singularib9 ad vniuersalia pgressio Exemplū est gubernator nauis eruditus in arte sua est optimus 7 acceptus Auriga eruditus in sua arte ē optimus et acceptus. 7 sic de alijs. ergo omnis eruditus in sua arte est optimus et acceptus

Queritur Quare dicitur in illa definitiōe ad vniuersalia in plurali numero. So° Alberti qz multiplex est vle ad qd potest terminari inductio. Aliqd eīm est vle voce tm̄ vt canis

aliqd opinione tm̄. vt deus. aliqd imaginatōe tm̄. vt chymera Aliqd aptitudine nature sue habens plura supposita simul vt homo. Aliud successione tm̄ vt fenix. Aliud est vl'e in distribuendo. vt omnis homo. Ad inueniēdū ergo q ad omnia ista vl'ia potest esse progessio inductiua. dicit vniuersalia z non vniuersale

Arguitur Progressio ꝯuenit aīalibus. ergo inductio non est ꝑgressio Solutio ꝑgressio non accipit hic ꝓprie sz methaforice ꝭm quādā silitudinē Nam sicut in motū ꝑgressiuo paulatim vnus passus additur alteri. ita in inductōne singulare additur singulari vsqz dum in summa singularū vniuersale includitur

Querit Utrū in inductōe oporteat enūerare oīa singularia. Soº ē duplex iductio. vna ē necessaria z i illa oz oīa singularia enūerare vel sub ꝓꝑijs noib' vel sub cōi ꝑticula z sic de alijs z sic de singulis vel sil'. Alia est inductio ꝓbabilis z in illa nō oportet enumerare oīa singularia sz tot q̄t sufficiūt ad propositum. vt ex eis possit ꝓbabiliter inferre vniuersale.

Queritur Qūo ꝯpat phs syllogismū z inductionē adinuicem Soº dicit q inductio est verisilior z planior z ꝭm sensum notior z pl'ib' cōis. qz procedit ex singularib' q̄ sensib' obijciunt. Sz syllogismus est violentior z ad ꝯtradicendum efficatior violentior q̄dā in inferendo z ꝓbando z efficatior ad ꝯtradicēdū i obuiādo

Tractatus tertius

Instrumenta aūt ꝑ que abūdemus sunt quatuor.

¶ In hoc tertio et vltimo tractatu phs determinat de instrumētis habūdandi in disputatōne dialetica. Et diuiditur in duo cap'la. In p̄mo determinat de ipsis instrumnetis. In secundo de vtilitate eorundem. Primum cap'm habet duas ꝑtes. In prima determiat de illis instrumētis in generali z reducit tria vltima ad p̄mum.

Querit Quid est habundare in syllogismis Soº nihil aliud est q̄ prompte posse multiplicare syllogismos

Abundare ratiocinationibus

¶ Querit Quot sunt instrumēta habūdandi in syllogismis dialeticis Soº q quatuor. scilicet

Sumptio ꝓpositionū
Distinctio multiplicis
Differētiarū inuentio
Similitudinis ꝯsideratio

Et sufficientia est. qz omne tale instrumētum vel tenet se ex ꝑte rei vl' ex ꝑte sermōis. Si p̄mū hoc est dupl'r. qz vel sumitur ex diuersitate rerū et sic est dr̄ā inuētio vel ex ꝯueniētia rerū z sic est silitudis ꝯsideratio. Si ex ꝑte sermonis hoc etiam est dupl'r qz vel ex ꝑte sermonis complexi et sic est sūptio ꝓōnū vel ex ꝑte sermonis incōplexi z sic ē mulplicis distinctio

Qr Quare ista quatuor vocant instrumēta habūdandi Soº qz instrumētū vocatur illud ꝑ qd artifex iuuatur in assequutione

sui finis quē intendit sicut securis dicit instrumētum domificatoris cum
ergo p ista quatuor dialeticus iuuat ad facile faciendū z multiplicandu
syllogismos dialeticos ideo fm illā silitudinez ad instrumenta realia ista
quatuor etiam vocātur instrumenta

Ar Non ponūtur aliqua instrumenta habūdandi in inductionibus
ergo non debent etiā poni instrumēta ad habūdādū in syllis
Solutio non est simile qz syll's est pncipalior spēs argumētatōis. Etiam
inductio pt reduci ad syllm. z sic ex ɔsequenti ista instrumenta habūdan
di sunt etiam p inductione.

Ar Sumptio ppōnū est de necessitate sylli. ergo nō est instrumētu
habūdandi Sol'o licet sumptio ppositionum sub forma syllo
gismi sit de necessitate sylli ɔstituti tn̄ sumptio pluriū ppōnū probabiliū
anteq̄ ex ipis syllogisetur illa habet se vt instrumentū habundandi z nō
est de necessitate syllogismi.

Ar Distinctio multiplicis ptinet ad sophistā. ergo nō est instrumē
tum habūdandi in syllis dialeticis Sol'o q aliter vtit sophi
sta distinctione multiplicis z aliter dialeticus. qz sophista ad decipiēdū
et palogisandū. sz dialeticus ad multiplicandū ppōnes z ad soluendū ra
tiones ɔtrarias sibi propter multiplicitatem.

Querit Utrū tria vltima instrumenta possunt reduci ad pmū
scz ad sumptōem ppōnū Sol'o phi q sic Et ratio ē.
qz omne illud qd facile facit sumere ppōnes hoc ad sumptionē ppōnū seu
ad artem sumendi ppōnes reducit. Sed alia tria scz multiplicis distinctō
drāz inuentio et silitudinis consideratio faciunt ad facile sumendū ppo
sitiones. g reducuntur ad sumptōem ppōnū seu ad artem sumēdi ppōes
Minorē declarat phs exēplariter qz pmo si distinguat multiplex vtpu
ta bonū in bonū delectabile z vtile statim habemus plures ppōes scz q
bonū delectabile est eligēdū z q bonū vtile ē eligendū. Scdo si aliqs in
ueniat drām puta inter sensum z disciplinā. qz scz sensum amittēs nō pt
eū recupare sz disciplinā potest talis statim habet plures ppōnes. Et ter
tio si quis ɔsideret aliqua silia sicut si ɔsideret q sicut se habet sanatm ad
sanitatē. ita euechia ad euechiam etiā talis statim pt sumere plures pro
positiones. Patet ergo q tria alia ad pmū reducunt

Ar Si illa tria vltima instrumēta possent reduci ad pmū tunc seque
ret q non esset nisi vnū instrumentū. Solutio neganda est se
quela. Et ratio est. qz licet illa tria vltima materialr coincidant cuz pri
mo tamē formaliter abinuicem distinguunt

¶ De sumptione propositionum

Querit Quid facit phs in secūda pte istius capli Sol'o de
terminat de istis instrumētis in spēali ostendēs qūo eis
est vtendū p ordinez. z pmo de primo scz de sumptōne ppōnū. Et ponit
septem considerationes.

¶ Prima est q si volumus prompte sumere plures ppōnes debem9 res

picere ad definitionem probabilis ⁊ sumere ꝓpōnes ꝺm oēm modum
probabilis. qꝛ quedā sunt ꝓpōnes ꝓbabiles q̄ videnꝶ oībꝫ q̄dā pluribꝫ et
quedā sapientibꝫ ⁊c̄. vt prius patuit
¶ Secūda consideratio est ꝙ debemus respicere ad contraria propositi
onum probabilium. qꝛ ꝓpōnes contrarie probabilibꝫ ⁊ ꝯtingentibus
etiam sunt probabiles eo ꝙ q̄dq̄d contingit esse contingit etiam non esse
Et ille ꝓpōnes contrarie debent sumi eo modo quo sunt probabiles vꝫ
simpliciter vel in ꝯtrario subiecto vel predicato vel in vtroqꝫ vel ꝺm con
tradictionē ꝓtense queēadmodū ꝓus dictū fuit
¶ Tertia est ꝙ non solum debemus considerare ad ꝓpōnes que in se
sunt probabiles. sed etiam ad illas que sunt siles probabilibꝫ. vt si ista est
ꝓbabilis ꝙ ꝯtrariorū est eadem disciplina etiam ista est ꝓbabilis ꝙ ꝯtra
riorū est idem sensus. Et si est probabile ꝙ visus fiat intus suscipiendo
et non extramittendo etiam probabile est ꝙ auditus fiat intus suscipien
do ⁊c̄ijs sensibus similiter
¶ Quarta ꝯsideratio est ꝙ debemus aliunde cōsiderare ꝓpōnes pro
babiles oībꝫ vel pluribꝫ in quibꝫ non inuenitꝛ instantia nisi forte in paucꝭ.
Et debemus illas sumere tanq̄ veras simplr̄. qꝛ respōdentes si nō vide
ant instantiā statim eas ꝯcedent vt ꝙ oīs mater diligit filium illa est pro
babilis in pluribus et non habet instantiam nisi in paucis. ⁊ ergo debet
assumi vt simpliciter probabilis.
¶ Quinta ꝯsideratio est ꝙ debemus eligere ꝓpōnes ex scriptis rōnibus
phoꝝ ⁊ facere descriptiones seu definitiones de vnoquoqꝫ genere vt de
bono ⁊ de aīali. Et debemus accipere descriptōnes generales vt de bo-
no in cōi seu de omi bono ⁊ non de aliquo bono tantū qꝛ sic magis habū-
damus. Et illas descriptōnes sic factas debemus extra proponere ipi res-
pondenti. Et addit phs ꝙ semꝑ in definitionibꝫ ⁊ descriptionibꝫ incipiē
dum est ab eo ꝙ q̄d est. i. a genere qꝛ primus terminus in definitōne posi-
tus debet eē genus definiti. vel sic ab eo ꝙ quid est. id est a substantia rei
quia cognita substātia facilius possumus procedere ad accidētalia ⁊ plu
ribꝫ ꝓpōnibꝫ habundare
¶ Sexta consideratio est. ꝙ debemus inspicere ad autoritates ⁊ proposi-
tiones que sunt dicte ab expertis in scientijs in quibꝫ disputamus et sic ar-
guere ꝑ locum ab autoritate vt ꝙ empedocles dixit quatuor esse elemen
ta vel huiusmodi qꝛ respondentes facilius concedūt illa q̄ audiūt ab ali-
quo ꝓbato ⁊ expto in phia dictum esse

Queritur Que est illa diuisio ꝓpositionū dialeticaꝝ quā ponit in
textu añ ꝯsideratōem septimā Solutio ꝙ triplices
sunt ꝓpōnes dialetice. Nā q̄dā sunt Ethice Alie phisice. alie vero logice
Exēplū de ethicis est. vt vtꝝ oporteat plus legibus obedire vel ꝑentibꝫ.
si dissentiant. Exemplū de logicis vt vtrū oīm ꝯtrariorū sit eadeꝫ disci-
plina. Exemplū de phisicis. vt vtrū mundus sit eternus Et sicut tripli
ces sic sunt ꝓpōnes ita etiam triplicia sunt problemata dicit phs. quia
de omni propositione potest fieri problema solum tranposito modo inter
rogandi. vt prius patuit

Arguit͂ Idem non potest esse diuisum ꝛ mēbrum diuidens. Sed propō dialetica est hic diuisum. ergo ꝓpō logica id est dialetica non potest hic esse mēbruꝫ diuidens. Solo ꝓpō pt dici logica siue dialetica dupl'r. Uno mō a dialetica docente ꝛ sic ꝓpō dialetica seu logica est hic mēbrū diuidens qꝛ sic distinguit ꝯtra ꝓpōes sumptas in alijs scientijs. Alio modo ꝓpō dr dialetica a dialetica vtente inꝯtū scꝫ ea vtitur dialeticus in alijs sciētijs. et hoc modo est hic diuisum. Nā hoc modo oēs ille ꝓpōnes dicunt dialetice que possunt termiari ꝑ artem dialeticam seu ꝑ ꝯmunes ꝯsideratōes q̄ tradunt in hac dialetica scia

Ar͂ Alique sunt propōnes grāmatice alique methaphisice aliq̄ mathematice. ꝛcͭ. ꝛ tamen de illis nulla fit mētio in ista diuisione ergo est insufficiens. Pro solutione illius argumenti est notandū ꝙ tria sunt genera sciaꝝ qꝛ quedam sunt scientie morales quedam speculatiue ꝑncipales et quedā āminiculatiue. Jam dr ꝙ sub ethicis cōprehēdūtur oēs propōes morales. sub phisicis oēs phisicales mathematicales ꝛ methaphisicales. Et sub logicis cōprehendunt omnes ꝓpōnes triuiales. scꝫ grāmaticales rethorice ꝛ logicales

¶ Septima ꝯsideratio que est cōis ꝛ vl'is ad ꝯsiderationes p̄dictas est ꝙ sumende sunt propositiones maxime vniuersales qꝛ sub illis possunt plures alie subsumi. Exemplū est vt qm̄ oīm oppositorū est eadē disciplina nam sub illa possunt alie subsumi scꝫ ꝙ oīm ꝯtrariorū est eadē disciplina ꝛ oīm ꝑuatiue oppositorū ꝛcͭ. Et tunc ꝯsequēter pt subsumi ꝙ albi ꝛ nigri est eadem disciplina dulcis et amari ꝛcͭ. diuidendo em̄ sunt vl'es ꝓpōnes donec ꝛ quousqꝫ stet diuisio. Et sic manifeste patet ꝙ meli⁹ est sumere ꝓpōnes magis vniuersales q̄ꝫ minus vl'es qꝛ habētes ꝓpōnes magis vl'es habemus ꝛ minus vniuersales sub illis ꝯtentas sed nō ecōuerso. vt exemplariter patuit

¶ De distinctione multiplicis

Queritur Circa secūdum instrumētum vtrū ad distinctionem multiplicis sufficiat ip̄m diuidere in sua significata. vel assignare modos quibꝫ dicit multipliciter. Solo phi ꝙ non sed oportet etiam assignare rationes talium ꝑcatoꝝ ex q̄bꝫ appareat ip̄m dici multipliciter. Et hoc ostendit exemplariter qꝛ non sufficit dicere ꝙ bonū dicatur de iusticia ꝛ fortitudine vno modo ꝛ alio modo de euechio ꝛ sanatiuo Sꝫ oportet cum hoc assignare rōnes q̄bꝫ bonum de istis diuersimode dr vn̄ oꝑtet addere ꝙ bonū de iusticia ꝛ fortitudine dr sicut genus de suis sp̄ebꝫ. qꝛ iusticia ꝛ fortitudo sunt qualitates mentis ratōni recte ꝯformes bonū tanq̄ꝫ genus ꝑticipantes. Sed de euechio ꝛ sanatiuo dicitur bonū non formaliter sicut genus de sp̄ebꝫ sed effectiue ꝛ causaliter qꝛ euechiū ꝛ sanatiuum dicunt bona. qꝛ sunt alicuius boni ꝑfectiua seu effectiuā putā euechiū euechie ꝛ sanatiuū sanitatis.

Querit͂ Quō docet phs multiplex distinguere. So⁹ tripl'r scꝫ p̄mo respiciēdo ad opposita Scdo respiciēdo ad ge

nera p̄dicamentoꝝ. ⁊ tercio respiciendo ad definitionē ⁊ ptes definitionis Respiciendo ad opposita docet tripl'r. scꝫ p̄mo respiciendo ad ꝯtraria. secūdo ad ꝯtradictoria. et tercio ad p̄uatiue opposita. Respiciendo ad ꝯtraria docet multiplex dupl'r distinguere. Uno mō respiciendo ad contraria Scđo ad media ꝯtrarioꝝ.

Querit̃ Q̄uō docet ph̄s distinguere multiplex respiciēdo ad cōtraria Solo p tres ꝯsideratōes

¶ Prima est si volumus scire de aliquo an sit multiplex vel nō. tūc debemus videre ad ꝯtrariuꝫ illius. qꝛ si illud dicat̃ multipl'r siue sub vno noīe siue sub diuersis. tūc etiā ꝯpositum dꝛ multipl'r. Et de hoc ponit ph̄s tria exempla. vbi ꝯtrarium est multiplex sub diuersis noībꝫ. Primū est de acuto. qꝛ acuto in voce ꝯtrariat̃ graue. ⁊ in magnitudine sibi ꝯtrariat̃ obtusū. et ergo qꝛ acutuꝫ hꝫ ꝯtrariū qđ dꝛ multipl'r ⁊ equiuoce sub diuersis noībꝫ. sequitur ꝙ acutū etiam dꝛ multipliciter ⁊ eq̄uoce. Secūdum exempluꝫ est de graui. graui eñ in voce ꝯtrariat̃ acutū. sed graui in magnitudine ꝯtrariat̃ leue. qꝛ ergo ꝯtrariū grauis dꝛ multipl'r sub diuersis noībꝫ. pꝫ ꝙ etiaꝫ graue erit multipl'r dictum. Tercium exemplū est de bono Nam bono in aīali ꝯtrariat̃ fedum. et bono qđ est in domo ꝯtrariatur pestilens Et ergo quia suum ꝯtrarium dꝛ multipliciter. etiam bonū dꝛ multipl'r ⁊ equiuoce de aīali ⁊ de domo

¶ Secūda consideratio. si volumus scire an aliquid sit multiplex debem⁹ videre an habeat ꝯtrariū qđ dꝛ multipl'r sub eodē noīe. qꝛ si sic tūc etiā ꝯpositum erit multiplex. Et ponit ph̄s duo exempla. p̄mū est de albo ⁊ nigro. Nam albo tam in voce q̄ȝ in colore ꝯtrariat̃ nigrum. qđ sub eadē voce dꝛ multipl'r. Et ergo albū etiā dꝛ multipl'r. Unde licet album in voce ⁊ album in colore nomine ꝯueniant. tamen specie differunt. Et ꝙ hoc veruꝫ sit probat ph̄us. quia eorum que sunt eadem specie. est etiam idem sensus sed albi in voce ⁊ albi in colore non est idem sensus. qꝛ album in voce auditu percipit̃ ⁊ album in colore percipit̃ visu. ⁊ ergo non sunt ideꝫ specie Secūdum exemplū est de acuto ⁊ obtuso. Acuto eñ tam in saporibꝫ q̄ȝ in magnitudinibꝫ ꝯtrariat̃ obtusum. quod sub eadeꝫ voce dꝛ multipl'r. qꝛ diuersis sensibꝫ ꝑcipit̃. obtusum eñ in saporibꝫ ꝑcipit̃ gustu. sed in magnitudine percipit̃ tactu. ⁊ g̊ seq̄tur ꝙ acutū etiā sic multipl'r dicat̃

¶ Tercia ꝯsideratio est. si volumus scire an aliq̄d sit multiplex debemus videre an aliq̄ñ habeat ꝯtrarium ⁊ aliq̄ñ nō. qꝛ si sic tūc est multiplex. Exemplū est de delectatōe. Delectatio eñ in potu hꝫ ꝯtrariū. qꝛ sibi ꝯtrariat̃ tristicia que est a siti siue a potu incōuenienti. Sed delectatio intellectualis q̄ est in intellectu de cognitione veritatis. illa non habet ꝯtrarium. et ergo patet ꝙ delectatio dicitur multipliciter ⁊ equiuoce de delectatione potus et intellectus. Aliud etiam exemplū est de amare. illi eñ amare quod est ꝺm animam aliquid est contrarium. scꝫ odire. sed illi amare quod est ꝺm corporalem actū nihil est ꝯtrariuꝫ. et ergo amare est multiplex et equiuoce dicitur de illis duobus.

Querit̃ Quomodo docet ph̄us distinguere multiplex respiciendo ad media ꝯtrarioꝛuꝫ. Solo. ponit de hoc tres

ꝯsiderationes. Prima est. ꝙ si sunt aliqua contraria que in vna significati one habent medium. ⁊ in alia ſcatione non. illa sunt multipl'r dicta ⁊ equo ca. Exemplum est de albo ⁊ nigro. nam inter illa in coloribꝫ est mediuꝫ scꝫ fuscū. sed in voce inter albū ⁊ nigrū nō est mediū

¶ Secūda ꝯsideratio est. si ꝯtraria habent mediū in quolibet sensu sꝫ non est idem mediū. tūc talia ꝯtraria etiam sunt multiplicia. vt albū ⁊ nigruꝫ in coloribꝫ habent medium quod est fuscum. sed in voce vt quidā dicūt habent aliud scꝫ raucum.

¶ Tercia ꝯsideratio est. si sint aliqua ꝯtraria que in vno sensu habent plura media. ⁊ in alio sensu vnū tm̄. illa sunt multiplicia. Sicut patet de albo et nigro. illa em̄ in coloribꝫ habent plura media. sed in voce habent solum vnum quod est raucum. ⁊ ergo album ⁊ nigrum multipliciter dicūtur de voce ⁊ colore.

Querit' Quomodo philosophus docet distinguere multiplex respiciendo ad ꝯtradictionem Sol'o. per vnam considerationem que talis est. Qꝫ si vnū ꝯtradictorie oppositorum fuerit multiplex reliquum erit multiplex Exemplum est. vt non videre dicitur multipliciter. quia vno modo non videre est nō habere visum. sicut cecus dicitur non videre. Alio modo non videre dicitur non vti visu. sicut dormiēs dicitur non videre. Et ergo oportꝫ ꝙ videre quod est illi contradictorie oppositum etiam dicat' multipliciter. scꝫ vno modo de eo quod est habere visum. ⁊ alio modo de eo qđ est visu vti

Querit' Quomodo philosophus docet distinguere multiplex respiciendo ad priuatiue opposita Sol'o. de hoc ponit vnam considerationem cui annectit quandam aliam respiciendo scilꝫ ad casus ⁊ ꝯiugata.

¶ Prima consideratio est. ꝙ si vnum priuatiue oppositorum dicitur multipliciter. etiam ⁊ reliquum. Exemplum. vt si sensibile dicitur multipliciter scꝫ vno modo ſm animam de eo scꝫ quod est habere sensum. ⁊ alio mō ſm corpus. de eo quod est sensu vti. tūc insensibile etiam dicetur multipliciter. scꝫ de eo quod est non habere sensum. ⁊ de eo quod est non vti sensu. Et ꝙ illa duo scꝫ sensibile ⁊ insensibile sint priuatiue opposita ostēdit phs ex definitione ꝑuatiue oppositorū. qꝛ scꝫ habent fieri circa idem subiectū ordine irregressibili tpe determinato a natura

¶ Secūda ꝯsideratio est. ꝙ si vnum de casibꝫ vel coniugatis dicitur multipliciter. etiam ⁊ reliquum. vt si iuste dicitur multipliciter. etiam iustū. Nā iuste iudicare dꝛ vno modo ſm cognitionem iudicare. hoc est ſm propriaꝫ conscientiam. Alio modo iuste iudicare dicit' iudicare vt oportet. id est ſm allegata ⁊ ꝓbata. Et vtroqꝫ illo modo etiam dicitur iustum. Aliud exemplum est. vt si sanatiuū dicit' multipliciter. etiam sanatiue. Sanatiuum em̄ vno mō dꝛ qđ est sanitatis effectiuū. vt dieta vel cibꝫ. Alio mō qđ est sanitatis ſcatiuū. sicut vrina vel pulsus. Et ergo oportet ꝙ sanatiue etiam sic pariformiter multipliciter dicatur.

Queritur Quomodo docet phus distinguere multiplex respiciendo ad genera predicamentorum Solo per tres cōsiderationes. Quarum prima sumitur ex parte generis generalissimi. et est talis. si volumus scire an illud quod est propositum sit multiplex. tunc debemus videre an reperiatur in diuersis generibꝫ generalissimis. quia si sic. ipsum est multiplex. Et ponit philosophus tria exempla. Primum est de bono. Nam bonum aliquando dicitur quod est effectiuum voluptatis. vt in cibis. bonum etiam dicitur quod est effectiuum sanitatis. vt in medicinis. bonum etiam dicitur quale esse fm bonitatem. vt in anima eam iustā esse vel castam. Et aliquando bonum dicitur in genere quando sicut aliquid dicitur bonum vel melius in illo vel illo tempore. licet non simpliciter dicitur etiam quandoqꝫ bonum fm quantitatem. et sic bonum dicitur quantum sufficit. quod scꝫ est in medio. quod neqꝫ superfluit neqꝫ deficit. Secundum exemplum est de albo. Nam album in corpore est in genere coloris. sed albuꝫ qd est bene et clare audibile est in voce tanqꝫ in alio genere Tercium exemplum est de acuto quod repitur in voce in angulo et in cultello fm diuersam rōnem. qꝛ vox dr acuta quia velociter mouet auditum vt dicūt musici. Angulus aūt dr acutus qui est minor recto. et cultellus dr acutus quia habet angulum acutum

¶ Secūda consideratio sumitur ex parte generis subalterni. et est qꝫ si volumus scire an aliquid sit multiplex debemus videre an reperiatur in diuersis generibꝫ subalternis. non subalternatim positis. quia si sic tunc est multiplex. Exemplum est de asino. Asinus em̄ dicitur animal. et dicitur etiam vas in quo reseruantur coclearia vt quidam volunt. et ergo asinus est equiuocum. quia genera in quibꝫ ꝯtinetur. scilꝫ animal et vas sunt diuersa et nō subalternatim posita. Et dr notanter (non subalternatim posita) qꝛ nō est incōueniens vnū et idem esse in diuersis generibꝫ subalternatim positis. sicut patet de coruo. coruus em̄ ꝯtinetur sub animali et sub aue. et tm̄ ꝑpter hoc nō dr equoce. qꝛ illa genera sunt subalternata

¶ Tercia consideratio est. si volumus scire an aliquid sit multiplex non solum debemus respicere ad genus eius. sed etiam ad genera sui contrarij. quia si contrarium eius est in diuersis generibꝫ. tunc etiam ipsum erit in diuersis generibꝫ. quia tot modis dicitur vnum contrariorum. quot modis reliquum

Arguitur Album et nigrum sunt contraria. et tamen nō oportet qꝫ sint tot nigra quot sunt alba. ergo hoc dictum est falsum. Solo qꝫ illa ꝓpositio tot modis dr vnū oppositoꝝ qt modis reliquū dꝫ intelligi nō quo ad supposita. sed quoad significata

Queritur Quomodo docet philosophus distinguere multiplex respiciendo ad definitionem et partes definitionis. Solutio ponit de hoc quinqꝫ ꝯsiderationes

¶ Prima est. Si sint duo opposita definienda suis definitōibꝰ. si auferat ꝓ
priū genus a definitōe. ⁊ residuū cuiuslibet definitionis est idē cū alio. tūc
definitum non est multiplex. si aūt nō est idem tūc definitum est multiplex.
Exemplum est de albo corpore ⁊ alba voce. Primū definiť sic. Est corpꝰ
habens in se colorē disgregatiuū visus. Secundū vero definiť sic. Est vox
bene audibilis. Si de pˀma definitione deponatur corpus ⁊ de secūda vox
manifestū est ꝙ residue partes non ſcant idem. ⁊ ergo albuꝫ est multiplex.
Et addit phˀs ꝙ sepe in definitionibꝰ latet eq̄uocatio. et ergo debemꝰ dili
gēter respicere ad singulos termīos definitōis an aliq̄d sit positū in ea eq̄
uoce. vt si quis definiat significatiuū sanitatis. ⁊ ꝑfectiuū sanitatis vtrūq̄ꝫ
per hoc quod est mediocriter se habere ad sanitatem non est statim discedē
dum ab illa definitione ⁊ inspiciendum quid est mediocriter se habere ad
sanitatem. ⁊ vtrum dicatur ſm eandem rationem. Et patet ꝙ non. quia
in definitione vnius mediocriter se habere ad sanitatem valet tantuꝫ sicut
facere sanitatem. et in alia valet tātū sicut ſcare quale est subiectū. puta sa
nū. pꝫ ergo sanatiuū qđ definitū est đꝛ multiplˀr

¶ Scđa ꝯsideratio. ꝙ inspiciendū est an importata ꝑ definitionem ⁊ ſca
ta eodē noīe possint adinuicem ꝯparari ſm magis ⁊ minus vel equale. qꝛ
si non tunc sunt equiuoca. Exemplū est. vt alba vox. et alba vestis. nō pos
sunt ꝯparari in albo. qꝛ vox non potest dici magis alba veste. nec minꝰ al
ba. neq̄ꝫ eque alba. ⁊ ergo album est eq̄uocuꝫ. Aliud exemplum de acuto.
nam acutus sapor ⁊ acuta vox non possunt adinuicem ꝯparari. quare acu
tum est equiuocum. qꝛ omne vniuocū in illa forma quam nomen ſcat est
ꝯparabile alteri qđ illā eandeꝫ formā ꝑticipat ita vt dicatur ei equale vel
ſm magis vel minus

¶ Tercia ꝯsideratio. si aliquid idem ſm nomen ponatur ꝓ differentia in
definitionibꝰ diuersorum non subalternatim positorum. tale est multiplex.
qꝛ diuersoꝝ nō subalternatim positoꝝ diuerse sunt spēs ⁊ differētie. Exē
plum istius est de acuto. Acutū eñ est dr̄ña vocis. ⁊ etiā ē dr̄ña magnitudi
nis. qꝛ ergo vox ⁊ magnitudo sunt diuersa genera non subalternatim po
sita. patꝫ ꝙ acutum est multiplex
¶ Quarta ꝯsideratio est. Si est aliquid ꝯpositum sub eodem noīe qđ ſm
qđ inueniť in vno habet aliq̄s differentias. ⁊ ſm qđ inueniť in alio hꝫ alias
dr̄ñas. tale est multiplex Exemplū est de colore. coloris eñ qui est in corpo
ribꝰ dr̄ñe sunt ꝯgregatiuū ⁊ disgregatiuū. sꝫ coloris qui inuenitur in melo
dijs differentie sunt clare ⁊ non clare audibile. et ergo color est multiplex
et equiuocum
¶ Quinta cōsideratio est Si ponatur aliquis terminus qui simul est
species ⁊ differentia ille est multiplex. quia nulla species potest esse differen
tia. Exemplum est de albo. Album eñ in corpore acceptum est species co
loris. sed in voce est differentia. Et ꝙ albū in voce sit differentia patet ex eo
quia vna vox differt ab alia quia est alba vel obscura. patꝫ ergo ꝙ album
est equiuocum

¶ De differentiaꝝ inuentione

Querit Quō docet phus vti tercio instrumento. scz drñarum inuentione ad multiplicatōem ꝓpositionū Solo dr ꝙ qñꝗ querende sunt differentie inter ea que sunt eiusdem generis ꝓpinqui.qꝛ in illis in quibꝫ est maior ꝯuenientia artificiale est differētias inueni re. Exemplū est.vt querendū est in quo differūt iusticia ꝛ fortitudo.vel in quo differūt prudentia ꝛ temperancia.qꝛ omnia illa ꝑtinent sub eodē ge nere ꝓpinquo.scz sub virtute. Qñꝗ etiam querende sunt drñe eorum que sunt diuersoꝝ generum non subalternatim positoꝝ.in his tamē que nimis um differūt. Dicūtur em̄ nimiū differre que in nullo genere ꝯueniūt nec ꝓ pinquo nec remoto.sicut illa que sunt in diuersis generibꝫ generalissimis in talibꝫ em̄ drñe sunt satis manifeste.nec oportet habere artem ad inueniē dum illas. Exemplum est de sensu ꝛ scientia.illa em̄ ꝯtinētur sub diuersis generibꝫ.qꝛ sensus est in genere corporee virtutis.et scientia in genere vir tutis intellectiue.et differunt per materiale et īmateriale.ꝛ per acquiri per doctorem ꝛ non acquiri ꝑ doctorem.

¶De similitudinis cōsideratione

Querit Quomodo docet phs multiplicare argumētatōes dy alecticas ꝑ quartū instrumentū.scz ex sītudinis ꝯside ratione Solo.dicit ꝙ querenda est sītudo inter illa que sunt diuersorūꝫ generū ꝓpinquoꝝ.videndo scz vtrū sicut se habet alterū ad alterū sic se habꝫ aliud ad aliud.vt sicut se habet disciplina ad disciplinatū ita sensus ad sen satum. Et sicut visus est in oculo ita mens in anima.ꝛ sicut tranquillitas in mari ita serenitas in aere

Querit Inter que maxime debet fieri similitudo. Solo dicit phus ꝙ qui vult bene vti isto instrumēto debet maxime se exercitare ad inueniendūꝫ similitudinem in illis que multum distant.ita tamen ꝙ sint in eodem generalissimo.quia in alijs que non multum distāt facile est inuenire ꝯuenientias ꝛ similitudines. In his vero que nimis di stant hoc est que generalissime distinguūtur nimis difficile est vel impossi bile inuenire similitudines. ¶ Considerandum etiam est circa illa que sūt eiusdem generis.quia illa que sunt in eodem genere in forma generis sūt similia. Considerandum etiam est si aliquod accñs inest omnibꝫ ꝯtentis sub eodē genere. vt si aliquid inest homini equo ꝛ cani.qꝛ si sic tūc in illo ac cidente sunt similia.

¶Secūdū capitulum.

¶Utile autem quotiens quid dicitur ꝯsiderare ad mani. ꝛc

¶In hoc 2° caplo ꝛ finali philosophus determinat de vtilitatibꝫ trium vltimorum instrumentorum. scilꝫ distinctionis multitudinis.inuentionis drñarū ꝛ ꝯsiderationis sītudinis

Querit Quare phus non ponit vtilitates primi et ꝑncipalis instrumenti. scz sumptionis ꝓpositionum. Solo.qꝛ

illud valet immediate ad multiplicandum ꝓpositiones. ⁊ ergo vtilitates eius sunt satis manifeste. Sed alia tria nō p̄mo ⁊ ꝑ se im̄ediate. sed ex cō-sequenti ⁊ mediāte illo p̄mo instrumento valent ad multiplicandū ꝓpositiones. ⁊ ḡ ponit ph̄s illoꝝ instrumentoꝝ vtilitates

Queritur. Quot sunt vtilitates instrumenti scꝫ distinctionis multiplicis. Solō. tres Prima est. ꝙ distinctio multiplicis valet ad manifestanduꝫ propositum. vt opponens ⁊ respondens ad idem se referant. qꝛ qn̄ per distinctōnem multiplicis manifestatū est quot modis dꝛ positum. tunc respondens magis scit in quo sensu proponitur ab opponente.

¶ Secūda vtilitas est vt disputatio fiat ad rem ⁊ non ad vocem. disputatio eīm non potest fieri ad rem nisi fiat distinctio multiplicis. qꝛ quando in disputatione occurrit aliquis terminus equiuocus tūc ꝯtingit ꝙ opponēs et respondens non ferant intellectum ad idem ſ̄catum. sed ostensa multiplicitate talis termini si tunc opponens ferat intellectum ad aliud ſ̄catum termini q̄ꝫ respondens ipse est ridendus

¶ Tercia vtilitas est. ꝙ distinctio multiplicis valet ad hoc vt nō paralogisetur respondens ⁊ opponens paralogiset. qꝛ respondens sciens distinguere multiplex ⁊ quotiens aliquid dicitur non paralogisabitur. sꝫ statim sciet an opponens non ferat intellectum suū ad idem ſ̄catum cum eo. Et similiter opponens potest paralogisare suū respondentem. quando scꝫ proteruus est respondens si ignorat multiplicitatem termini. Et addit ph̄s ꝙ sic paralogisare respondenteꝫ proteruū. non est semper possibile in omnibꝫ orōnibꝫ. sed tunc solum quando multiplex est in vno sensu verum et in alio sensu falsum. Iste tamen modus qui scilꝫ est paralogisare magis valet sophistico q̄ꝫ dialectico. qꝛ dyalecticus debet cauere ne solum disputet ad nomen nisi respondens fuerit talis ꝙ non possit propter eius proteruiam et importunitatem disputare ad rem. quia tunc dialecticus potest eum paralogisare.

Queritur. Quot sunt vtilitates tercij instrumenti quod est differentiarum inuentio Solō. due

¶ Prima est. ꝙ differentiaꝝ inuentio vtilis est ad ꝯstruēdū syllogismos de eodē ⁊ diuerso. qꝛ illa inter que inuenit̄ dr̄ña ꝯcludūtur esse diuersa. et illa inter que dr̄ña inueniri nō p̄t ꝯcludūtur esse eadem.

¶ Secūda est. ꝙ differentiarū inuentio valet ad cognoscenduꝫ vnūqḋqꝫ per definitōem. qꝛ quādo scitur dr̄ña cum genere cuius est dr̄ña. tūc etiam definitiue scitur species.

Queritur. Quot sunt vtilitates quarti instrumenti quod est similitudinis ꝯsideratio Solō. tres.

¶ Prima est ꝙ ꝯsideratio similitudinis valet ad inductiōem. Secunda est ꝙ valet ad syllogismos ex hypotesi. Et tercia est ꝙ valet ad assignationem definitionū. Et hoc ꝓbat ph̄us per ordinem. Primū scilꝫ ꝙ valet ad inductionem sic probat. qꝛ ex multis singularibꝫ similibꝫ acceptis infert̄ ⁊ ꝯcludit̄ vniuersale quod est impossibile facere ignorantibꝫ similia. hoc est il-

lis qui ignorant in quo singularia sunt similia. Secundum scz q valet ad syllogismos ex hypotesi sic patet. quia syllogismi ex hypotesi fundātur in hoc q sicut est in vno similium. ita est in alijs. vt si anima sortis sit immortalis sequitur q anima cuiuslibet hominis sit immortalis. et ergo ex vno similium ꝯcesso ad quodlibet similiū possumus per syllogismum ex hypotesi disputare. ¶ Tercium scz q vtilis est ad assignationem definitionū patz qz si est aliqd cōmune in quo plura similia ꝯueniunt hoc potest poni ꝑ genere in definitione eorum. genus enim est. quod inter omnia ꝯmunia maxime predicatur in quid. et ergo illa que sunt sic ꝯmunia debent poni ꝑ genere in definitione. Nec valet istud instrumentum tantum ad inueniendū genus illarum specierum que sunt sibi inuicem propinque. sed etiam specierum multum distantium. dūmodo tamen non nimium distent. Sicut trāquillitas in mari ⁊ serenitas in aere conueniunt in genere remoto. qz vtrūqz est quies. et in hoc sunt similia. Similiter vnitas in numero et punctꝰ in linea conueniunt in hoc q vtrunqz est principium. et ergo ista possunt poni in definitionibus illorum pro genere. sicut quies in definitione tranquillitatis ⁊ serenitatis. et principium in definitione vnitatis ⁊ puncti. tale em̄ cōmune genus assignantes opinamur non extranee. sed proprie definire. Manifestum ergo est iam ex dictis que sunt instrumenta habūdādi et ad quid sunt vtilia Et tantū de ꝑmo libro

¶ Finiūtur reparationes primi thopicorū Arestotelis

¶ Sequūtur reparationes secūdi thopicorum Arestotelis

Reparationes

Circa secūdū librum

thopicoꝝ Arestotelis Queritͬ prohemialiter ṗ
mo. qūo ꝯtinuatur iste liber ad librū precedentez
Solō. sic. Postq̄ phus determinauit in ṗmo
libro de syllogismo dyalectico q̄tum ad suā sub
stantiam. Consequenter incipit determinare de
ipso q̄tum ad eius vsum. ostendens qūo debeat
applicari ad terminanduz diuersa problemata q̄
sunt de diuersis predicatis de definitione scz de proprio de genere ⁊ de acci
dente. Et primo in hoc libro determinat Arestoteles de problemate acci-
dentis ⁊ de problemate simplicis inherentie. Posterius autem in alijs de
terminat de alijs problematibꝫ

Queritͬ Quid est ꝓblema simplicis inherentie Solō est in
quo predicatū queritur inesse subiecto simpliciter sine in-
tentione alicuius predicatorum. vt si dicatur vtruz albedo insit homini vel
non. Sed in alijs problematibꝫ que nō sunt de simplici inherentia semper
siue veꝝ sit siue falsum. quod ꝯcludendum est contra propositum. Quan
do ergo transfert se ad ꝯtentōem cum respondente tunc ipe est causa qua
re non bene disputatur oratio.

¶ Secūdus modus est ꝙ aliqñ orō bona est in se tñ ꝓpter prauitatē op-
ponentis vel respōdentis impedientis cōe opus est increpanda Nā prauꝰ
est socius q̄ ipedit cōe opus. Illud em̄ qđ ꝓponit͛ in disputatōe est ꝯmune
opus oponēti ꝛ respondēti. qñ ergo certant ꝛ litigant ꝓ victoria ꝯtra se in
uicem tunc impeditur hoc ꝯmune opus, qꝛ nō est possibile tunc vtriq꜄ eue
impossibile est plures vno vincere.
nire quod intendit. qꝛ qñ duo certant

¶ Tertius modus est ꝙ nihil differt quantum ad impedimentum di-
sputatōnis. siue fiat interrogando hoc est opponendo siue respondēdo. qꝛ
qui interrogat seu opponit litigatorie ꝛ in finem litis praue interrogat sic͛
et ille qui litigatorie respondet, hoc est ille qui respondendo non concedit
illud quod est probabile neq꜄ assentit alicui eorum que opponens vult in-
ferre. Unde infert phus per modum correlarij ꝙ manifestum est ex his
ꝙ nō similiter ꝛ ex eadem causa increpanda est oratio in se ꝛ quo ad vten-

rem scȝ opponentem vel respondentem. Et ratio illius est. q2 ɔtingit orationem esse prauam ⁊ tamen opponentem optime vt ɔtingit cōtra respōdentem disputare. Et dicitur notanter vt ɔtingit. id est quantum disputatio permittit ⁊ oratio. Nam contra discolos respondentes non est aliquando possibile opponentem facere tales syllogismos quales ipse vult. sȝ tales quales eum facere contingit ⁊ expedit ad ɔpescendum talem discolum respondentem. Et ibi addit phus Q2 q2 indeterminatum ⁊ incertum est quādoqȝ qn̄ opponētes ꝓponunt ɔtraria respondenti ⁊ quādo ea que sunt in ꝑncipio vel illa que sunt ɔuenientia ⁊ vtilia ad ꝓpositū. ideo sepe ɔtingit ꝙ respondentes ꝑ se ɔtraria dicunt ⁊ negantes ꝑus aliqđ postea hoc idem ɔcedunt. Et hoc ꝓpterea ɔtingit. q2 respondētes sepe subaudiunt ⁊ ad ꝑuersum intellectum referūt ea q̄ opponētes a ꝑncipio interrogant. Et ꝓpterea praue fiunt sepe disputatōes. Et illius cā est respondens. q̄ litigiosa ɔcedit ⁊ ɔuenientia ad ꝓpositum negat

Queritur Quō orō increpāda est in seipsa Solutio phs ponit ad hoc quinqȝ modos. Primus est. quando ex interrogatis nihil ɔcluditur nec ad ꝓpositum nec omnino aliquid ⁊ hoc contingit quando interrogata ex quibus deberet inferri conclusio sunt omnia, vel plura eorum falsa vel improbabilia. ita ꝙ neqȝ ablatis aliquibus neqȝ additis potest ex ipis fieri conclusio

¶ Secundus modus est. Si oratio ꝓposita ab opponēte sit talis ꝙ ex ea nō fiat syllogismus ad ꝓpositum. talis oratio est increpanda eo ꝙ caret debito fine. Et etiam si nō fiat syllogismus dyalecticus ex ꝓbabilibus talibus de quibus in ꝑmo libro dictum est.

¶ Tertius modus est. Si oratio est talis ꝙ ex ea nō potest fieri sylls ad ꝓpositum nisi q̄busdā sibi additis tūc est increpāda eo ꝙ sit diminuta et maxime increpanda est quando illa addita sunt peiora ad probandum ⁊ minus probabilia q̄ȝ conclusio.

¶ Quartus modus est. Si oratio est talis. ꝙ ex ea non fiat syllogismus ad propositum nisi aliquibus ablatis tunc est increpanda. quia tūc abundat superfluis que nō possunt esse causa ɔclusionis.

¶ Quintus modus est Si fiat syllogismus ex improbabilioribus ⁊ minus credibilius q̄ȝ est conclusio. vel etiam si fiat ex veris sed tamen multo labore indigentibus ad demonstrandum ⁊ maiori q̄ȝ conclusio talis oratio est increpanda.

¶ Sed tunc queritur vtrum syllogismi dyalectici ex omnibus ꝓpositionibus sint equaliter probabiles ⁊ verisimiles. Solutio phi ꝙ nō. quia ꝓpositōnes ex quibus fiunt syllogismi dyalectici nō sunt equaliter probabiles. imo quedam ex natura sua sunt faciliores ⁊ probabiliores. quedam vero difficiliores ⁊ improbabiliores. Et ergo quandocunqȝ opponēs facit syllogismos ex propositōnibus maxime probabilibus inquantum materia proposita permittit tunc opponens bene disputat. Et infert aristoteles correlarium ex dictis. Dicēs ꝙ nō eodem modo est oratio increpanda in se et per respectum ad conclusionem intentam ab opponente.

Et rõ est qꝛ p̄t ꝯtingere ꝙ orõ in se sit vituꝑabilis ⁊ ꝙ tñ sit laudabilis ad ꝓpositũ qḋ intendit oppones. Et ecõuerso etiã ꝯtingit ꝙ oratio in se sit laudabilis ⁊ tamẽ vituꝑabilis ad ꝓpositum eo ꝙ est ex imꝑtinentibꝫ licȝ talia facilia sint ⁊ vera.

Queritur Utꝝ orõ q̃ nõ ꝯcludit sit simplr̃ increpãda. Solutio phi ꝙ nihil ꝓhibet orõem aliquã ꝯclusam esse peiorem nõ ꝯclusa. Et rõ illius est. qꝛ orõ aliqua ꝯclusa p̄t ex fatuis esse ꝯclusa i. ex valde improbabilibꝫ. Et orõ nõ ꝯclusa p̄t esse talis ꝙ ex fatuis nõ possit ꝯcludi sȝ ex ꝓbabilibꝫ ⁊ veris. Et addit phs ꝙ tũc maxime orõ illa est mala que ꝯcludit̃ ex fatuis quando ꝯclusio nõ ꝯtinetur in premissis assumptis sicut effectus in sua causa.

Queritur Utꝝ illi opponẽtes sint increpãdi q̃ ꝯcludũt verum ex falsis. Solutio ꝙ nõ qꝛ sicut ꝯtingit falsum syllogisari ꝑ falsum in ꝯsequentia necessaria ita etiã qñq̧ ꝯtingit syllogisare ꝑ falsa veꝝ sicut in scḋo pꝛioꝝ patuit.

¶ Querit̃ quõ dr̃ñt abinuicẽ

Philosophisma. ẽ syllꝰus demõstratiuus q̃ ordinat̃ ad scientiam.
Argumẽtum. est syll's dyalecticꝰ q̃ generat fidem seu opinionem.
Sophisma est syllogismus litigiosus.
Apporisma. ẽ syll's dyalecticꝰ ꝯdictoriꝰ ⁊ dr̃ a poria qḋ ẽ ꝯturbatio qꝛ inter vtrãq̧ ꝑtem ꝯtradictionis conturbatur.

Queritur Ad qḋ ꝓpositũ phs ponit hic drãm istaꝝ argumẽtationũ. Solutio qꝛ phs in textu incidẽtaliter dt ꝙ qñ orõ est ostẽsiua alicuius determinate ꝯclusiõis tunc talis orõ ẽ syll's ⁊ demõstratio. Sȝ si aliq̃d aliud ẽ intermixtũ tali ꝯclusioni qḋ nulloꝰ hȝ se ad ꝓbãdũ illã ꝯclusionẽ tũc nõ ẽ syll's sȝ nõ cã vt cã. Et si hoc videat̃ facere ad ꝯclusionẽ ꝑ aliquẽ locũ sophisticũ ⁊ nõ facit aliq̃d ad ꝯclusionẽ tũc ẽ sophisma ⁊ nõ demõstratio iã occasione illius ponit aresto. drãm inter philosophisma argumentum sophisma ⁊ apporisma.

Querit̃ Quõ ꝯꝑatur ꝯclusio ad p̃missas penes habitudinem ꝓbabilitatis ⁊ iꝓbabilitatis. Solõ dt phs ꝙ si ꝯclusio ꝯcludat̃ ex aliq̃bꝫ p̃missis ꝓbabilibꝫ. ita tñ ꝙ vna sit magis ꝓbabil' altera tũc nihil ꝓhibet ꝯclusionẽ ẽẽ magis ꝓbabilẽ q̃ alterã p̃missaꝝ. Si aũt p̃misse sic se habeãt ꝙ vna sit ꝓbabilis ⁊ alia neutro mõ se hȝ ita ꝙ nec sit ꝓbabilis nec iꝓbabilis. tũc ꝯclusio q̃ seq̃tur erit neutra. Sed si talis ꝓpõ nõ est neutra sȝ magis seq̃tur ꝓbabilitatem vel magis improbabilitatẽ tũc ꝯclusio etiam erit talis.

Queritur Utꝝ peccatũ sit ꝓbare aliq̃d ꝑ remotiora ⁊ longiora. Solõ phi ꝙ sic. ⁊ orõ seu argumẽtatio in qua hoc fit est increpãda. Exempli grã. Si quis velit ꝓbare ꝙ vna opinio est magis vera q̃ alia. Et ad hoc ꝓbandum assumat hanc rõem. Omne idẽ de seipso p̃dicatũ certiꝰ

est q̃ vbi aliud p̄dicaẗ de alio. sed opinio que idē de se opinatur est. in qua idē p̄dicatur de seip̄o. ergo est certior q̃ illa q̄ aliud de alio opinaẗ. sicut certior est opinio qua quis opinatur ꝙ hō sit aīal q̃ qua opinaẗ ꝙ hō sit albꝫ. Illa ratio sufficit ad hoc ꝓbandum nec opꝫ assumere ad ꝓbatōnem illiꝰ ꝙ opinio eiusdē de seip̄o sit maxime vera. qꝛ ꝯclusio p̄ncipaliter intēta habetur sufficienter sine illa ꝓpōne vt patuit. ꝛ ergo peccatū est ꝛ nequitia talia sup̱flua in argumētatōne addere. qꝛ faciūt latere cām ꝯseqnentie. qn̄ em̄ multa p̄mittunẗ tunc nesciẗ ex q̄bus illoꝝ seq̄tur ꝯclusio. Et ꝙ illa sit neq̄tia ꝛ malitia argumētatōnis ꝓbat sic qꝛ illa oratio seu argumentatio est bona ꝛ laudabilis q̄ ita euidenter est conclusa vt nihil aliud oporteat amplius interrogare vel dubitare. ergo ex opposito illa est mala vbi opꝫtet interrogare ꝛ dubitare ꝓpter quid seq̄tur ꝯclusio.

Queriẗ Quō pħus docet soluere ꝑ increpatōnem ex ꝑte vtriusq̃ siẗ scꝫ tam ex ꝑte vtentium q̃ ex ꝑte oratōis in se. Solutio hoc docet assignando modos quibus oratio argumentatiua dicitur esse falsa.

Queritur Quot modis orō argumētatiua dicitur esse falsa. Solutio quattuor modis. Primus est quando videtur aliquid ꝯcludi ꝛ tamen nō ꝯcludiẗ. Et hoc mō oratio dicitur falsa. quia peccat in forma ꝛ est sophistica.

¶ Scd̄us modus est qn̄ ꝯcludiẗ aliq̄d sꝫ nō ad ꝓpositū. Et iste modus accidit maxime in syllogismis ad impossibile.

¶ Tertius modus est qn̄ ꝯcludiẗ aliq̄d ad ꝓpositum sꝫ nō ex ꝓp̄ijs. i. ex his q̄ sumpta sunt ex ꝓpria disciplina ꝯclusionis. Sicut qn̄ pro medicinali ꝯclusione sumiẗ cōis ꝓpō q̄ nō ē medicinaẗ videẗ tn̄ alicui eē medicinalis.

¶ Quartus modus est qn̄ ꝯcludiẗ aliq̄d ꝑ falsa siue ꝯclusio sit vera siue falsa. qꝛ ex falsis falsum ꝯcludiẗ ꝛ ex falsis ꝯtingit etiā vera ꝯcludi vt prius patuit. Et isto mō orō seu argumētatio dr̄ peccans in materia.

Queritur Cuius peccatū est ponere falsum vel orōem falsam. Solutio ponere orōem falsam magꝭ est peccatū respondētis q̃ orōnis. Et rō est. qꝛ nisi respondēs poneret vł cōcederet falsum nunq̃ syllꝰ dyalecticus opponentis procederet ex falsis.

¶ Sꝫ tunc queriẗ. vtꝝ sp̄ sit peccatū respondētis ponere falsum. Solꝰ ꝙ nō sꝫ solū aliqn̄. tunc em̄ nō est peccatū respondētis ponere falsum quādo hoc falsum latet eū. Et rō est qꝛ qn̄ falsum est latens aliqn̄ magis accipimus ꝯclusionē ex falsis q̃ ex veris. si illa falsa videanẗ magis ꝓbabilia. Et respondens potest accipere falsa qn̄ illa sunt ꝓbabiliora q̄busdam veris ꝛ quando ex illis demōstrat bn̄ demonstratū est dr̄ pħus.

Queriẗ Quō isti quattuor modi quibus orō dr̄ falsa debent solui. Solutio ꝙ p̄mus modus solaiẗ ꝯsiderando si oratio ꝯcludit vel nō ꝛ soluitur dicēdo ꝙ nō ꝯcludit qꝛ peccat in forma

¶ Scd̄us modus solaiẗ videndo si sit verꝫ vel falsum qd̄ cōcludiẗ ꝛ si sit falsum erit interimendū. Tertius modus ille peccat ꝯtra demonstra-

torem sed nõ ↄtra dyalecticum. Et soluetur videndo. an orõ ↄcludat ex proprijs vel improprijs ſm ꝓpriam disciplinam. Quartus modus sol uitur videndo vtꝝ orõ ↄcludit ex falsis. sꝫ tñ ꝓbabilib⁹. qꝛ si sic tunc bona est quo ad dyalecticum. qꝛ dyalectico falsa pñt esse ꝓbabilia Si vero con cludit ex veris sed improbabilib⁹ tunc praua est orõ quo ad dyalecticum: Si aũt ꝓcedit ex falsis ⁊ improbabilib⁹ ⁊ stultis tunc simpl'r praua est ar gumentatio. qꝛ stulta ⁊ praua ad ꝓpositum qꝛ nihil ꝓbat.

Queritur Ad quod ꝓpositum phus hic determinat de pe titõne principij ⁊ ↄtrarij. Solutio qꝛ superius dixit ꝙ aliquãdo respondẽti incertum est quando opponẽtes acciptũt con traria ⁊ quando ea que sunt in ṕncipio occasione illius ad maiorem infor matõnem ⁊ declaratõnem determinat hic de petitõne ṕncipij ⁊ de peti tione contrarij.

Querit Quã differẽter hic determinat de petitõne ṕncipij ⁊ i'n scdo ṕoꝝ. Solutio qꝛ in libro ṕoꝝ determinat de pe titõne ṕncipij ſm veritatem sed hic determinatur de petitõe ṕncipij ſm opinionem dicit phus. Et adhuc aliter etiam determinat de petitõe ṕn cipij in libro elenchoꝝ. qꝛ ibi determinat de ea inquantũ est fallacia ⁊ facit locum sophisticum ab alijs distinctum.

Querit Quid est petere ṕncipiũ ſm veritatẽ ⁊ ſm opinionem. Solutio alberti petere ṕncipium ſm veritatẽ est qñ p' ignotum simpl'r vel eque ignotum ſm naturã ꝓcedit ad magis notum ſm nauram. Sed petere ṕncipium ſm opinionem est quando p idem vl eque ignotum aut ignotius quo ad nos ꝓcedit ad magis notũ q̃ ad nos.

Queritur Vtꝝ sunt idẽ petere ṕncipiuꝫ ⁊ petere id qd est in ṕncipio Solutio alberti ꝙ nõ. qꝛ petere ṕn cipium est nõ ostendere ꝓpositum sicut quando idem petit in seipo sub ꝓ pria forma. Sed petere id quod est in ṕncipio est petere illud quod debꝫ duci ad probatõnem alterius sicut quando conuertibile petitur in cõuer tibili superius in inferiori ⁊c̃.

Queritur Quot sunt modi petitõnis ṕncipij. Solutio quinq;. Primus modus ⁊ manifestissimus est quando idem ſm rem sub eodem nomine vel sub suo synonomo sumitur ad suũpius ꝓbatõnem. Exempluꝫ vt si dicatur homo currit g° hõ currit vel si dicatur gladius scindit. ergo spata scindit.
¶ Secundus modus est quando ꝑticulare petitur in vniuersali. vt si ali quis veller ꝓbare ꝙ oim ↄtrarioꝝ est eadem disciplina ⁊ petat istam scꝫ ꝙ omnium oppositorum est eadem disciplina.
¶ Tertius modus est quando vniuersale petitur in suo ꝑticulari. vt si aliquis vellet probare ꝙ omnium ↄtrariorum est eadem disciplina. ⁊ pete ret hoc in aliquibus contrarijs puta albo ⁊ nigro vel sano ⁊ egro.
¶ Quartus. quando diuisum petitur in coniuncto. vt si quis deberet cõ

iunctim ostendere ꝙ medicina est sani ⁊ egri ⁊ petat illa diuisim.

¶ Quintus modus est quando vnum conuertibilium petitur in alio. vt si aliquis vellet probare ꝙ dyameter est incōmensurabilis coste quadrati ⁊ dicat ꝙ latus seu costa quadrati sit incōmensurabilis dyametro.

Queritur Quot sunt modi petitōnis contrarij. Solutio etiam quinꝫ. Et accipitur hic contrariū cōmuniter pro omni opposito etiam disparato.

¶ Primus modus est qñ opposita ꝺm affirmatōem ⁊ negatōeꝫ ꝗruntur

Secundus est quando contraria petuntur. vt si quis petat an bonum et malum sint idem.

¶ Tertius est quando quis petit vniuersale ⁊ sumit oppositum in particulari. vt si quis sumpserit ad probandum ꝙ omnium ɔtrariorum sit eadem disciplina. ⁊ ꝓbat ꝙ sani ⁊ egri sit altera disciplina.

¶ Quartus est quando quis petit particulare ⁊ sumit oppositum contradictorium in vniuersali. vt si quis vellet probare quorundam contrariorum esse eandem disciplinam ⁊ sumit ꝙ nulloꝝ ɔtrarioꝝ ē eadē disciplina

¶ Quintus modus est quando aliquis petit contrarium ei quod ex necessitate accidit ex premissis eo ꝙ hec sunt talis cū petit ɔtrariū in ɔ̄clō.

Queritur Quō differunt abinuicem petere contraria ⁊ petere id quod est in principio. Solutio sic differunt. quia petere principium est ꝺm conclusionem quando scꝫ aliquis petit hoc in principio quod in conclusione debet probare. Sed petere contrarium est ꝺm premissas quando scꝫ premisse se habēt ad seinuicem contrarietatem aliquo dictorum modorum.

Secundus tractatus

Ad exercitatōnem aūt ⁊ meditatōnem talium oratōnum

In hoc scd̄o tractatu (qui tamē tertius est ꝺm diuisionē domini alberti in ɔmento suo) ph̄us determinat de exercitatōne.

Queritur Quot sunt documenta obseruanda circa exercitatōnem. Solutio ꝙ quattuor. Primum est quo ad formale disputatōnis ꝙ scꝫ quis assuefaciat se ad vtendum syllogismo conuersiuo. Et ꝙ hoc valeat ad exercitatōnem sic probat ph̄us quia per illud exercitamur per quod efficimur prompti sed sic est ꝙ vtendo syllogismo conuersiuo efficimur prompti. ergo. Minor probatur. quia per illud efficimur prompti per quod in paucis habemus plura argumēta. sꝫ sic est ꝙ vtēdo syll̄o ɔuersiuo in paucis habemus plura argumēta. ergo Minor iteꝝ ꝓbaṫ ex definitōe syllogismi ɔuersiui q̇a syll̄us ɔuersiuꝰ fit qñ ex opposito ɔclusionis cū vna p̄missaꝝ interimiṫ altera p̄missa. hoc eīm faciendo habemus plura argumēta ⁊ ad minus tria. p̄mum est ostensiuū

in se. scdm est qñ ex opposito ꝯclusionis cum maiore interimit minor. tertium est quando ex opposito ꝯclusionis cum minore interimit maior.

¶ Scdm documentū datur quo ad materiale disputatōnis. Et est ꝙ q̇ vult exercitare se dꝫ ad positōem arguere sic vel nō sic hoc est ad partem affirmatiuam vel negatiuā. Et postq̃ꝫ arguit ad vtrāq̃ꝫ ꝑtem dꝫ laborare ad inueniendū solutōnes. qꝛ sic faciendo cōtingit hoiem sic exerceri ad opponendum ꝛ respondendū ꝛ si ad nullū alium disputet tñ hoc faciendo seipm ꝓmptum reddit.

¶ Tertiū documentū. ꝙ argumētis sic ad vtrāq̃ꝫ ꝑtem inuētis dꝫ q̇s eligere alternatim argumēta q̄ sunt ad eandē ꝑtem positōis magꝭ valentia. quia hoc confert multam idoneitatem ad arguendum ad quodlibet ꝓpositum sic vel non sic.

¶ Quartū documentū ē. ꝙ nō ꝑuū instrumentū ad exercitatōem est posse ꝯspicere ad phylosophicā prudentiā ꝛ posse ꝯspicere q̄ ad vtrāq̃ꝫ ꝑtem ꝯtradictōis de quolibet ꝯtingit dicere ex hypotesi hoc est ex talibꝰ ꝓpōnibus q̄ supponunt. vt exercitātes illis vtant tanq̃ꝫ ꝑncipijs. qꝛ hoc faciendo possumus eligere alterꝝ ꝯtradictorioꝝ qd̓ verꝝ est.

Querit Vtrꝝ bonitas ingenij ꝯfert ad exercitatōem. Solo ꝙ sic. Et cognoscit bonitas ingenij ex facili electōe veri ꝛ refutatōe falsi Et hoc illi pñt bñ facere q̇ bñ sunt nati. Illi eñ q̇ amāt verꝝ tanq̃ꝫ amicabile nature sue ꝛ odiunt falsum tanq̃ꝫ nature sue nociuuꝫ facile discunt ꝑ artem optimam. Et ex isto textu allegatur illa cōmunis autoritas. gaudeant bene nati.

Queritur Que sunt illa documēta q̄ ponit phs ex ꝑte disputantiū. Solutio ponit q̇nq̃ꝫ. Primū est ꝙ q̇ vult esse exercitatus dꝫ respicere ad illas rōes ꝛ argumēta q̄ valent ad ꝓblemata ꝯmunia q̄ sepe incidūt. qꝛ illa valent ad valde multa ꝛ de illis sepe ꝯtēdunt respondentes cum opponentibus.

¶ Scdm est ꝙ ille q̇ vult esse exercitatus dꝫ multas definitōnes ꝛ multa ꝑncipia memorie ꝯmendare ꝛ ꝓmptus esse in ꝓbabilioribus ꝛ primis ꝑncipijs qꝛ ex talibus fiunt multi syllogismi ad ꝓpositum.

¶ Tertiū est ꝙ etiā memoriter dꝫ tenere illa in que sepe in multis ꝓblematibꝰ incidūt argumētatōes disputantiū. qꝛ sicut in geometria añ oīa alia opꝫ geometricū exercitatū esse circa elementa que sunt punctus linea et similia ꝛ in numeris ante ꝓportōnes numeroꝝ opꝫ arithmeticū ꝓmptū esse circa numeros capitales. Ita in rethoricis opꝫ scire ꝓpositōes vtiles ꝛ ꝑncipia. qꝛ qñ illa sunt velut in thesauro memorie reposita faciunt faciliter multa similia memorari. Et ergo dicit phus ꝙ magꝭ debemus facere memoriam de ꝓpositōnibꝰ syllogisticis hoc est vl̓ibus ꝛ ꝯmunibꝰ q̃ꝫ de nō syllogisticis hoc est singularibus qꝛ syllogistice magis determinate sunt Et debemus magis ad memoriā reponere ꝓpōem vl̓em q̃ꝫ integrā argumentatioñe. qꝛ valde difficile est aliquē esse ꝓmptū circa ꝓprias rōes ꝛ ꝓpōes cuiuslibet positōnis. ꝯmunes ergo ꝓpositōnes sunt memorie ꝯmēdande. qꝛ ex illis faciliter qui ingeniosus est potest ad ꝓpria descendere.

¶ Quartum documentũ ꝙ qui vult esse exercitatus debet conari vt as/suescat vnã ꝓpõem facere plures si potest fieri Et fit qñ opponẽs celã ꝓpositum latenter recedit ad vl'ia ⁊ altiora ⁊ facit multos ꝓsyllogismos Nã qui hoc facere pñt potẽtes fiunt ⁊ habũdantes in argumẽtatõnib⁊.
¶ Quintum documentũ est ꝙ quãuis disputatio sit de ꝑticulari .tñ oppo/nens dꝫ memorari ꝓpõnũ maxime vniuersalium. q₂ ex illis potest multi/plicare propõnes ⁊ vnã oratione plures facere ꝓsyllogisando. Et sil'r in enthemematib⁊ rethoricis qñ abcedit a ꝑticulari cã ad vniuersalem tunc plures fiũt argumẽtatõnes ⁊ loci rethorici. vult ergo aresto. ꝙ opponens maxime debet fugere ad vl'ia ⁊ cõia. q₂ in vl'ib⁊ etiã singularia disputant et demonstrantur sed non econtra.

Querit̃ Quõ exercitandũ est Solutio duplices sunt ꝓpõnes ꝑ quas potest fieri exercitatio scꝫ inductiue et syllogisti/ce Ad rudes ergo ⁊ imperitos debemus vti inductiuis dicit phus. Et ad eruditos debemus vti syllogisticis. q₂ vt prius patuit inductio est ad sensuꝫ planior sꝫ syllogismus est violẽtior ⁊ ad ꝯtradicendñ efficatior.

Querit̃ Quis est modus vtendi ꝓpõnib⁊ syllogisticis ⁊ indu ctiuis in exercitatõne So° in syllogisticis propo/sitionib⁊ accipiende sunt ille que sunt magis vniuersales Et in ĩductiuis debemus accipere silitudines ⁊ ꝑabolas q₂ sic faciendo fiunt multe argu mentatõnes. Ex quib⁊ infert aresto ꝙ ille qui vult exercitatus esse debꝫ tẽptare adducere sylogismũ de aliquo aut ꝓpõnẽ vniuersalem qua possit vti in syllogismo aut inuenire solutõem dubij aut inuenire instantiã con/tra vl'em ꝓpõnẽ siue q̃s dixerit recte ⁊ vere siue non recte ⁊ falſe siue etiam apud seipm siue alteri dixerit ⁊ q̃cquid dixerit opponens vel respondens Et ratio est q₂ illa scꝫ posse afferre ꝓpõnes et syllogismos ⁊ instantias et solutõnes obiectorum sunt ex quib⁊ fit potestas talia faciliter faciendi sꝫ exercitiũ est causa talis facilis ꝓ̃tis. Nã teste victorino natura facit ha/bilem. ars potentem. sꝫ vsus seu exercitiũ facilem

Querit̃ Quid est proponere Solo ꝓponere in ꝓposito est il la que sunt plura in ꝑticularib⁊ in vl'i vnũ facere ad qð est disputatio q₂ ad singulare nõ est disputatio syllogistica

Querit̃ Quid est instare So° instare est hoc qð est vnũ in vl'i in ꝑti/cularib⁊ ꝑ que fertur instantia plura facere. Ille eñ qui instat pri mo diuidit vl'e in ꝑticularia ⁊ tunc hoc ꝑticulare dat ⁊ aliud negat ⁊ ꝑ h̃ interimit vl'e instando ꝯtra ipm

Querit̃ Cũ quib⁊ est exercitandũ. vtrũ cũ oĩb⁊ Solo non cuꝫ oĩb⁊ q₂ cũ discolis qui oĩa negãt ⁊ cũ illis qui volunt vi deri nõ est exercitandũ q₂ si exercitatur cũ illis necẽ est prauas fieri dispu/tationes et laboriosas q₂ valde laboriosum est oĩa probare que discho/lus negat. ⁊ tamẽ opponẽs qui exercitatus est non potest dimittere quĩ disputet ⁊ arguat cõtra hoc quod dicit discolus ⁊ sic fit praua ⁊ laboriosa disputatio.

Querit[ur] Quod est illud documentũ q̃d phus ponit circa hoc
So° est istud Q̃ʒ in exercitatõne non solum oportet
orõnes inuenire contra tales dischoſos. sed oportet etiam orationes fac-
tas ⁊ p̃paratas habere illas scʒ que sunt minime in c̃tritate et maxime in
virtute quales sunt vniuersales q̃ꝛ ꝑ tales plura possunt probari Dicit
tamẽ phs ꝙ difficile est talibꝫ vlibꝫ statim habũdare q̃ꝛ habẽt pauca me
dia quibꝫ possunt probari. Et hec de octauo thopicorũ textualiter et
repatiue dicta sufficiant.

An de Elencho sit scientia?

Jrca exordiuʒ libri
Elenchorũ. ☞ Querit̃ p̃mo. Utruʒ de
elencho sophistico sit scia Solutio sic. Et
probatur autoritate ⁊ rõne Autoritate q̃dẽ
phi qui de eo tradit sciam. Et rõne sic. q̃ꝛ de
illo est scia q̃d habet p̃ncipia et causas q̃bus
possunt de eo demõstrari ꝓprie passiones sed
elenchus sophisticus est hmõi ergo de eo est
scia. Minor ꝓbat̃ q̃ꝛ p̃ncipia eius sunt cau-
sa apparẽtie ⁊ cã defectus ꝓpria passio vero est eẽ generatiuũ deceptiõnis

Arguitur De non ente non est scia. sed elenchus sophisti-
cus est non ens. ergo de eo non est scia. Minor
patet q̃ꝛ phs sexto metaphisice ꝯmẽdat platonẽ q̃ꝛ posuit sophisticaʒ sub
non ente Solutio ꝙ de non ente simpliciter nõ est scia Sed syllogism⁹
sophisticus non est non ens simpliciter sed non ens s̃m q̃d q̃ꝛ scʒ est non
ens tale quale apparet. Sicut a simili dicimus auricalcũ esse non ens nõ
quasi simpliciter sit nihil sed q̃ꝛ non est tale ens puta aurum sicut apparet
Et ad dictum aresto. dõm est ꝙ syllogismus sophisticus potest duplici-
ter ꝯsiderari. vno mõ c̃trũ ad id q̃d est ⁊ sic non ponit̃ sub non ente. q̃ꝛ
hoc modo est aliq̃d positũ. Alio modo c̃trum ad defectum ꝓbabilitatis
qui sibi adheret et q̃ꝛ ille defectus est nõ ens ideo hoc modo recõmẽdat
phs platonẽ ꝙ posuit eum sub non ente

Ar Si de elencho sophistico esset scia illa esset sophistica. sʒ scia soph-
stica nõ est vera scia. ergo Minor pʒ q̃ꝛ sophistica scia est tm̃ ap-
parens Solo dupl'r scia p̃t dici sophistica. vno mõ intrinsice ⁊ forma-
liter quasi scʒ genita sit ꝑ syll'm sophisticũ Et hoc mõ ista scia nõ est sophi-
stica q̃ꝛ sic non esset vera sʒ tm̃ apparẽs scia. Alio mõ scia p̃t dici sophisti-
ca extrinsice ⁊ obiectiue q̃ꝛ scʒ eius obiectũ seu subiectum est syllogismus
sophisticus ⁊ hoc modo scia sophistica est vera scia ⁊ sic ista scia d̃r sophi-
stica quasi de syl'lo sophistico ꝑ demõstratiões acquisita

Querit[ur] Utr̃ de syl'lo sophistico sit scia sp̃ealis ab aliis disticta
So° ꝙ sic. Et rõ est. q̃ꝛ hʒ sp̃eale ⁊ distinctum subiec-
tum. ergo est distincta scia. Cõsequentia tenet q̃ꝛ scia capit vnitatem suã
et distinctionem a suo subiecto p̃mo posteriorũ

Primi Elencorum

Ar Phs in quarto metaphisice dicit q tres sunt scie cões scz metaphisica dialetica z sophistica. ergo videt q nõ sit scia spēalis So° q sophistica ɔsiderat dupl'r. vno modo vt docēs est. z sic est spēalis scia. qz habet spēale subiectũ de q̃ oñdit propetates p vera z necessaria pncipia. Alio modo vt vtens est z sic est scia cõis exñs magis modus sciēdi q̃ scia Est ei ille mod⁹ sciēdi q̃ qs vtit vt ɔsequet ianē glam i disputādo

Ar Habitus z puatõis est vna z eadē scia Sz syllogismus sophisticus est puatio sylli dielatici. g̃ ista scia nõ est distincta a scia de syllogismo dialetico So'o q maior illa hz veritatē de habitu z pura priuatõne. iã syll's sophisticus nõ est pura puatio sylli dialetici qz nõ solũ hz cām defect⁹ siue nõ exñtie sz etiã cām apparentie p quã noiat aliqd positũ. i. syll'm hñtem apparētiã cũ illa nõ existentia

Querit Vtrũ elenchus sophisticus sit subiectũ isti⁹ scie So° q sic. Et pbat pmo qz sibi ɔueniũt ɔditões subiecti attributõnis. Scdo etiã qz sibi pñt demonstrari incē passiones p vera et adequata pncipia istius scie. Sicut ptz sic faciēdo demõstratõem Quicquid pcedit ex pncipijs siue pmissis apparenter pbabilib⁹ est generatiuũ deceptõis sed elenchus sophisticus est hmõi. ergo est generatiu⁹ deceptionis ibi eñ demonstratur illa propa passio que est esse generatiuum deceptõnis de elencho sophistico

Querit An ne syll's sophisticus possit poni subiectũ istius scie. So° q sic aliquo mõ sz ɔueniētius Elenchus sophisticus ponit subiectũ Et rõ illius est. qz subiectũ scie debet esse cõissimuz sz elenchus sophisticus est cõior q̃ syll's sophisticus. qz elenchus sophisticus extendit se ad syll'm peccātem in materia tm̃ in forma tm̃ z in materia z forma simul. qz in eius rõne includit illatio pbatio z ɔtradictio. Sz syllogismus sophisticus solum dr de syllogismo peccāte in forma z in illatione tm̃. Et ergo qz hic agit de oib⁹ elencis sophisticis vl'r couenienti⁹ ponit hic elenchus sophisticus subiectũ q̃ syll's sophisticus

Ar Syllogismus est cõior elencho. g̃ syll's sophisticus etiã debet eē cõior elencho sophistico z p ɔñs illa rõ est falsa. Añs pbat quia elenchus supaddit syllogismo vltra illatõem q̃ est de rõne syll'mi pbationem z ɔtradictõem So° neganda est ɔña. Et rõ est. qz negatio addita supiori facit de supiori inferius z addita inferiori facit de inferiori superius sz sophisticũ includit negatõem. qz includit defectũ veri sylli vel elenchi. z ergo qñ sophisticũ addit syll'o qui est supior elēcho facit ipm inferi⁹ et qñ addit elencho q̃ est inferior syll'o facit ipm supius Rõ ordinis istius libri ad pcedentē patuit circa pncipiũ primi thopicorũ.

☞ Querit. qũo diuidit iste liber So° pma sui diuisione diuidit i duos libros ptiales In quor pmo oñt qũo ex qb⁹ z qlib⁹ debet syll's sophistic⁹ cõstitui. In secundo docet qũo tales sylli debēt solui Primus liber habet sex tractatus Primus est de quibusdã cõib⁹ z pambulis q̃ necāria sunt ad ɔgnitõem elēchi sophistici Et diuidit in qtuor capl'a in quor pmo ponit phemiũ ostēdēs de qb⁹ velit determiare i h libro. Et ē hec pro phemialis

De sophisticis aūt elenchis et de his qui videntur q̄dem elenchi sed non sunt. sunt autē paralogismi di/cemus incipientes ꝫm naturam a primis

Ar. In illa propōne est nugatio. ergo nō est cōueniens Añs pbatur. qꝛ dicitur ibi de sophisticis elenchis ⁊ de his qui videnꝫ elenchi. et tñ illa videntur vnū ⁊ idem dicere Solꝰ alberti ꝙ ibi nō est nugatō qꝛ ꝑ illas ꝑticulas intelligunꝫ diuersa. ꝑ hoc eīm ꝙ dꝛ de sophisticis autē elenchis intelligunꝫ illi syllogismi qui vere ꝫm formaꝫ sunt elenchi q̄uis peccent in materia. Et hoc qđ additur ⁊ de his qui videntur elenchi sed non sunt intelligunꝫ ꝑalogismi peccātes in forma qꝛ illi apparent q̄dā sed non sunt veri elenchi eo ꝙ nō habēt formā elenchi. Jam nulla res illiꝰ habet nomē cuius non habet formā. Alij aūt aliter exponunt ⁊ volunt ꝙ et non accipitur ibi copulatiue sed expositiue vt sit sensus de sophisticis āt elenchis ⁊ de his q̄ videnꝫ elenchi .i. de his q̄ videnꝫ elenchi ⁊c.

Queritꝫ Quare dicitꝫ de sophisticis elenchis in plurali nūero Soꝰ propter pluralitatem ⁊ multitudinē eorū. Et ratio illius multitudinis est qꝛ sicut bonū et esse rei est ex integra et sola cā ita malū et corruptio ex singulis defectibꝫ ⁊ ergo sicut esse veri et boni elēchi est vno modo qꝛ ad bonū elēchū reqritꝫ ꝙ sit illatiuus ꝓbatiuus ⁊ cōtradictiuus simul. ita ad corruptōem eius sufficit corruptio vel defectꝰ cuiuslibet istorum qꝛ si deficit in illatione tm̄ est elenchus sophisticus si deficit in ꝓbatōne tm̄ est elenchus sophisticus

Queritur Quotuplex elenchus sophisticus tangitur in illa ꝓpositōe ꝓhemiali. Solutio ꝙ duplex scꝫ ꝑmo peccans in materia tm̄ cum dicitur de sophisticis āt elenchis. Scđo peccans in forma tm̄ cum dicitur. Et de his qui videnꝫ elenchi nō sunt aūt Et pretēr hos est tertius peccās in materia ⁊ forma simul ⁊ de illo diceꝫ posterius. Quis autē dicaꝫ peccans in forma tm̄ q̄s in materia tm̄ ⁊c. dictum est [illegible]ius in ꝑncipio ꝑmi topicorum.

Queritꝫ Quō phs in hoc libro ꝓcedit a ꝑmis ꝫm naturam Solutio procedit a primis ꝫm naturam quia procedit a questione si est syllogismus sophisticus ⁊ illa est prima ꝫm naturam inter quattuor questiones que possunt fieri de scibilibus. vł dicitur ꝙ procedit a primis ꝫm naturam quia procedit a methis que sunt fines syllogismi sophistici. finis enim licet sit vltimum in executione est tamen primum in intentōne sꝫ primū in inten[illegible]e est ꝑmū ꝫm naturam quia ipm est causa oim aliorū. Alias etiā expōnes huius a ꝑmis ꝫm naturā vide in ꝯmēto vbi ex alberto ponūtur bñ sex siłcum istis

¶ Capitulum secundum

Quō ergo alij quidē sunt syllogismi Alij autem cum

¶ In hoc scđo caplo phs ōndit sylłm sophisticū esse ⁊ vnde sumit suaꝫ causaꝫ apparentie ⁊ quis sit finis intentus a sophista

Queritur Que est ꝑncipalis ↄclusio istius capituli. Solutio ꝙ ista Aliq̇ sunt veri syllogismi verã materiam ⁊ formam syllogismi habẽtes Alij aũt nõ sunt veri syllogismi videntur tñ esse ꝓpter aliquã siĺitudinẽ ad veros syllogismos. Et hanc ↄclusionem ꝓbat phus in effectu quattuor ratõnibus.

¶ Prima est ista. Sicut est in rebꝫ ita ꝓportionabiliter erit etiã in syllogismis. Sed sic est in rebꝫ ꝙ q̄dam res sunt vere tales quales apparent ⁊ q̄dam sunt que apparent esse tales ⁊ nõ sunt. ergo eodem mõ etiam erit in syllogismis. Maior pȝ. q꞉ ars imitaꝛ naturã. Sȝ minorẽ ꝓbat phs dupl'r scȝ in animatis ⁊ i inanimatis. In aïatꝭ quidem dupl'r scȝ in habitibꝫ anime ⁊ in habitibꝫ corporis. In habitibꝫ aïe sic q꞉ q̇dam sunt hoïes habentes verum habitũ scïe vel virtutis. vnde laudenꝛ quasi nobiles ꝯm veritatem. Alij vero sunt q̇ nõ habent talem habitũ ꝯm veritatẽ sȝ videntur eum habere ꝑ ↄparatõem tribual'r se inflãtes hoc est ꝯm apparentiã sibi attribuentes qđ ꝯm veritatẽ nõ habent. In habitibꝫ corꝑis ꝓbat sic q꞉ q̇dam hoïes sunt q̇ veraciter ꝯm naturã sunt pulchri. Alij vero cũ non sint decori videnꝛ tñ esse decori ↄponentes ⁊ ornãtes se exterius vt videãtur esse qđ nõ sunt. In inanimatꝭ aũt hoc idem sic ꝓbat. q꞉ q̄dã sunt vere argentea ⁊ aurea qualia apparent. Alia aũt videnꝛ talia exterius sȝ ꝯm veritatẽ nõ sunt sicut litargiria ⁊ stãnea videnꝛ argẽtea ⁊ auricalcia ⁊ felle tincta videnꝛ aurea. seq̇tur ergo ꝙ etiam sic erit in syllogismis ꝙ aliq̇ erũt apparẽtes ⁊ tñ nõ existẽtes vnde pȝ syllogismum sophisticum esse.

¶ Scđa rõ. Sicut se hñt longe distãtes a rebꝫ visibilibꝫ in iudicando de eis. ita se hñt iperiti in arte syllogisandi ad discernendũ syllos Sed longe distãtes ab aliquo visibili aliter iudicãt de rebꝫ ꝗȝ sunt. ḡ etiã imperiti in arte syllogisandi iudicãt aliquos syllogismos eẽ bonos ⁊ veros elenchos q̄les tñ nõ sunt. q꞉ in veritate ex p̄missis eoꝝ nõ seq̇tur de nccitate ↄclusio qđ tñ ẽ nccãriũ in om̄i bono elencho. Et ex illa ratõe etiã pȝ vñ elenchus sophisticus sumit suam causam apparentie.

¶ Tertia rõ est. Quicũqꝫ arbitranꝛ sic eẽ in orõibꝫ sicut ẽ in rebꝫ credunt aliquos eẽ syllos veros q̇ tñ sunt solũ apparẽtes sȝ multi disputãtes sic credunt eẽ in orõibꝫ sicut ẽ in rebꝫ. ḡ multi disputãtes credũt aliq̄s syllos esse veros q̇ tñ solũ stꝭ apparẽtes. Sȝ syll's apparẽs tm̄ ⁊ nõ exñs ẽ sophistic⁹ ḡ syll's sophisticus ẽ. Maior pȝ q꞉ res ⁊ noïa hñt se ↄformiter ex quo nomina sunt finita res vero numero infinite Minor etiã pȝ q꞉ in disputatõnibꝫ vtimur noïbꝫ' ꝓ rebꝫ eo ꝙ res ad disputatõnem ferre nõ possumus ⁊ ꝓpterea sicut res ꝯcata ẽ vna. ita credunt multi nomẽ solã vnam rẽ ꝯcare sȝ hoc nõ est veꝝ q꞉ necesse est sepe vnũ nomẽ plura ꝯcare.

Queritur Quõ ꝓbat hoc phus ꝙ necesse est vnum nomen plura ꝯcare. Solutio dupl'r. Primo sic. q꞉ res sunt infinite saltẽ quo ad nos noïa vero quo ad nos sunt finita cũ sint a nobis formata ⁊ imposita. Si ergo q̄libet res dȝ aliquo nomïe ꝯcari necesse est vnũ nomẽ plura ꝯcare. Scđo sic a siĺi. Sicut est in ↄputatõibꝫ ita etiaȝ est in ꝯcatõibꝫ noïm. Sed in ↄputatõibꝫ sic est ꝙ q꞉ numeri sunt infiniti ⁊ figure ꝑ quas ꝯcanꝛ sunt finite necesse est, vnam figuram plures numeros

ſcare.ḡ etiā ſic erit in ſcatōnibꝫ noīm q̄ ꝓpter infinitatē reꝝ ꝛ finitatē no-
minū neceſſe eſt vnū nomē diuerſas res ſcare.

Queritur Quod eſt illd correlariū quod ex hoc infert phs
Solutio q̄ ignorantes virtutes vocabulorū.
id eſt ignorantes diuerſas ſcatōes noīm facile ꝑalogiſant.id eſt decipiun
tur. Patz a ſili.qꝛ ſicut illi q̄ ignorant vel nō ſunt prompti ferre numeros
ꝓportionāles in ꝯputatōnibꝫ expellunt ꝛ decipiunt ab his q̄ ſciūt ferre ta-
les numeros Ita etiā eo mō fit in diſputatōibꝫ q̄ q̄ ignorant multiplicita
tem ſcatōis noīm decipiunt tam bn̄ ſi ſecum ipi apud ſe diſputent q̄ȝ etiā
ſi audiant alios ſecum diſputare. Et ergo dt phus etiā in textu q̄ vnus
locus aptiſſimus ꝛ publiciſſimus ad decipienduz eſt q̄ fit ꝑ noīa.i. fallacia
equocatōnis qꝛ illa fit ꝑ noīa equiuoca quoꝝ quodlibꝫ ſcat plura. Et vo
catur ille locus aptiſſimus qꝛ habet maiorē cauſam apparentie inter oēs
fallacias.ꝛ publiciſſimus.id eſt manifeſtiſſimus qꝛ eſt in incōplexo qd na
tura ꝓus eſt. vt dt albertus ꝛ publicū magis q̄ȝ qd eſt in voce ꝯplexa.

Ar Phus dt quarto metaphyſice quod nō vnum ſcat nihil ſcat. er
go vnum nomē nō poteſt plura ſcare. Solutio qd non vnum
ſcat vnica impoſitōne nihil ſcat.ſed illo tamen nō obſtante poteſt dictio
aliqua equiuoca diuerſis impoſitōnibus diuerſa ꝛ plura ſignificare ſicut
patz de hoc nomine canis.

Ar Unius rei eſt ſolum vna forma.ſꝫ ſcatio eſt forma noīs.ergo nō
poteſt vnum nomē plura ſcare. Solutio ſcatio nō eſt forma
ſubſtantialis noīs ſeu dictōnis ſed ſolum accidentalis ꝯueniens dictōni
nō vt dictio eſt ſed vt ſignum eſt.iam formas accidentales nō eſt incon-
ueniens multiplicari in eodem.

¶ Quarta rō qua probat ſyllogiſmuz ſophiſticū eſſe ꝑt ſic formari Qui
cunq̄ȝ apparenter exercēt oꝑa ſapientis in diſputatōne faciūt aliquos elen-
chos apparētes.ſꝫ aliq̄ ſunt hmōi.ḡ aliq̄ faciunt elenchos apparētes ꝛ per
ꝯn̄s elenchus ſophiſticus eſt. Minor pꝫ qꝛ q̄buſdā magis oꝑe ꝑcium eſt
id eſt eſtimatū ꝑciū laboris eſt videri eē ſapiētes ꝛ nō eſſe q̄ȝ eſſe ꝛ nō vide
ri.tales aūt ſunt ſophiſte qd pꝫ ꝑ locū a ꝯiugatis.qꝛ ſophiſtica eſt appa-
rens ſapīa ꝛ nō exiſtens.ꝛ ergo ſophiſta eſt copioſus ab apparente ſapien
tia ꝛ nō exiſtente.

Ar Oēs hoīes naturalr̄ ſcire deſiderāt ꝓmo metaphyſice.ſꝫ ſophi-
ſta eſt hō.ḡ deſiderat magis vere ſcire q̄ȝ apparēter. Solō eſt du-
plex deſideriū.ſcꝫ naturale ꝛ animale ſeu deliberatiuū.Iā lꝫ oēs appetunt
vere ſcire deſiderio naturali nō tn̄ deſiderio aīali ꝛ deliberatiuo.

Queritur Quot ſunt oꝑa ſapientis. Solutio duo. Pri
mum eſt nō mentiri de his que nouit. Et hoc ꝑ
tinet ad reſpondentem. Scdm eſt mentientē poſſe manifeſtare ꝛ hoc ꝑti
net ad opponentē. Hec aūt duo oꝑa ſophiſta appetit apparēter facere ma-
gis q̄ȝ vere.vt ꝯſequat̄ gloriam in diſputando. Exquo ſeq̄tur q̄ neceſſe
eſt illos q̄ volūt ſophiſtice agere q̄rere genus ſophiſticaꝝ diſputationū q̄-
bus poſſent aſſeq̄ ſuum finē ſcꝫ vanam gloriam.

Ar Phus ꝑmo metaphysice ponit bene duodecim opera sapientis ergo male ponuntur hic tantū duo. Solutio neganda est ꝯsequentia. Et ratio est. qꝛ phus nō intendit hic ponere omīa opa sapient3 sed solum illa que ꝯueniunt sapienti in ordine ad alterꝫ in disputatōe Sꝫ in ꝑmo metaphysice ponunt illa opa q̄ ꝯueniunt sapienti ſm se.

¶ Tertium capitulum.

Quot aūt sunt genera disputationum sophisticarum.

In hoc tertio capitulo determinat phs de generibꝫ disputationum vt eliciat hoc genus de quo est hic ad ꝓpositum. Et ꝑmo in textu premittit intentum suū vidi hoc ibi scd̄o exeq̄tur.

¶ Or̄ q̄t st̄ genera disputationū Soᵒ q̄tuor. s. disputaᵒ Doctrinalis Dyalectica Tentatiua Litigiosa seu sophistica. Et rō est qꝛ disputatio est motus q̄dā rōis vel ḡ ordinat ad generanduꝫ habitum vel ad sumendū experimentū de habitu Si scd̄m sic est disputatio tentatiua. Si ꝑmū hoc est dupl'r. qꝛ vel ordinat ad generandū habitū verꝫ vel apparentē tm̄. Si ꝑmum hoc est dupliciter. qꝛ vel talis habitus est firmus ꝛ sine formidine de opposito ꝛ sic est disputatio doctrinalis. qꝛ illa generat sciam vel talis habitus est mutans ꝛ debilis cum formidine de opposito ꝛ sic est disputatio dyalectica qꝛ illa generat opinionem.

Ar Est aliqua disputatio falsigrapha ꝛ illa nō ponitur hic. ergo erūt plura genera disputatōnum q̄ꝫ quattuor. ꝑma pars antecedentis ꝓbatur. qꝛ est aliquis syllogismus falsigraphus distinctus ab alijs syllogismis. ergo erit etiam aliqua disputatio falsigrapha distincta ab alijs.

Solutio nō est simile de speciebus syllogismi ꝛ de generibꝫ disputationum. qꝛ distinctio syllogismorꝫ sumitur ex pte materie. qꝛ ergo est alia materia syllogismi falsigraphi a syllogismo demonstratiuo. ergo ponit distinctus syllogismus. Sed genera disputationū distinguunt ex pte finium sꝫ disputatio falsigrapha habet eundem finem cum demonstratiua scꝫ sciam et ergo ille nō sunt disputatōnes distincte q̄uis eīn disputatio falsigrapha nō generet scientiam. quia non habet vera principia. tamen intendit generare scientiam tanq̄ꝫ finem.

Ar Nō est aliqua disputatio tentatiua. ergo nō erunt quattuor genera disputatōnum. Antecedēs ꝓbatur. qꝛ nō est aliquis syllogismus tentatiuus distinctus ab alijs. Solutio negat ꝯsequentia. q̄a syllogismus tentatiuus nō differt in materia ab alijs ꝛ ergo. qꝛ distinctio syllogismorꝫ sumit penes materiam. ergo nō ponit distinctus syll's. Sꝫ disputatio tentatiua habet alium finem q̄ꝫ alie disputatōes. quia ordinātur ad sumendum expimentum de habitu vt dictum fuit. ꝛ ergo ponitur distincta disputatio ab alijs.

Querit Quare disputatōes iste vocant genera disputationū ꝛ nō spēs. Solutio alberti qꝛ vnaqueq̄ꝫ earꝫ hꝫ sub se plures alias spēs seu speciales modos.

Queritur Quare phus in textu nō definiuit disputatiōem ꝑus anteꝙ̃ diuideret. Solutio q̄ꝛ disputatio nō dꝛ vniuoce de generibꝫ istis disputationū sꝫ analogice ꝭm ꝑus ꝛ posteriꝰ.

Queritur Ergo de quo dꝛ ꝑ ꝑus Solutio disputatio p̄t dupl'r ꝯsiderari. vnoº ꝙ̃tū ad q̄litatē a q̄ nomen imponiꝶ. Et sic ꝑmo dꝛ de disputatōe litigiosa. q̄ꝛ illa est maxime disputatio quasi duoꝝ diuersa putatio. Et tūc dꝛ de tentatiua. tertio de dyalectica. ꝛ vltimo de doctrinali. Alioº p̄t ꝯsiderari disputatio ꝙ̃tū ad id cui nomen imponiꝶ. Et hoc mō ꝑmo dꝛ de doctrinali q̄ꝛ illi maxime ꝯuenit deffinitio q̄ solet dari eo ꝙ ipa maxime ostēdat ꝓpositū. Et ꝯn̄r tūc dꝛ de dyalectica. tertio de tētatiua. ꝛ vltio de sophistica ꝭm ordinē positū in textu

Queriꝶ Que est illa definitio disputatōis q̄ solet dari. Solutio Pe. hys. in sexto tractatu definit eā sic. Qꝫ ē actꝰ syllogisticꝰ vnius ad alteꝝ ad aliqđ ꝓpositū ostendendum.

Ar̄ Est aliqua disputatio enthimematica aliqua exeplaris ꝛc̄. ḡ male dꝛ ꝙ est actus syllogisticꝰ tm̄. imo debuit dici ē actus argumentatiuus Solōo si ita dictū fuisset nō fuisset incōueniēter definita: Sꝫ tm̄ pe. hys. ita nō dixit. q̄ꝛ ipē definit disputatōem in suo potissimo gradu et illa est actus syllogisticus cum syllogismus sit potissima spēs argumentationis vt habetur scđo ꝑoꝝum.

Qr̄ Quid est disputatio doctrinalis. Solōo q̄ ex ꝓꝑꝛijs ꝑncipijs vniuscuiusꝙ̃ discipline syllogisat. et nō ex his q̄ videnꝶ rn̄denti. Et cām illius scꝫ ꝙ nō ꝓcedit ex his q̄ videnꝶ respondēti subiūgit phs Dicens opꝫ eūm credere eū q̄ discit quasi velit dicere disputatio doctrinal' ꝓcedit ex his q̄ sunt ꝑ se nota in q̄bꝫ nō opꝫ expectare ꝯsensuꝫ respōdentꝭ imo si respondēs velit ea negare nō possent ꝓbari. q̄ꝛ nō h̄n̄t ꝑoꝛa cū sint ꝑma et immediata. Et ergo oportet in talibus discentē credere. Et instrumētum istius disputatōnis est syll'us demonstratiuus.

Ar̄ Disputatio doctrinalis aliq̄n ꝓcedit ex effectibꝫ ad causam. ergo male dꝛ ibi ex ꝓꝑꝛijs ꝑncipijs vniuscuiusꝙ̃ discipline. Solutio hic definiꝶ disputatio doctrinalis in suo potissimo statu q̄ vtitur tanꝙ̃ instrumento demonstratōne ꝓpter q̄đ q̄ est potissima demōstratio ꝛ non demonstratōe q̄ꝛ que ꝓcedit ab effectu a posteriori ad causam.

Ar̄ Phus dꝛ in octauo thopicoꝝ ꝙ demōstrator ꝓcedit ex datis a respondente. ergo male dꝛ hic ꝛ nō ex his que videntur respondenti. Solutio ꝙ demonstrator nō ꝓcedit ex datis a respondēte causaliter quasi illa data seu concessa sint sibi causa processus ꝛ scīe sed solū ministerialiter ꝛ instrumentaliter inquantū talis concessio deseruit demōstratori ad ꝑficiendum habitum demonstrandi.

Queriꝶ Quid est disputatio dyalectica. Solōo disputatio dyalectica ē q̄ ex ꝓbabilibꝫ ē collectiua ꝯ̄dictionū Et rō ē q̄ꝛ disputatio dyalectica ordinaꝶ ad generādū opinionē sꝫ opinio generaꝶ ex ꝓbabilibꝫ ꝛ ḡ talis disputaº dꝫ ꝓcedere ex ꝓbabilibꝫ. ꝛ q̄ꝛ ex ꝓbabilibꝫ

potest argui ad vtrãqz ptem ɔtradictõis ideo dicit͛ collectiua ɔtradictionum. Et instrumẽtum istius disputatõis est syllogismus dialeticus.

Arguit͛ Disputatio dialetica ordinat͛ ad generãdũ opinionẽ sed nemo potest simul duo contradictoria opinari. ergo male dicit͛ ꝙ ẽ collectiua ɔtradictionũ Solutio licet disputatio dialetica simul et semel non possit generare opinionez de duobꝫ contradictorijs tñ potest successiue probabiliter ostendere vtrũqz ad cãndũ dubitationem de vtroqz. qꝛ vtraqz pars potest esse ꝓbabilis

Queritur Quid est disputatio tentatiua Solutõ disputatio tentatiua est que ꝓcedit ex his que vident͛ rñti ꝛ que necessarium est scire eum qui simulat se habere sciam. Et ratio est. qꝛ disputatio tentatiua ordinatur ad sumendũ expimentum de sciencia rñtis. Et ergo debet procedere ex his q̃ videntur rñti hoc est ex cõibꝫ qꝛ illis nescitis nescit͛ scia vel ars. Et illis scitis non sequit͛ propter hoc ꝙ habeatur scientia vel ars. Et instrumentum istius disputatõnis est syllogismus tentatiuus

Querit͛ Quid est disputatio litigiosa Soº disputatio litigiosa est que syllogisat ex his que vident͛ probabilia ꝛ non sunt. Et ratio est. qꝛ ista disputatio ordinatur ad generandũ apparentez sapientiam. sꝫ illa non generatur nisi ex apparẽter probabilibꝫ Et ergo eiꝰ instrumẽtum est sylls litigiosus siue sophisticus. Cõcludendo ergo dicit phs ꝙ qꝛ de alijs disputationibꝫ dcm̃ est superius in alijs libris nũc de agonisticis seu litigiosis determinandũ est pñr in hoc libro

Queritur Quot noĩa habet ista disputatio Solutio ex textu eliciũtur tria. vocat͛ em̃ sophistica agonistica ꝛ litigiosa. Sophistica vocat͛ qꝛ deceptionem inducit ꝛ ɔtendit ad finem inanis glorie. Agonistica vero qꝛ intendit victoriam quẽadmoduz agonisantes ꝛ qui corꝑaliter certant. Et litigiosa vocatur ꝓpter ɔtentionem que est inter opponentem et respondentem quorum vnus vult vincere ꝛ alius non vinci.

¶ Quartum capitulum

Primum ergo sumendum est quot coniectant qui in disputationibus ꝛc.

¶ In hoc quarto caplo phs determĩat de nũero metarũ que sunt fines ad quos disputatões sophistice ordinant͛.

Querit͛ Quid est meta Solutio meta vt hic sumit͛ est inconueniens ad quod opponẽs sophista nititur ducere suũ respondẽtem vi argumẽtatõnis. Et dicitur notãter meta vt h̃ sumitur qꝛ accipitur hic meta methaforice ꝛ silitudinarie ab eo qđ est in vsu vulgarium. vulgares em̃ vocant metã terminũ vel finẽ alicuius spacij

Qr̃ Quot sunt methe So° qnqȝ scȝ

- Redargutio
- falsum
- Inopinabile
- Soleocismus.
- Nugatio

Et rō sufficientie est. qꝛ meta vt patuit nihil aliud est q̄ꝫ incōueniēs ad qꝺ opponēs sophista nititur ducere suuȝ respondentē vel ergo hoc incōueniēs tenet se ex pte sermonis vel ex pte rei Si pmū hoc est dupliciter qꝛ vel tenet se ex parte substantie sermonis. ꝛ sic est nugatio vel ex parte accidentium sermonis et sic est soleocismus. Si secundum hoc est dupliciter quia vel sumitur ex parte rei absolute ꝛ sic est meta falsi vel per respectū ad aliud et hoc dupliciter quia sumitur per respectum ad positionem vel sectam quā imitatur respondens ꝛ sic est inopinabile vel p respectum ad pcon- cessum vel pnegatū a respondente ꝛ sic est redargutio

Ar̃ Unius rei erit solū vnus finis. ergo male ponūtur hic qnqȝ me- te seu fines disputatōis sophistice. So° ꝙ vnius rei erit solum vnus finis pncipalis ꝛ sic etiam disputatōis sophistice est tm̄ vnus finis pncipalis q̇ est apparēs sapientia. Sed tamē preter illū possunt esse plu- res alij fines minus pncipales ꝛ subfinales in illum pncipalem finē ordi- nati ꝛ tales fines sunt iste mete

Ar̃ Est aliqua meta taciturnitatis ꝛ illa non ponitur hic. ergo sunt plures mete Solutio ꝙ nō est meta distincta ab alijs sed ē pri- uatio quedam que reducitur ad illam positiuam metam ad quam respō dens esset ductus si fuisset loquutus qꝛ ꝓpter hoc respondēs tacet qꝛ vi- det ꝙ oporteret eū ꝯcedere incōueniens si loqueretur

Queritur Quid est redargutio Solꝰo est pnegati conces- sio vel preconcessi negatio in eadem disputatōne vi argumentationis facta Et dicitur notanter in eadem disputatio- ne quia si in diuersis disputatōibus respōdēs concederet contradictoria non esset redargutus quia non repugnat ꝯtradictoria pro diuersis tem- poribus esse vera. Et dicitur etiam vi argumētatōnis. quia si quis vo- luntarie concederet ꝯtradictoria vt ostēdat se posse opposita simul defen- dere ille non dicitur redargutus.

Queritur Quid est falsum. Solꝰo falsum in proposito est manifeste falsum. Et meta falsi est manifeste falsi ꝯcessio. Et dꝛ notāter manifeste falsi concessio quia si respōdens concederet aliquod falsum occultum non esset propter hoc reductus ad istam metam. qꝛ stat q̄dā falsa esse q̇busdā veris ꝓbabiliora.

Querit᷑ Quid est inopinabile. Solutio. inopinabile est qꝺ est contra opinionem omnium plurium vel sapientum vel contra opinionem eorum quorum sectam imitatur respondens. Un̄ meta inopinabilis est cōcessio alicuius quod est contra opinionē omnium aut plurium aut sapientum aut contra opinionem eorum quorū sectam sequitur respondens ꝛ hoc vi argumētatōnis sophistice.

Queritur Quid est soleocismus Solo est vicium in contextu prium orationis contra regulas artis grammatice factum. vt alba vir sponsa meus. Et ergo meta soleocismi est concessio alicuius orationis in qua est tale vicium Et nota q non ponitur hic aliqua meta que dicatur barbarismus quia meta est inconueniens quod accidit in oratione pfecta que potest esse cōclusio in syllogismo. sz barbarismus est vitium quod fit in simplici dictione sicut quando sillaba producenda corripitur vel corripienda producitur. et ergo Barbarismus non potest esse meta.

Queritur Quid est nugatio. Solutio est vnius et eiusdem dictionis ex eadem pte inutilis repetitio Et dicitur notanter ex eadem pte qz si vnum et idem poneretur a pte subiecti et etiam a pte pdicati vt cum dicitur homo est hō non est nugatio Et additur inutilis. quia si vtiliter fiat puta rōe maioris expressionis vel huiusmodi. vt cū dicitur deus deus meus non est etiā nugatio. Vñ meta nugationis pōt sic definiri q est superflue locutionis concessio z est definitio buridani.

Queritur Utrum opponens sophista nitatur semper sm veritatem ducere suum respondentem ad istas metas.

So° phi q non sed solum sm apparentiam. quia sufficit sibi q respōdens videatur ductus ad aliquam illarum metharum quis sm veritatem non sit ita.

Queritur Utrum nomē mete cōueniat ipis equaliter. So° phi q non sed ordine quodam. qz primo et principaliter conuenit redargutioni. deinde alijs. quia sophiste maxime illam intēdunt eo quo maxime volunt videri redarguentes In signum cuius oēs alie mete ad redargutionem reducuntur inquantum p omnes alias metas opponētes sophiste semp redargutionem intendunt quod ostenditur inductiue primo quia si opponens sophista ducat respondentem ad falsum tunc qz falsum non potest sequi nisi ex falso cogit respondentem dicere quod dictū suum prius sit falsum z ita redarguitur. Scdo si contra respōdentem inferatur inopinabile quia tale non sequitur nisi ex inopinabili prius cōcesso cogitur respondens hoc inopinabile prius concessum negare et ita iterum redarguitur. Et idem est de soleocismo z nugatione Patet ergo q redargutio est pncipalior meta z q nomen mete pmo z pncipaliter sibi cōuenit z deinde alijs

Tractatus secundus

Modi autem arguendi sunt duo quidā nam alij sunt.

¶ In hoc secundo tractatu phs determinat de locis sophisticis seu de fallacijs. Et diuiditur in tria capla In pmo ponit diuisionem fallaciarū In scdo agit de fallacijs in dictione z in tertio de fallacijs extra dictōem

Queritur Quid est fallacia. Solo a pe. hys. definit͛ sic ꝙ fallacia est idoneitas decipiēdi faciens credere de nō ente ꝙ sit ens ⁊ de ente ꝙ sit nō ens mediante phātastica visione.

Ar Ens et non ens distant cōtradictorie sȝ nullus credit vnū contradictoriorum esse reliquum. ergo illa definitio videt͛ falsa So°. ꝙ fallacia non facit credere de non ente simpl'r ꝙ sit ens. sed de non ente ꝭm q̄d ħ est de nō ente tali q̄le apparet facit credere ꝙ sit ens tale Sicut a sili' ipit⁹ aurifex credens auricalcū esse aurū nō credit nō ens simpliciter esse ens sed credit nō ens aurū esse aurū

Queritur Quot sunt cause in qualibet fallacia Solutō ꝙ due scȝ causa apparentie ⁊ causa defectus Cā apparentie est que facit credere de non ente ꝙ sit ens vel de ente ꝙ sit nō ens. Et illa est formalis causa et actualis fallendi Sed causa defect⁹ est que ostendit creditum esse falsum. Et illa est materialis causa ⁊ potentialis deceptionem euitandi.

Queritur Quot sunt modi arguendi sophistici seu q̄t sunt fallacie. So° phi sunt duo modi seu duplices fallacie in genere scȝ in dcōne ⁊ extra dictōem. Et ratio est. qꝛ diuisio seu distinctio fallaciarū sumit͛ ex ꝑte cause apparentie. Sed causa apparentie in fallacia sumitur dupliciter scȝ vel ex ꝑte dictionis vel ex ꝑte rei significate ꝑ dictionem. ergo etiam duplices sunt fallacie q̄dam scȝ in dictione et quedam extra dictionem.

Ar Fallacia est quedam deceptio sed oīs deceptio est in illo q̄ decipitur. ergo nulla fallacia est in dictione vel extra dictionē So° fallacia accipit͛ dupl'r. vno modo passiue ⁊ sic ēst in illo q̄ decipit͛ qꝛ nō est aliud q̄ꝫ deceptio imperiti rn̄dentis. sȝ sic non accipitur hic. Alio mō accipit͛ fallacia ꝓ loco sophistico q̄ est ꝑ̄ncipiū syllogismi sophistici seu ꝑalogismi ⁊ sic non est in decepto sȝ est vel in dictōne vel in rebus ꝭm causam suam apparentie.

Ar Omīs fallacia fit in dictione seu oratione. ergo nulla fit extra dictionem. Añs probatur. qꝛ omnis fallacia fit ꝑ argumentationem So° fallacia non dicit͛ in dictōne propterea qꝛ fit per dictiōes seu oratōnes disputatiue ꝓpositas. sed dicitur ꝓpterea in dictione quia sumit causam suam apparentie ex ꝑte dcōnis ⁊ non ex ꝑte rei ꝭcate ꝑ dictionē. Et ergo qꝛ est aliqua fallacia q̄ sumit cām suā apparētie nō ex ꝑte dictionis sȝ ex ꝑte rei. ĝ aliq̄ fallacia dꝛ extra dictionem.

¶ Capitulum secundū de fallacijs in dictione

Sunt aūt ea quidē que ꝭm dictionem faciunt

¶ Hic phs ꝓsequit͛ determinationem de fallacijs in dictione. Et diuiditur presens capl'm in duas ꝑtes ꝑ̄ncipales. In ꝑ̄ma determinat de eis in generali. In secūda de qualibet in speciali

Queritur Primo quot sunt fallacie in dictõne Solutio sex scz fallacia equocatõnis. amphibologie ↄpositõnis diuisionis accentus ⁊ fallacia figure dictõnis. Et ꝙ sint solũ sex ꝓbat phus dupl'r scz inductõne ⁊ syllogismo. Inductõne sic Equiuocatio fit aliquo istoꝝ sex modoꝝ. Amphibologia fit ab aliquo istorum sex et sic de aliis. ergo om̄is fallacia in dictõe fit aliquo istorum sex modorum Syllogismo ostenditur sic. Om̄is deceptio que fit ex eo ꝙ eisdem dictionibus vel oratõnibus nõ idem ꝑcamus fit aliquo istorum sex modorum sed om̄is fallacia in dictõne fit ex eo ꝙ eisdem dictõnibus vel oratõnibus nõ idem ꝑcamus. ergo om̄is fallacia in dictõne fit aliquo istorum sex modorum. Maior illius syllogismi ꝓbatur a Pe. hys. sic. õm̄is multiplicitas dictõnis vel oratõnis fit aliquo istorum sex modorum. Sed om̄is deceptio q̃ fit ex eo ꝙ eisdem dictõibus vel oratõibus non idem ꝑcamus fit ex multiplicitate dictõnis vel oratõnis. ergo omnis deceptio que fit ex eo ꝙ eisdem dictõnibus vel oratõdibus nõ idem ꝑcamus fit aliquo istoruꝫ sex modorum. Minorẽ etiam ꝓbat sic. q̃ om̄is multiplicitas dictõnis fit ex eo ꝙ eisdem dictõnibus vel oratõnibus nõ idem ꝑcamus. sed om̄is fallacia in dictõne fit ex multiplicitate dictõnis vel oratõnis. ergo omnis fallacia in dictõne fit ex eo ꝙ eisdem dictõnibus vel oratõnibꝫ nõ idẽ ꝑcamus ¶ Potest hoc idem etiam extra textum sic ostendi. Quia om̄is fallacia in dictõne peccat penes aliquod multiplex. vl' ergo peccat penes multiplex actuale potentiale vel phantasticum. Si penes multiplex actuale hoc est dupl'r. q̃ vel penes multiplex actuale dictõnis vel oratõnis. si dictõis. sic est fallacia equocatõnis. si oratõis sic est fallacia amphibologie. Si penes multiplex potentiale hoc etiam est dupl'r. q̃ vel penes multiplex potẽtiale dictõnis. ⁊ sic est fallacia accentus. vel oratõis. ⁊ hoc est dupl'r. q̃ vel talis oratio est ↄtinue prolata. ⁊ sic est fallacia cõpositõnis. vel discontinue ⁊ sic est fallacia diuisionis. Si peccat penes multiplex phantasticum sic est fallacia figure dictõnis.

Queritur Quid est multiplex ⁊ quotuplex est. Solutõ multiplex in ꝓposito est dictio vel oratio vna vel vere vel apparenter plura ꝑcans. Et ergo dicitur multiplex quasi multa in vnum plicãs. multa scz ꝑcata in vna voce. Et est triplex. scz actuale potentiale ⁊ phantasticũ. multiplex actuale est dictio vel oratio vna ꝰm substantiam ⁊ ꝰm modum proferendi diuersa significans. Exemplum de dictõne est. vt canis. Et de oratõne vt liber arestotelis. Multiplex vero potentiale est dictio vel oratio eadem ꝰm substantiam ⁊ diuersa ꝰm modum proferendi diuersa significans. Exemplum de dictõne vt populus De oratõne. vt quicquid viuit semper est. Sed multiplex phantasticum est dictio vnum ꝑcans simpl'r que videtur significare aliud propter partialem ↄuenientiam quam habet cum alia dictõne. Sicut vigere significat simpliciter qualitatem. quia significat vigorem habere. sed tamen videtur significare actõem ꝓpter similitudinẽ quã hꝫ cũ agere.

¶ De fallacia equiuocatõnis.

Queritur Que est p̄ma inter fallacias in dictōne. Sol-
lutio fallacia equocatōnis. Et ratio est. quia fal-
lacie in dictōne ordinantur penes multiplex. quia ergo fallacia equiuoca-
tionis peccat penes multiplex actuale. ergo precedit illas que peccant pe-
nes multiplex potentiale ⁊ phantasticum. Et quia peccat penes multi-
plex actuale dictōnis. ergo precedit etiam fallaciam amphibologie q̄ pec-
cat penes multiplex actuale oratōnis.

Queritur Quid est equiuocatio Solutio est multipli-
citas dictōnis eiusdem ſm substantiam ⁊ modū
proferendi diuersa ſcantis sicut patet de hoc nomine canis.

Queritur Quid est fallacia equocatōnis. Solutio ſm
petrum hys. est idoneitas decipiendi proueniens
ex identitate dictōnis eiusdem ſm substantiam ⁊ modum ꝓferendi diuer
sa ſcantis. Et in illa definitōne tangunt᷑ due cause. scz causa apparentie ⁊
causa nō existentie. Causa apparentie est identitas dictōnis ſm substan-
tiam ⁊ modum proferendi. Causa vero non existētie siue defectus ē plu-
ralitas significatorum.

Queritur Quot sunt modi istius fallacie. Solō ꝙ tres
Primus est quando dictio vna ſm substantiam
et modum proferendi eque principaliter plura ſcat. Exemplum. vt quicū-
qꝫ sunt grammatici discunt. scientes sunt grammatici. ergo scientes discūt
Ibi ꝯclusio est falsa ⁊ prouenit falsitas ex equiuocatōne illius verbi disce-
re. quia vel discere est idem quod disciplina vti. Et sic accipitur in maio
re. Alio mō vt est idē qđ disciplinam accipere ⁊ sic accipit᷑ in ꝯclusione
¶ Secundus modus est quando dictio nō equaliter ſcat plura sed vnū
ꝑ ꝑus ⁊ reliquum per posterius Exemplum est vt quecūqꝫ expediūt sunt
bona. mala expediunt. g̊ mala sunt bona. Expediens em̄ duo ſcat. vno
modo ⁊ ꝑncipaliter dicitur de his que in se bona sunt. ⁊ sic accipit᷑ in maio
re. Alio modo ⁊ scđario expediens dicitur id quod est necessarium si de-
beat haberi corporis sanitas sicut incisio mēbri putrescentis que mala est
et penalis dicitur expediens. quia est vtilis propter maius malum vitan-
dum. ⁊ sic accipitur in minore. Aliud exemplū istius modi est quicquid
ridet habꝫ os. pratum ridet ergo pratum habet os.
¶ Tertius modus est quando dictio aliqua ſm se sumpta ſcat vnum so
lum ⁊ sub vno modo ſcandi. sed ꝯposita cū alia dictōe in orōe ſcat plura
vel accipit plures modos ſcandi Exemplū vt q̇cūqꝫ surgebat stat. sedēs
surgebat. g̊ sedēs stat Aliud etiā exemplū est. vt q̇cūqꝫ sanabat᷑ sanus est
laborās sanabat᷑. g̊ laborās sanus est. Ibi em̄ opꝫ distinguere de hoc ver-
bo surgebat ⁊ de hoc verbo sanabat᷑. q̄ ex quo sunt p̄teriti impfecti tpis in
cludunt duo tpa. scz p̄teritū impfectū ⁊ etiā p̄ns. vnde quando dicitur la-
borans sanabatur. ibi laborans potest stare pro illo qui laborat nunc. ⁊ sic
ꝯclusio est falsa ꝙ laborans sanus est. vel pro illo qui laborabat tunc. rōe
verbi imperfecti temporis. ⁊ sic conclusio est vera ꝙ laborās supple in pre
terito nūc est sanus. Et sic etiā dictū est de alio exēplo. Et ꝙ illa multi-

plicitas proueniat ibi ex parte verbi imperfecti temporis patet manifeste ex hoc. quia si ponatur verbum alterius temporis puta preteriti perfecti tunc non fit ista fallacia. vt si sic dicatur, quicunqꝫ sanatus fuit sanus est. sꝫ laborans sanatus fuit. ergo laborans sanus est ibi nulla est fallacia. qꝛ sicut maior est falsa ita ꝯclusio.

Queritur Penes quem modum peccat paralogismus qui fit ex diuersa consignificatōne casus. Solutio alberti ꝙ ille continetur sub primo modo istius fallacie. vnde significatio accipitur large in primo modo vt extendit se tam ad significatōnem principalem ꝙ̄ etiam ad consignificatōnem. Et ergo iste paralogismus. quicunqꝫ sunt episcopi sunt sacerdotes. asini sunt episcopi ergo asini sꝫ sacerdotes. debet reduci ad primum modum istius fallacie. quia episcopi potest esse nominatiui casus vel genitiui.

¶ De fallacia amphibologie.

Queritur Quid est amphibologia. Solutio est multiplicitas oratōnis eiusdem ꝺm substantiam ꝛ ꝺm modum proferendi diuersa significantis. Et dicitur ab amphi quod est dubium ꝛ bole sententia quasi dubia sententia.

Queritur Quid est fallacia amphibologie. Solutio est idoneitas decipiendi proueniens ex multiplicitate oratōnis eiusdem ꝺm substantiam ꝛ ꝺm modum proferendi diuersa significantis. Et tanguntur in illa definitōne due cause illius fallacie. scꝫ apparentie ꝛ defectus. Causa apparentie est identitas oratōnis scd̄m substantiam ꝛ modum proferendi. Sed causa defectus est diuersitas significatorum.

Ar In omni fallacia est dubia sententia. ergo ista fallacia non est ab alijs distincta. Solutio licet in omni fallacia sit dubia sententia. tamen ista dicit talis per anthonomosiam siue per excellentiā. Et ratio est. qꝛ in ista fallacia oratio manet eadem ꝺm substantiam ꝛ etiam ꝺm modum ꝓferendi diuersa ſcans in alijs aūt non sic. ergo in ista fallacia est maior apparentia ꝛ per ꝯsequens maior dubietas.

Ar Ista fallacia nō distinguitur a fallacia equiuocatōis. probatur quia peccant penes idē multiplex co ꝙ vtraqꝫ peccet penes multiplex actuale. Solutio licet ambe ille fallacie peccent penes idem multiplex generale. non tamen penes idem multiplex speciale. quia fallacia equiuocatōnis peccat penes multiplex actuale dictōnis. sꝫ fallacia amphibologie penes multiplex actuale oratōnis.

Queritur Quot sunt modi istius fallacie. Solutio solent cōmuniter assignari tres. Primus est quando oratio principaliter plura significat. Et de illo ponit phus quattuor exempla.

Primum est. vt quoscunqꝫ vellem me capere vellem ꝙ acciperēt me. Sꝫ pugnantes vellem me capere. ergo vellem ꝙ pugnātes acciperent me. Et oportet videre ad minorem. quia ille accusatiuus me potest construi cum illo infinitiuo capere a pte anteriori. ⁊ sic minor est vera. vel a parte posteriori ⁊ sic est falsa. Scōm exemplum est. Quicquid aliquis scit hoc scit. sed grammaticam aliquis scit. ergo grammatica scit. Ibi est dubia sententia propter illud pnomen hoc quod potest esse nominatiui casus ⁊ suppositū illius verbi scit. ⁊ sic maior est falsa. vel potest esse accusatiui casus. ⁊ construi cum illo verbo scit a parte posteriori. ⁊ sic maior est vera. Tertiū exemplum est. Quicquid videt aliquis hoc videt. sed colūnam videt aliquis. ergo columna videt. Et ibi similiter multiplicitas puenit ex eo qꝛ illud pnomen hoc potest esse nominatiui casus vel accusatiui vt prius. Quartum exemplum est. Quicquid tu dicis esse hoc tu dicis esse. Sꝫ lapidem dicis esse. ergo tu lapis dicis esse. Et ibi multiplicitas etiam prouenit ex parte illius pnominis hoc. qꝛ potest esse nominatiui casus ⁊ cōstrui cum supposito illius verbi dicis quod est tu tāqꝫ determinatio eius sub hꝰ sensu. Quicquid tu dicis esse tu hoc supple existēs dicis eē. ⁊ sic maior est falsa. vel potest esse accusatiui casus ⁊ construi cum illo verbo dicis a pte posteriori vt sit sensus. Quicquid tu dicis esse hoc. id est illam rem tu dicis esse. ⁊ sic maior est vera.

¶ Secūdus modus est. quando oratio sꝫcat plura vnū pncipaliter ⁊ aliud transumptiue. Et de hoc modo phus nō exemplificat in textu. potest tamen dari tale exemplum. quicūqꝫ arat littus scindit terram aratro. Sed qui docet indocilem arat littus. ergo scindit terrā aratro. Ibi em̄ illa orō arare littus est distinguenda. qꝛ vel sꝫcat sulcare terram vicinam mari vel flumini. ⁊ sic maior est vera ⁊ minor falsa. vel sꝫcat transumptiue opam perdere. ⁊ sic maior est falsa sed minor vera.

¶ Tertius modus est. quando oratio per se accepta vnum sꝫcat. sed adiuncta alij sꝫcat plura. vt quēcunqꝫ ꝯtingit dicere ꝯtingit loq̇. Sꝫ tacentē ꝯtingit dicere. ḡ tacentē ꝯtingit loq̇. ibi minor est multiplex. qꝛ tacentē pt ꝯstrui cū illo infinitiuo dicere a pte anteriori ⁊ sic minor est falsa. qꝛ sensus ē ꝙ tacēs dicat vel pt ꝯstrui cū illo infinitiuo dicere a pte posteriori. ⁊ tūc ē vera. qꝛ sensus est ꝙ tacens dicat. Et isti sunt modi qui cōmuniter tamen ponunt. Albertus tn̄ ille distinguit hic quinqꝫ modos sm ꝙ quinqꝫ ponuntur exempla a pho in textu vide eos in ꝯmento.

Queritur Qui sunt illi modi quos ponit phus cōes ad fallaciam equocatōnis ⁊ amphibologie. Solutio sunt tres. pmus est quando dictio vel oratio pncipaliter plura sꝫcat Exemplum de dictōne. vt piscis ⁊ canis. piscis em̄ est equocum ad piscez verum ⁊ pictum. ⁊ canis ad canem latrabilem ⁊ beluam marinaꝫ. de oratione nō ponit ibi phus exemplum. Secundus modus est quando soliti sumus sic dicere per translatōnem in dictōne ⁊ oratōne. id est quando dictio vel oratio vnum significat principaliter ⁊ aliud transumptiue. Et de hoc modo phus non exemplificat. Tertius modus est quando dictio vel oratio p se sepata sꝫcat vnum solum. composita vero plura. Et de

dictione non ponitur hic exemplum de oratione est exemplum. vt seculuz scit aliquid. ibi enim seculum potest vel esse nri casus ⁊ reddere suppositum illi verbo scit. ⁊ est loquutio falsa. quia sensus est ꝙ seculum habeat scientiam de aliquo vel potest esse accusatiui casus ⁊ construi a pte posteriori. ⁊ sic est vera quia sensus est ꝙ aliquid scit seculum. id est habet scientiam de seculo.

¶ De fallacia compositionis

Querit̃ Quare phs prius determinat de fallacia cõpositionis et diuisionis ꝙ̃ de fallacia accentus cum fallacia accentus peccet penes multiplex potentiale dictionis ⁊ hee due fallacie penes multiplex potentiale orõnis So° qꝛ fallacie ordinantur ẜm maiorem et minorẽ cãm apparentie. sed in fallacia ꝯpositõnis ⁊ diuisionis est maior causa apparentie ꝙ̃ in fallacia accentus qꝛ diuersitas dc̃õis q̃ est in ꝓlatõe ẜm fallaciam accentus est magis apta ⁊ manifesta ꝙ̃ est diuersitas orationis penes sensum ꝯpositum ⁊ diuisum

Queritur Quid est ꝯpositio Solutio ꝯpositio accipitur dupliciter. vno modo generaliter ⁊ sic ꝯpositio ẽ ordinatio ptium orationis ẜm sitũ magis debitũ ⁊ sic ꝯpositio repitur in qualibet orõne siue fuerit vera siue falsa. Alio modo accipitur spẽaliter ꝓut repitur solum in oratione ꝯposita falsa Et tunc solet sic definiri. ꝙ cõpositio est diuidendoꝝ falsa vnio. Et per oppositum diuisio vt in ꝓposito accipitur est ꝯponẽdorũ falsa sepatio

Querit̃ Quid est fallacia cõpositionis. So° est idoneitas decipiendi prouenien̄s ex vnitate orationis diuise vere cum cõposita falsa. Uel sic Est idoneitas decipiendi ꝓueniens ex multiplicitate orõnis eiusdem ẜm substantiam ⁊ ẜm situm magis debitũ ptibus in oratione positis. Et habet ista fallacia duas cãs. Causa apparẽtie est idẽtitas materialis oratõis ꝯposite cuz diuisa. Causa defectus est diuersitas formalis inter orõem ꝯpositam et diuisam

Querit̃ Quãdo dicunt̃ ptes ordinari ẜm sitũ magis debitum in orõne Soło ꝙ tunc qñ determinatio addit̃ determinabili magis ṗncipali qđ scꝫ magis apta nata est determinare. Et ꝑ oppositum tunc ptes dicunt̃ ordinari ẜm sitũ minus debitum qñ determinatio additur determinabili minus principali qđ scꝫ minus apta nata est determiare. Et ad hoc ꝯgnoscẽdũ solẽt poni ex alberto aliq̃ regule

¶ Prima est. Qñ aliq̃ determinatio ponit̃ cũ duobus determinabilibus tunc ceteris paribꝫ si ꝯiungatur cũ determinabili ꝓpinquiori orõ est ꝯposita ⁊ dicunt̃ ptes ordinari ẜm situm magis debitũ. Si vero cũ determiabili remotiori orõ est diuisa ⁊ ptes ordinãtur ẜm sitũ minus debitum

¶ Scd̃a regula est. Si determinatio sit eque immediata vtriqꝫ determinabiliũ tunc ceteris paribꝫ si adiũgat̃ cũ determinabili p̃cedẽte est oratio cõposita ⁊ si cũ sequente est oratio diuisa Et additur notanter ceteris pa

rib3. q2 si potio2 rō supueniat tunc regula non habet veritatem. sicut patet
ex regulis sequentibus.
¶ Tertia regula est. Q3 quādo aduerbium ponitur inter duo verba tūc
si determinet verbū a pte predicati positum oratio est composita. Sed si
determinat verbum a pte subiecti positum oratio est diuisa.
¶ Quarta regula est ꝙ quando aduerbium ponitur inter duo determi-
nabilia quorum vnum est verbale ⁊ aliud pticipiale tunc quando deter-
minat verbū est oratio ꝯposita ⁊ quādo determīat pticipiū est orō diuisa
¶ Quinta regula est adiectm̄ ponatur inter duo substātiua tunc si con-
struitur cum sequenti est oratio cōposita. si vero cum precedenti tunc est
oratio diuisa et habet ista regula veritatem de adiectiuo noīali q2 si adie-
ctiuum est pticipiale tunc opposito modo est dicendum
¶ Sexta regula est qn̄ duo determinabilia sic se habent ꝙ vnū est totū
et aliud pars tūc si determinatio feratur ad totum oratio est composita.
Si vero ad ptem oratio est diuisa. vt cum d2 nō homo est animal illa ne-
gatio non potest ferri ad totum ⁊ facere totam propōnem negatiuā vel
potest ferri ad terminum illū hō tm̄ ⁊ facere eū infinitū

Queritur Quot sunt modi istius fallacie Solutio tres.
Primus modus prouenit ex eo ꝙ aliquid dictū
potest supponere pro se toto vel sua pte. vt quecunq3 possibile est scribere
possibile est ꝙ ipe scribat sed non scribentē scribere est possibile. ergo possi-
bile est ꝙ non scribēs scribat.

Queritur Quādo dictum dicitur supponere pro se toto vel pro
pte sua. Solutio alberti tunc dictum supponit ꝑ se
toto quando predicatum dicti sc3 infinitiuus attribuitur subiecto. id est
accusatiuo gratia formalis ⁊ materialis simul. Sed tunc dicitur suppo-
nere pro sua pte quando attribuitur sibi gratia materialis tm̄ Exemplū
est. vt cum dicitur non scribētem scribere est possibile si ille infinitiuus scri-
bere attribuatur illi accusatiuo non scribētem ratione formalis ⁊ materia-
lis simul hoc est si attribuatur illi subiecto scriptionis ſm ꝙ stat sub for-
ma scriptionis tunc illa oratio est composita ⁊ est falsa sub hoc sensu non
scribētem inq̄ntum non scribēs est possibile est scribere. Sed si attribuatur
subiecto scriptōnis vt diuisum est a forma scriptionis sic est diuisa ⁊ vera
q2 sensus est non scribētem. id est illum qui non scribit sortem vel petrum
possibile est scribere. Et iste modus dicendi est cōmunio2 q̄uis a diuersis
diuersimode aliter hic respondeatur.
¶ Secūdus modus prouenit ex eo ꝙ aliqua determinatio potest referri
ad diuersa determinabilia vt quicunq3 scit litteras nunc didicit illas An-
tiquus grāmaticus scit litteras ergo nunc didicit illas. ibi em̄ illa deter-
minatio nunc in maiore potest referri vel ad hoc verbu3 didicit ⁊ tunc est
oratio ꝯposita ⁊ falsa q2 sensus est ꝙ oīs ille qui scit lrās didicerit eas nūc
id est in isto tpe vel pt referri ad hoc ꝟbū scit ⁊ tunc est oratio diuisa ⁊ ve-
ra sub hoc sensu q̄cūq3 scit litteras nūc. id ē in p̄senti tempore didicit illas
supple prius in preterito tempore

¶ Tertius modus est qn̄ plura ponūtur a pte p̄dicati ad que subiectū p̄t referri ꝯiunctim vel diuisim. vt q̄cquid p̄t vnū solū ferre p̄t vnū ꝛ vnū ferre p̄t plura ferre. ibi em̄ in maiore si illa dictio solū determinat hoc ꝓbū est ꝯposita et falsa quia quod potest solum vnū ferre nō potest ferre vnū et vnum cōiunctim. Sed si conferatur subiectum ad illa duo diuisim tūc maior est diuisa ꝛ vera.

¶ De fallacia diuisionis

Queritur Quid ē fallacia diuisionis So° est idoneitas decipiēdi pueniēs ex vnitate potentiali ōrōnis ꝯposite vere cum diuisa falsa. Et habet duas causas. Causa apparentie est identitas materialis orōnis composite cum diuisa. Sed causa defectus est diuersitas formalis earūdem.

Arguitur Ex illo sequeret̄ ꝙ ista fallacia diuisionis non esset distincta a fallacia ꝯpositōis Sequela ꝓbat̄ qꝛ habēt eandē cām apparētie. qꝛ cā apparētie vtrobiqꝫ est idētitas materialis orōnis ꝯposite vel diuise So° ꝙ licet habeāt eandē cām apparentie cōem tn̄ hn̄t diuersas cās apparentie spēales. qꝛ spēalis cā apparētie in fallacia ꝯpōnis est materialis vnitas orōnis diuise vere cū ꝯposita falsa sꝫ cā spēalis apparentie in fallacia diuisionis est materialis vnitas orationis cōposite vere cū diuisa falsa et ita distinguunt̄ penes verū ꝛ falsum

Queritur Quot sunt modi istius fallacie Solo ꝙ duo Prim⁹ est qn̄ plura ponūtur a pte p̄dicati ad que subiectū pōt referri ꝯiūctim vel diuisim. Aut ecōtra qn̄ plura ponūtur a pte subiecti ad que p̄dicatum p̄t referri ꝯiunctim vel diuisim de p̄ma pte istius modi est exemplū q̄cūqꝫ sunt duo et tria su t paria ꝛ imparia sꝫ quinqꝫ sunt duo ꝛ tria. ergo quinqꝫ sunt paria ꝛ imparia. ibi em̄ in minore hoc subiectum quinqꝫ p̄t referri ad illa plura posita a pte p̄dicati scꝫ duo ꝛ tria ꝯiūctim vt minor sit vna cathegorica de copulato p̄dicato ꝛ sic est cōposita et vera vel p̄t ad illa plura referri diuisim vt sit vna hypotetica copulatiua. ꝛ sic est diuisa et falsa de secūda pte Exēplū est vt illud qđ est tātūdē et amplius est tantūdē ꝛ p ꝯn̄s equale sꝫ tantūdē ꝛ amplius est mai⁹. ergo mai⁹ est equale. ibi minor est duplex eo ꝙ hoc p̄dicatū maius p̄t referri ad subiectū ꝯiunctim vt sit vna cathegorica de copulato subiecto ꝛ sic minor est ꝯposita ꝛ vera. qꝛ sensus est ꝙ tantūdē et āplius simul sumpta sunt maius vel potest referri ad illa diuisim tanq̄ꝫ ad diuersa subiecta. vt minor sit vna hypothetica copulatiua ꝛ sic est diuisa et falsa.

¶ Secūdus modus prouenit ex eo ꝙ aliqua determinatio potest referri ad diuersa determinabilia. Exemplum est. vt quēcunqꝫ entem seruū posui liberum ille liber est sꝫ posui te seruū entem liberū ergo tu seruus es liber. ibi em̄ minor est duplex. qꝛ hoc pticipiū entē qđ valet tm̄ sicut existentem p̄t ꝯponi cuꝫ hoc noīe seruū ꝛ sic est oratio ꝯposita ꝛ vera vel p̄t ꝯponi cum illo nomine librum et sic est diuisa et falsa. Dominus albertus

tamē videtur hic ponere tres modos propter aliud exemplum in textu positum scz quorūcunqz relinquunt centuz illa sunt plura q̄ centum sed quadraginta virorū centum reliquit diues athilles in bello ergo quadraginta sunt plura q̄ centum. Sed istud exemplū potest satis conuenienter distingui sicut precedens penes scdm modum istius fallacie q2 ille genitiuus virorū potest vel construi cum illo noīe centū z sic minor est composita z vera sub hoc sensu q ex centum viris reliquit athilles quadraginta vel potest construi cum illo noīe quadraginta z sic est diuisa z falsa. q2 sensus est q ex quadraginta viris reliquit centum

¶De fallacia accentus

Queritur Quid est accentus Solutio est certa lex vl regula ad eleuandum vl deprimendum syllabam vnius cuiusqz dictionis. Et est triplex scz acutus grauis et circūflexus. Accutus accentus est qui fit p eleuatōem syllabe dictōis. sicut patet de pma syllaba isti9 dictōis dñs Grauis vero dr q̄ fit p depssionē syllabe dcōis sicut ptz de media z vltima syllaba illius dictōis dñs. Accentus vero cirflexus est q̄ fit ptim p eleuationē z ptim p inclinatōem vocis vt patet in penultima syllaba istius infinitiui amare. Notādum tñ est q accentus accipit cōiter qñ ista fallacia vocatur fallacia accentus incp̄tū scz extendit se tam ad accentum pprie dictum q̄ ad tempus z spiritum seu aspirationem zc.

Ar De accentu determinare spectat ad grāmaticum. ergo hic phs nihil debet loqui de accentu. Solo accentus accipitur dupliciter. vno modo absolute bm q est accidens dictionis z sic spectat ad grāmaticum determinare de accentu. Alio modo incp̄tum potet esse principium deceptōnis in iperito respondente bm q variat veritatem z falsitatem ppōnū et sic eius determinatio spectat ad logicum.

Queritur Quid est fallacia accentus So9 est idoneitas decipiendi prouenien ex materiali vnitate dictionis bm plures accentus plura significantis. Et tangūtur ibi due cause scz apparentie z defectus. Causa apparentie est vnitas materialis dictionis. Et vocatur hic vnitas materialis vnitas bm substantiam. hoc est bm litteras z syllabas. Causa defectus est diuersitas accentuum ad quam sequitur diuersitas bcatorum

Queritur Utrum ista fallacia mag9 conuenienter fit in scriptura vel in vocibus prolatis. Solutio phi est q magis conuenienter fit in scriptura z maxime in poematibus. Et ratio illius est quia in pronunciatione vocali diuersitas accentuum est manifesta et statim notatur. sed in scripturis non est ita manifesta nec potest ita faciliter notari et ergo magis idonee fit ista fallacia in scriptis quam in vocibus. Et istud dictum philosophi debet intelligi

debēt intelligi de modis quos ponit phs in textu quia in certis aliis sicut quādo dictio profertur cum aspiratione vel sine magis conuenienter fit in voce ꝙ̄ in scriptis. quia deceptio tunc magis latet in voce ꝙ̄ in scriptis sicut manifestum est.

Queritur Quot modos istius fallacie ponit phus. Solutio duos quos innuit p duo exēpla. ¶ Primus pūenit ex eo ꝙ sub vno accētu pronunciātur duo que tñ habēt diuisos accentus vt in ista oratione me tuo longas pereunte noctes. o lydia dormis. Et potest formari talis paralogismus. Quicunqȝ dicit metuo longas pereunte noctes O lydia dormis dicit se timere sed dicens me tuo lōgas pereunte noctes non dicit se timere. ergo dicens se timere non dicit se timere. ibi enim oportet distinguere in maiore ꝛ minore quia vel metuo accipitur vt vna dictio et sic maior est vera ꝛ minor falsa vel accipitur vt due dictiones ꝛ tunc maior est falsa ꝛ minor vera Si vero accipiatr vno modo in maiore ꝛ alia modo in minore tunc fit ista fallacia.

¶ Secundus modis prouenit ex eo ꝙ vna ꝛ eadem dictio potest proferri diuersis accētibꝫ. vt in hoc metro heu q̄nā tanti cinxerūt ethera nimbi. Et potest sic formari syllogismus. Quicunqȝ dicit heu q̄nā interrogat Sed quicunqȝ dicit heu q̄nā respondet ergo respondens interrogat ibi eñ illa dictio q̄nā potest vel teneri interrogatiue et ſcat tm̄ sicut quare ꝛ sic habet accentum acutum ꝛ est maior vera vel potest teneri causaliter et ſcat tm̄ sicut nam vel quia ꝛ sic habet accentum grauem et est maior falsa ꝛ minor vera

Queritur Quot modos solent alij assignare de ista fallacia Solutio quatuor ſm quatuor que reperiūtur in dictione que sunt tenor Accentus tempus ꝛ spiritus. Unde primus modus est quando aliqua dictio potest proferri vno accentu vel pluribꝫ vt patuit de illo exemplo me tuo longas. Aliud exemplum est vt tu es qui es. sed quies est requies. ergo tu es requies.

¶ Secūdus modus prouenit ex eo ꝙ aliqua dictio potest proferri accentu acuto vel graui. vt patuit de illa dictione quianam

¶ Tertius modus prouenit ex eo ꝙ aliqua dictio potest proferri vno tēpore vel duobus. vt patet in hoc palogismo. bonū est iustos viros pendere sed pendere est penam pati. ergo bonū est iustos viros penam pati.

¶ Quartus modus prouenit ex eo ꝙ aliqua dictio potest proferri cum aspiratione vel sine. vt patet in hoc exemplo. q̄cquid hamatur hamo capitur sed puella amatur. ergo puella hamo capitur. Isti tamē quatuor modi reducuntur ad illos duos phi. quia secundus comprehenditur sub primo ꝛ quartus sub tertio.

¶ De fallacia figure dictionis

Queritur Quid est figura dictionis. Solutio figura dictionis est terminatio dictionis per quam vna dictio pos-

test alteri assimilari. Et si dicat in quo est illa similis terminatio. Dicen-dum est q potest esse in voce vel in modo significandi vel in scato

Queritur Quid est fallacia figure dictionis Solutio est idoneitas decipiendi proueniens ex eo q aliqua dictio similis alteri videtur habere eundem modum significandi cum ea cum tñ nõ habeat eundẽ. sz diuersuz sicut vigere videt habere eũdẽ modum significandi cũ agere vel secare. Causa apparentie in ista fallacia est similitudo figure dictionis. Causa defectus est qz nõ idẽ in significatõne interpretamur vt idem in dictiõe pter siĺitudinẽ terminatõnis.

Arguit Omnis fallacia in dictione debet peccare penes aliquod multiplex sed ista nõ peccat penes aliquod multiplex. ergo. Minor probatur quia peccat penes multiplex phantasticũ. sed hoc non est verum multiplex. Solo licet multiplex phantasticum non sit verum multiplex est tamen multiplex apparens & hoc sufficit. qa penes ipsum potest fieri deceptio in hoc q propter similitudinem vnius dictionis cum alia dictione potest imperitus respondens credere q conueniant in modo scandi vel in scato

Ar Nulla est fallacia figure orationis. ergo nulla erit figure dictiõis Solutio negatur cõsequẽtia. qz non est simile. et ratio est. qa similitudo in terminatione vocis vel in modo significandi primo et per se cõuenit dictioni & secũdario solum orationi. Et ergo non ponitur aliqua fallacia distincta figure orationis a fallacia figure dictionis. Nam vbicunqz est similitudo orationis cum oratione ibi etiam est similitudo dictionis cum dictione & hoc non contingit in alijs fallacijs penes alia multiplicia peccantibus.

Queritur Quot sunt modi istius fallacie Solutio tres Primus est quando non idem in significato interpretatur idem scare cum alio propter similẽ terminationem vocis sicut quando masculinũ interpretatur femininũ. vt musa & cathelina. paralogismus aũt sm istũ modum sic formatur. qcunqz suba colorat albedine est alba sz cathelina colorat albedine. ergo est alba. cathelina enim est priũ nomẽ viri nobilis romani. vel sic quẽcũqz diligis est amicus tuus. puellam diligis. ergo puella est amicus tuus.

¶ Secũdus modus est. quando vnum pdicamentũ interpretatur aliud seu qñ res vni⁹ pdicamenti sumit sub re alterius pdicamẽti. vt qtũcũqz heri emisti hodie comedisti. sz crudũ heri emisti. g crudũ hodie comedisti ibi enim mutatur qtum in quale qz sub signo distributiuo qtitatis. scz qtũcunqz subsumitur crudum quod est res de predicamẽto qualitatis.

¶ Tertius modus est quando ex similitudine dictionis cũ dcõne in terminatõne infertur similitudo eorũ in modo scandi vel ecõtra sicut vigere habet similẽ terminatõem cũ secare & ergo alicui imperito videt q sit etiã in genere actõis cũ secare qd tñ nõ e ita qz vigere qle qddã et affectũ sm actũ vite & passionẽ scat Petrus hys. tñ dt tertium modũ puenire ex diuersa suppositõne termini Sed ille potest comprehendi hic sub primo

de his tamen modis vide latius in cōmento.

¶ Tertium capitulum.

De fallacijs extra dictionem

Eorum aūt qui extra dictōem sunt paralogismorum spēs sunt septē

¶ In hoc tertio capl'o determinat phs ꝯsequēter de fallacijs extra dicti one. Et primo enumerat eas. Scd'o ꝓsequit' de eis.

☞ Querit'. Quot sunt fallacie extra dictionem. Solutio septem scʒ fallacia

Accidentis
A dcō ſm q̇d ad dictū simpl'r
Ignorantie elenchi
Petitiōis ṗncipij
Consequentis
ſm nō cām vt cām
ſm plures interrogatōes vt vnā

Et ratio sufficientie est ista. Quia oīs fallacia extra dictōnem peccat vel cōtra syllogismū vel ꝯtra elenchū. Si peccat ꝯtra syllogismū hoc est du pliciter qꝛ vel in materia vel in forma Si in materia sic est fallacia ſm plu res interrogatōnes vt vnā. Si in forma hoc est dupliciter qꝛ vel peccat in ordine ꝓpōnū vel terminorū. Si ṗmo modo hoc est iterum dupliciter qꝛ vl' ſm q ꝓpō est cā ꝯclusionis ꝛ sic est fallacia ſm nō cām vt cām. vel ſm q ꝓpō est ṗncipium ꝓbatiuum conclusionis. ꝛ sic est fallacia petitōnis ṗnci pij. Si peccat in ordine terminorū ꝛ sic est fallacia accidentis Si aūt nō peccat cōtra formā syllogisticā tūc oꝫ q peccet penes simplicē ꝯsequētiaʒ ſm q sequit' vnū ex alio. Et hoc dupliciter qꝛ vel peccat ꝯtra id q vnuʒ ꝑfecte seq̇tur ex alio. ꝛ sic est fallacia ꝯsequētis vel ſm q vnū iꝑfecte īfert aliud ꝛ sic est fallacia a dcō ſm quid ad dictū simpl'r. Et ista est sufficien tia quā dat alphorabius ꝛ vt dicit Albertus est plana et vera

Ar Sunt solum sex fallacie in dcōe ergo erūt solum sex extra dcōem et non septē. ꝯña ꝓbat' qꝛ tot modis dr' vnū oppositorū quot mo dis reliquū So° negat' ꝯña qꝛ nō ē sile ꝛ rō est qꝛ requirunt' plures appa rentie ex ꝑte rei q̄ȝ ex ꝑte dictōis Et ad probationem potest dici nō sunt formaliter opposite sed disꝑate vnde opponūtur solum virtualiter q̄ȝ tuʒ ad suos modos generales

☞ Querit' Quare iste fallacie dicunt' extra dcōem So° qꝛ sumūt suā cām apparētie nō ex ꝑte dcōnis sʒ ex ꝑte rei ſcate Et si q̄rat' quare tūc nō vocant' fallacie in re vel fallacie rerū So° qꝛ logicus nō est artifex rea lis sed rōnalis considerās res non absolute ꝛ ſm se sed solum ſm q voci bus et dictionib' significant'.

¶ De fallacijs accidentis

Queritur Que est ṗma inter fallacias extra dcōem So° fallacia accidentis. Et ratio est. qꝛ fallacie ordi nantur ſm maiorē vel minorē cām apparentie vt prius dictū est sʒ in fall'a accn̄tis est maior apparentia q̄ȝ in alijs g̃ ipa est ṗma. Minor patet q̇a cā apparētie in fallacia accidētis hʒ magis de idētitate ꝛ vnitate et ꝑ ꝯse

quens est aptior ad decipiendum

Arguitur Non est aliqua fallacia accidentis. ergo Antecedens probatur. quia nō est aliqua fallacia substātie ergo nec accidentis. Solutio non valet cōseqnentia qr accidens non accipitur hic vt distinguit contra substantiam sed ƀm q est extraneū in pte idem et in pte diuersum.

Queritur Quid est fallacia accidentis. Solō est idoneitas decipiendi proueniens ex ptiali idētitate accidentis cum re subiecta propter quam creditur q attributum vni etiaz sit attribuendum alteri quod tamen non oportet ꝓpter ptialem differentiam vnius ad alterum. Unde semper cōmittitur ista fallacia quando propter conuenientiam duorū in vno tertio ƀm diuersas rationes creduntur conuenire inter se vel vt dicit phus in textu quādo aliqd simil'r assignatur inesse rei subiecte z eius accidenti quod tamen non est necesse. quia multa conueniunt alicui ƀm se sumpto que nō conueniunt sibi ƀm q stat sub aliquo alio predicato. Causa apparentie in ista fallacia est ptialis idētitas accidentis cum re subiecta. Sed causa defectus est partialis diuersitas eorundem.

Queritur Pro maiori intellectu. Quid vocatur hic res subiecta Quid attributum. Et quid accidens. Solō alberti q res subiecta in proposito vocatur mediū q ƀm dispositionem prime figure subijcitur in maiore propositōne. Attributum vero dicitur illud quod assignatur rei subiecte et eius accidenti inesse et est predicatū maioris propositionis ƀm dispositionem prime figure. Sed accidens vocatur illud quod est extraneum rei subiecte ƀm q stat sub tali attributo. Exemplum istorum est. vt quando sic arguitur. homo est species sortes est homo. ergo sortes est species. ibi res subiecta est homo attributuz est spēs. Et accidens est sortes. quia sortes est extraneum ad hominem ƀm q stat sub illo attributo qd est species

Arguitur Sortes est substantia ergo male dicitur hic q est accidens hominis Solutio accidēs accipitur dupliciter. vno modo pro eo qd distinguit cōtra substantiam et sic sortes non est accidens sed substātia nec sic accipitur accidēs in proposito. Alio modo accipitur accidēs pro eo qd est extraneū alicui ƀm q stat sub tali vel tali p̄dicato z ita accidēs accipitur hic. z sic qr hō nō potest stare sub illo predicato quod est species nisi accipiatur ƀm se pro natura cōmuni z non ƀm q accipitur pro suis inferioribus ideo sortes dicitur hoc modo eius accidens. Et ita patet q non accipitur hic accidens eodem modo quo accipit ab Arestotele in p̄dicamētis z in primo thopicoꝝ de hoc tamen latius vide z ad longū in cōmento

Queritur Quot sunt modi istius fallacie So° alberti duo qs innuit phs p duo exēpla in textu Primus est qñ aliqd attribuit accidenti et propter hoc putat etiam posse attribui rei subiecte

Exemplū est. vt choriscus est alter ab hoīe. ꝛ ipse est hō. ergo est alter a se ipso. ibi eīm ꝯña non valet. qꝛ accidit homini ꝙ ꝑdicet̃ de chorisco inꝯ̃tū choriscus est alter ab homine.

¶ Secūdus modus est econtra. qñ aliquid attribuit̃ vere rei subiecte ꝛ ꝓpterea putat̃ etiam posse attribui eius accidenti. vt choriscus est alter a socrate. socrates est hō. ergo choriscus est alter ab homine. Aiūt eīm sophiste ꝯcessum esse choriscum esse alterū ab hoīe. qꝛ dicūt hūc scꝫ socratem esse hominē a quo choriscus est alter. ꝛ inferūt. est alter a socrate. ergo est alter ab hoīe. qd̓ non valet. Petrus hispanꝰ tamē aliter distinguit modos huius fallacie. vide in summulis. Et vide in cōmento etiam quō ista fallacia est distincta a fallacia figure dictōis

¶ De fall'a a dicto ꝯm quid ad dictū simpl'r.

Querit̃ Quid est dictū simpl'r. ꝛ quid dictū ꝯm quid. Sol'o dictū simpl'r est dictum sumptum sine determinatiōe diminuente. vt homo per se vel albꝰ per se. Et vocatur dictum simpl'r. quia non est diminutum. Sed dictum ꝯm quid est dictum sumptum cum determinatione diminuente. sicut si dicatur. homo mortuus. hō pictus. Dicitur eīm determinatio diminuens que diminuit de rōne eius cui additur. sicut illa determinatio mortuus addita homini diminuit de rōne hoīs. qꝛ hō mortuus nō est homo.

Querit̃ Quādo ꝯmittit̃ ista fall'a Sol'o phi. ista fall'a fit qñ illud qd̓ sumitur particulariter ꝛ ꝯm quid in añcedente sumitur simpl'r in consequēte. Et sic v'lis causa deceptionis in ista fallacia est similitudo dicti ꝯm quid ad dictum simpl'r. inꝯ̃tum determinatio impropria accipitur vt ꝓpria

Querit̃ Quid est fall'a a dicto ꝯm quid ad dictum simpliciter Sol'o. est idoneitas decipiēdi proueniens ex partiali identitate dicti ꝯm quid cum dicto simpl'r. ꝓpter quam credimus ꝙ dictū ꝯm quid potest inferre dictum simpliciter. ꝛ tamen non infert ꝯm veritatē. Et tangūtur ibi due cause huius fallacie. Causa apparentie est apparens conuenientia dicti ꝯm quid cum dicto simpliciter Et causa defectus est diuersitas eorūdem.

Ar̃ A dicto ꝯm quid ad dictum simpliciter est bonū argumentum dyalecticū ꝯm phm scd̓o topicoꝝ. g̃ non est fall'a Sol'o. dictū ꝯm quid accipit̃ dupliciter. Uno modo vt idem est ꝙ dictum sumptū cuꝫ determinatōe. et hoc modo si determinatio est ꝓpria est bonū argumentū dyalecticū arguendo a dicto ꝯm quid ad simpl'r qui locꝰ alio noīe vocat̃ a parte in modo ad suū totum. Alio modo accipitur dictum ꝯm quid ꝓ dicto sumpto cū determinatōe diminuente ꝛ ita accipit̃ hic ꝛ facit istā fall'am

Querit̃ Utrum possit etiā econtra argui sophistice a dicto simpliciter ad dictū ꝯm quid. Sol'o. ꝙ sic. sꝫ differēter. qꝛ a dicto ꝯm quid ad dictum simpl'r arguit̃ vtplurimū affirmatiue. sed a dic

ro simpl'r ad ꝺm quid arguitur negatiue. verũ tamen est ꝙ vterqꝫ ille mo- dus arguendi est ꝺm vnã ꝛ eandem fallaciam. vt dt Albertus. Et rõ illi- us est. qꝛ fall'e nõ distinguũtur nisi penes causas apparentie formaliter. sed causa apparentie in vtroqꝫ illo modo arguendi est' vna. ꝛ ergo non sunt ni- si vna fall'a. Minor patꝫ. qꝛ cã apparentie vtrobiqꝫ est similitudo seu idẽ- ptitas partialis dicti ꝺm quid ꝛ dicti simpl'r. ꝛ illa similitudo est vna ꝛ ea- dem. ¶ Si tũc querat̃ quare magis vocat̃ ista fall'a a dicto ꝺm q̇d ad sim- pliciter q̃ꝫ econtra a dicto simpl'r ad dictum ꝺm quid. Dicendum est ꝙ h̄ est ideo. qꝛ ꝯsequentia affirmatiua est dignior ꝛ potior q̃ꝫ ꝯsequentia nega- tiua. qꝛ ergo arguitur affirmatiue a dicto ꝺm quid ad dictum simpl'r ꝛ ecõ- uerso negatiue. ideo magis denominat̃ a dicto ꝺm quid ad simpl'r q̃ꝫ econ- tra. semper em̃ denoĩatio fit a ṗncipaliori.

Querit̃ Quot sunt modi istius fall'e Sol'o tres. Primus est qñ ꝯcludit̃ ꝯtradictoriũ de ꝯtradictorio. sicut quãdo non ens ꝯcluditur esse ens. vel econtra ens non ens Exemplum vt si sic ar- guatur. non ens sicut chimera hꝫ esse in opinione. g̊ nõ ens est. ibi em̃ nõ se- quit̃. qꝛ nõ est idẽ aliq̇d esse in opinione ꝛ esse simpl'r

¶ Secũdus modus quẽ albertus ꝯprehendit sub primo est. quando pro- ceditur a negatõe ad negatõem. sicut quãdo ex eo quod nõ est aliq̇d de- terminate infertur nõ esse simpl'r. vt pꝫ sic arguendo. Aliquod ens nõ est homo. ergo aliqd ens non est. ibi ꝯsequentia nõ valet. quia non esse hoĩem est dictũ ꝺm quid. ꝛ nõ esse ꝺm se est dictũ simpl'r. que nõ sunt eadem. Tan- git tñ pħus cãm apparentie talium syllogismoꝝ. dicens ꝙ in istis videtur ꝯsequentia esse bona. eo ꝙ parum differũt esse quid ꝛ esse simpliciter. ꝛ nõ esse quid ꝛ non esse simpl'r. si dictio referat̃ ad rem. Et qꝛ aliquãdo parum differũt esse quid ꝛ esse simpl'r. ita similiter parum differũt etiam aliqñ dic- tum ꝺm quid ꝛ dictum simpl'r. Alij tamen ponũt hic ꝓ secũdo mõ isti⁹ fall'e quãdo vnũ ṗuatiue oppositoruꝫ ꝯcludit̃ de alio. vt indus seu ethiops cum sit niger est albꝫ dentes. ergo est albꝫ ꝛ non albꝫ. ꝛ debet ibi nõ albꝫ ac- cipi priuatiue. Et non valet ꝯsequentia. quia albꝫ ꝺm dentes est dictum ꝺm quid. ꝛ ergo non potest inferre esse album quod est dictuꝫ simpl'r. Sed dñs Albertus dt ꝙ hoc argumentũ est de ꝯtrario qd ꝺm quid inest ad al- terum ꝯtrariũ ꝛ fere in idem redit

¶ Tercius modus est. qñ arguit̃ a duobꝫ ꝯtrarijs quoꝝ vtrũqꝫ inest ꝺm q̇d ꝛ particulariter ꝺm aliquã ptẽ ad inesse eoꝝ simpl'r. vt si dicat̃ pica est al- ba in pectore ꝛ nigra in cauda. ergo est alba ꝛ nigra. vel scutũ pro vna par- te est album et ꝓ alia parte est nigrũ. ergo est albũ ꝛ nigrum. Istũ tamẽ ter- ciũ modũ Albertus ponens tm̃ duos modos ꝯprehendit sub secũdo quẽ ipse innuit in exemplo qd est. Indus cũ sit niger ꝛc de modis. ergo istius fall'e vide latius in ꝯmento qũo ꝺm diuersa pñt diuersimode assignari

Querit̃ Vtrum sit semper facile cognoscere defectum paralo- gismorum istius fallacie Sol'o phi ꝙ non. sed in qui- busdam est facile. ꝛ in quibusdam difficile. Tunc em̃ est facile quando dic- tum ꝺm quid multum differt a dicto simpliciter. sicut quando dictuꝫ ꝺm

quid eſt priuans vł diminuens dictum ſimpliciter. vt ſi dicatur. eſt hõ mortuus. ergo eſt homo. vel econuerſo non eſt hõ. ergo non eſt hõ mortuus. vł etiam quando ꝓceditur a parte integrali ad ſuum totum. vt ſi dicať ethiops eſt alb⁹ ſm dentes. ergo eſt alb⁹. ibi em̄ faciliter videtur ꝙ alb⁹ ſm dentes eſt dictum ſm q̇d diſtinctum ab eo quod eſt albuꝫ ſimpł'r. Sed tūc eſt difficile quando eſt magna ꝯuenientia dicti ſm quid ad dictum ſimpł'r. ſicut ꝯtingit n illis in quib⁹ duo ꝯtraria ſunt particulariter. hoc eſt ſm duas equales partes in eodem ſubiecto. vt patet de ſcuto ꝑ media parte albo ⁊ pro alia medietate nigro. In talib⁹ em̄ eſt difficile ꝯſiderare qđ illoruꝫ duoꝝ debeat ſimpł'r affirmari de ſubiecto. vel vtruꝫ vtrūqꝫ debeat affirmari vel vtrunqꝫ negari

¶De fall'a ignorantie elenchi.

Querit̃ Q̃uo fiunt paralogiſmi iſtius fall'e Sol'o phi. fiunt ſm diminutõem ſeu omiſſionem rationis elenchi. id eſt paralogiſmi qui fiunt ſm iſtam fallaciā peccāt ꝯtra definitõem elenchi

Querit̃ Quid eſt elenchus. Sol'o. elenchus eſt ſyllogiſmus ꝯtradictõis vnius ⁊ eiuſdē. nō nōis tm̄. nec rei tm̄. ſꝫ nominis ⁊ rei ſimul. non ſynonimi ſed eiuſdem ex his que data ſunt ex neceſſitate non ꝯnumerato. eo qđ erat in principio ad idem. ſm idem. ſimiliter et in eodem tempore. Et ex illa definitione patet ꝙ elenchus preſupponit ſyllogiſmum habens ſe ex additõe ad eum. vt ṗus etiā dictū fuit. ſuperaddit enim ſyllogiſmo probationem ⁊ contradictionem. Et ergo ſolet dici ꝙ tria ſunt de ratione elenchi. ſcꝫ illatio. probatio. et contradictio. et propterea etiam in iſta definitione ponūtur alique particule que conueniūt elencho ratione ſyllogiſmi. quedam ratione ꝯtradictionis. ⁊ quedam ratione vtriuſqꝫ Ratione ſyllogiſmi ponūtur ille due particule. ſcꝫ ex his que data ſunt de neceſſitate. per quam remouetur fallacia accidentis. Et non ꝯnumerato eo quod erat in principio per quam remouetur fallacia petitionis principij. Ratione ꝯtradictionis ponūtur ille quatuor particule ad idem. ſm idem. ſimiliter ⁊ in eodem tempore. per quas excluditur iſta fallacia figure dictionis. Sed ratione vtriuſqꝫ ponuntur omnes alie particule. ſcilꝫ vnius ⁊ eiuſdem. non nominis tm̄. nec rei tm̄. ſed nominis ⁊ rei ſimul. non ſynonimi. ſed eiuſdem. quia ille particule tam in ſyllogiſmo q̃ʒ in contradictione requirūtur

Querit̃ Quid eſt fallacia ignorantie elenchi Sol'o. eſt idoneitas decipiendi proueniens ex omiſſione alicuius particule ſpecialiter requiſite ad elenchum inquantum eſt contradictorius que ſunt ad idem. ſm idem. ſimiliter. ⁊ in eodem tempore cū apparente obſeruantia earūdem. Et ibi tangūtur due cauſe. Cauſa apparentie in iſta fallacia eſt apparens obſeruātia illaꝝ quatuor particulaꝝ Uel vt đt Albert⁹ eſt apparēs ꝯtradictio eoꝝ que ꝯcludūtur. Cā vero nō exiſtētie eſt omiſſio alicuius quatuor particularū. vel eſt defectus veri elēchi vel ꝯtradictiōis

Ar Omnis fallacia ignorat elenchū. ergo non est aliqua distincta fal lacia ignorantie elenchi ab alijs. Antecedēs ꝓbaꝛ. qꝛ postea phs docet reducere omnes fallas ad ignorantiā elenchi. Solo. ignorantia elenchi accipiꝛ dupłr. Uno mō generaliter ꝑ omissione alicuius particule in definitōe elenchi posite. indifferenter. ⁊ sic verū est ꝙ oīs falla ignorat elenchū. nec sic poniꝛ distincta falla. Alio mō accipiꝛ spēaliter pro omissiōe alicuius quatuoꝛ particularuꝫ requisitarū ad elenchū rōne ꝯtradictionis tm̄. ⁊ sic poniꝛ hic distincta falla ab oīb⁹ alijs.

Ar Ista falla nō est distincta a falla a dicto fm quid ad dictū simplr Probaꝛ. qꝛ illa etiam peccat in ꝯtradictione. vt patꝫ ex exemplis superius positis Solo. q̄uis vtraqꝫ ista falla peccet in ꝯtradictiōe ⁊ in hoc ꝯmuni ꝯueniant. tamē hoc in spēali est aliter ⁊ aliter. Unde fm alter tum in trib⁹ distinguūtur. Primo qꝛ paralogismi istius falle semꝑ ꝓcedūt cū duplici determinatōe. sed paralogismi falle p̄cedentis aliqn̄ cū vna de terminatōe ⁊ aliqn̄ cum duplici. Secundo qꝛ paralogismi falle p̄cedentis ꝓcedūt cū determinatōe impropria. sed ista cū determinatōe ꝓpria. Tercio qꝛ paralogismi illius falle semꝑ peccant in ꝯsequendo ⁊ ꝓbando. sed para logismi istius falle nūqꝫ in ꝯsequēdo ⁊ ꝓbando. sed semꝑ in ꝯtradicēdo

Queritur Quot sunt modi istius falle Solo ꝙ quatuoꝛ. que sumūtur fm q̄tuoꝛ particulas in fine definitiōis elenchi positas. Primus modus ꝓuenit ex omissione illius particule ad idem. vt si sic arguaꝛ. duo sunt dupla vnius ⁊ nō sunt duplū triū. ergo sunt duplū et nō duplū. ibi eīm duplū ⁊ non dupluꝫ nō ꝯparanꝛ ad idem ſꝫ ad diuersa
¶ Secūdus modus prouenit ex omissione illius particule fm idem. Exē plum. vt hoc est dplum illi fm longitudinem ⁊ non est duplū fm latitudi nem. ergo est duplū ⁊ non duplum
¶ Tercius modus ꝓuenit ex omissiōe illius particule siliter. exemplū est vt latus oppositū recto angulo est duplū ad alterum duoꝝ reliquoꝝ laterū trianguli virtualiter. ⁊ nō est duplū dimensionaliter. ergo est duplum ⁊ nō duplum. Uel sic celum mouetur circulariter ⁊ non mouetur recte. ergo ce lum mouetur ⁊ non mouetur.
¶ Quartus modus sumiꝛ ex omissione illius particule in eodem tpe. vt manus mea est iam clausa ⁊ iam nō est clausa. ergo est clausa ⁊ nō clausa. Uel sic domus est clausa de nocte ⁊ non est clausa in die. ergo est clausa ⁊ non clausa

Queritur Utrum ista fallacia sit fallacia in dictiōe vel sit fallacia extra dictionem. Solo. dicit philosophus in textu ꝙ aliquis forte trahet hunc locum in eos locos qui sunt fm dictiōem. ⁊ hoc ꝓpter ꝯuenientiam quam habet cū fallacijs in dictione. sed tū nō est in dic tione sed extra dictionem

Ar Ista falla peccat in ꝯtradictione. sed ꝯtradictio fit in voce seu dic tione. ergo ista fallacia est fallacia in dictione. Minoꝛ patet. qꝛ cō tradictio est affirmatio ⁊ negatio opposite Solo. q̄uis ꝯtradictio fiat in

enūciationib9 siue ꝓpōnib9. tamen causa apparentie in ista fallā nō sumitur ex parte enūciationis seu vocis. sed ex parte repugnantie realis que ꝑ modos enūciandi importatur.

¶De fallā petitionis principij

Querit Quid est ꝑncipiū in ꝓposito Solō albti. ꝙ ꝑncipium hic vocat̄ ꝑmissa in syllō dyalectico. q2 illa est ꝑncipiū ꝯclōnis. Sed tūc querit̄ vtrū idem sunt ꝑncipiū. ⁊ id quod est in principio Solō ꝙ nō. q2 ꝑncipiū vt patuit est ꝑmissa in syllogismo dyalectico. sed id qđ est in ꝑncipio est ꝯclusio. q2 ꝯclusio est in ꝑmissis. vel vt in cā materiali. vel vt in causa efficiente. vt in causa materiali quidē. q2 ꝯclusio materialiter integrat̄ ex maiore extremitate ⁊ minore. que sunt in ꝑmissis. Sed inq̄ꝝtum ille extremitates vniūtur cū medio. sic ꝯclō est in premissis vt in cā efficiente. q2 vnio extremitatū cuz medio in ꝑmissis est cā efficiens vnitatis extremitatū inter se in ꝯclone

Querit Q̄uō debet ista fallā noīari. Solō. potest tripl̄r noīari. Primo em̄ ꝑt vocari fallā petitōis eius qđ est ex principio ꝫm ꝙ ꝯclusio est in premissis vt in causa materiali. q2 ex dicit circumstantiā cause materialis. Secūdo ꝑt vocari fallā eius quod est in ꝑncipio inquātum scʒ ꝯclusio ꝯtinetur in premissis vt in causa efficiente. q2 illa ꝑpositio in denotat ꝯtinentiam. Et tercio potest vocari fallā petitionis ꝑncipij sed minus ꝓprie. q2 petitio ꝑncipij ꝓprie dr̄ quādo idem sumitur ad ꝓbationem sui ipsius sub eodem noīe. sed sic nō dr̄ ꝓprie fallām. q2 caret causa apparentie. sed solū dr̄ defectum incidentē circa syllm̄ simpl̄r dictū. ⁊ ergo de petitione ꝑncipij vt sic agit̄ in secūdo ꝑoꝝ.

Querit Quid est petere id quod est in ꝑncipio Solō ꝫm Pe. hys. petere id qđ est in ꝑncipio est quando ꝯclusio q̄ debet ꝓbari sumitur in premissis. Et dicit Pe. hys. ꝙ aliud est petere principium ⁊ petere id qđ est in ꝑncipio. q2 petere ꝑncipiū est q̄n idē petit̄ sub eodem noīe. vt homo currit. ergo homo currit. ⁊ hoc non facit fallaciam. vt etiam iam dictuʒ fuit. q2 idem sub eodem noīe nullo modo potest probare seipsum nec vere nec apparenter. Sed petere id quod est in principio est q̄n idem petit̄ sub diuerso noīe. vel q̄n minus notū sumit̄ ad ꝓbatōeʒ magis noti. vt q̄n dr̄ aīal rōnale currit. ergo hō currit

Querit q̄ differenter de petitōe eius qđ est in ꝑncipio agitur hic et in octauo topicoꝝ Solō. in octauo topicorū determinatur de ea inq̄ꝝtum est nudū viciuʒ vel defectus cauendus in syllogismo dyalectico. Sed hic determinatur de ea inquantum ex apparētia quā habet cum defectu potest esse principium decipiendi ⁊ fallendi imperitum respondentem.

Querit Quid est fallacia petitionis principij Solō. est idoneitas decipiendi proueniens ex apparenti diuersitate premissarum ⁊ ꝯclusionis in illatione. notitia. ⁊ probabilitate propter quā

aliquis credit p̄missas ꝓbare ꝯclusionē quam tn̄ nō ꝓbant ꝓpter identitatem eius cum p̄missis. Et tangūtur ibi due cause. Causa apparentie est apparens diuersitas p̄missaꝝ a ꝯcl'one. Sed cā defectus est identitas premissaꝝ cū ꝯcl'one in noticia ⁊ certitudine

Ar In ista fall'a nō est aliqua cā apparentie. ergo non est distincta fall'a Añs ꝓbatur. qꝛ in ea sumit' idem ad ꝓbatōem suiipsius. sed nulla apparentia est ꝙ idem debeat seipsum ꝓbare   Sol'o. licet idē ꝫm rem ⁊ vocē nō habeat apparētiam ꝓbabilitatis respectu suiipsius. tn̄ idē ꝫm rem differens ꝫm vocem bene hꝫ talem apparentiam. Et ergo solet dici ꝙ duplex est petitio ṗncipii. Una est petitio ṗncipii statim. qn̄ scꝫ idem ꝫm rem et vocem sumit' ad ꝓbatōem suiipsius. ⁊ illa nō causat aliquā fall'am. sꝫ est nudus defectus incidens circa syll'm simpl'r dictū. vt patuit. Alia est petitio ṗncipii nō statim. qn̄ scꝫ idem ꝫm rem sed diuersum ꝫm vocem sumitur ad probandum seipsum. ⁊ in tali petitione ṗncipii est causa apparentie. et illa facit istam fallaciam.

Querit' Quot sunt modi istius fall'e   Sol'o. ph'us nō ponit hic aliquos spēales modos. sed dicit ꝙ tot modis hꝫ fieri quot modis ꝯtingit petere id qḋ est in ṗncipio. Et hoc vt dicit Albertus ꝯtingit ꝗnꝙꝫ modis

¶ Primus est. qn̄ definitum petit' in definitione vel ecōuerso. Exemplū vt aīal rōnale currit ergo hō currit.

